APOGRAP.
STATVTI
PERVETVST.
MEVANIÆ

ARCHIVIO STORICO
COMUNALE DI
BEVAGNA

STATUTI

2

I

INS. A 52

Al

Mag.ri mio Amatiss.i Essendo già compita la Copia di codesto Statuto eseguita con l'oracolo di No=stro Signore dall' Abb.e Santoloni, sarà vostra cura d'in=giungere a cot.i Pubb.ci Rappresentanti di rimettere subito nelle mani dell' Agente della Comunità Scudi Cinquantuno, e b. 30, ad effetto di pagarli allo stesso Santoloni, e riceve=re tanto l'originale, che la Copia del med.o Statuto. E vi prego salute.

Roma 16 Aprile 1794

Vro Amorevole

F. Card. Garampi

Bevagna Sri

T. Castiglioni Segr.

INS. AV

Al mag.° mio amic.mo
Il Governat.re di

Bevagna

II

La paleografia del codice di Bovagna fu eseguita nel 1793-94 dall' ab. Rinaldo Santoloni presso la Biblioteca Vaticana e fu retribuito con 80 scudi

Capitula Primi Libri

Statutorum antiquę Terrę Mevanię, et primo super Electione, Juramentis, et Salario Officialium dictę Terrę.

In Nomine Domini. Amen. Quia Deus Coelum, et Terram creavit, ut scilicet Coelum Choris coelestibus, et divinis perpetuum habitaculum eſset; Terram vero nobis, mortalibus habitandam reliquit, voluitque per ipsos justitiam diligi, cum dicit, Diligite justitiam qui judicatis Terram. Unde prisci illi Reipublicę condebant, supradictas vocabulum acceperunt legum , Mevania olim Urbs quę Perusium, Spoletumque sub lege etiam vivere volens, hoc Statutorum volumen fieri juſsit. Quod cum caducum temporis diuturnitate factum eſset, restitui, rescribique Decuriones, qui eo tempore fuerunt, initę contionis(a) auctoritate mandaverunt. venerabilis, et Ordinis Divi Francisci Corradus Germanus. Et siquid additum, emendatumque, ejusdem Domini Johannis Pantaleoni Jureconsulti opera, et diligentia factum est, sub anno Dñi MCCCCC. Indictione tertia Sſmi in Christo Patris, et Dñi Nri, Dñi Alexandri Papę Sexti.

De

(a) Forse = Conventionis =

De electione Custodum ad denumptiandum non custodientes festivitates.

I. In primis statuerunt, et ordinaverunt, quod Potestas Communis Mevanię, qui pro tempore erit, infra quindecim dies sui Offitii faciat eligi per Consilium generale octo homines de dicta Terra, scilicet de qualibet Guaita duos, qui teneantur, et debeant accusare, et denumptiare omnes de Mevania, et ejus districtu non custodientes dies Festivos in Statuto prefitos, in Libro Quarto Malefitiorum contentos. Et ad ipsorum cujuslibet denumptiationem, et accusationem stetur, et credatur: Et accusator, seu denumptiator habeat tertiam partem banni. Et Potestas, qui pro tempore fuerit, teneatur, et debeat ad poenam centum Solidorum, et vinculo juramenti quolibet die Festivo mittere Notarium, et Familiam suam ad scrutandum de predictis. Et idem dicatur de Notario dampnorum datorum, qui pro tempore fuerit.

Ante electionem Offitialium constituatur eis Salarium.

II. Offitiales teneantur habere suum Salarium quando eliguntur ad Offitia Communis Terrę Mevanię Salarium absque electione (a) valeat de electione eorum

(a) In parte corroso, e lacuna di 12. linee nel Codice.

etiamsi non sit dictum pro quanto tempore eligatur, vel pro tempore sex mensium, vel pro minori tempore. Et quod Potestas Mevaniæ sit ad minus triginta annorum. Cujus Potestatis electio fiat in Consilio generali Communis, et Populi. In quo Consilio stent ad minus, et suffitiant quinquaginta Consiliarii. Et quod per Consules Populi dictæ Terræ, qui pro tempore fuerint, tempore dictæ electionis vocentur, et vocari debeant
interuenire ad dictum Consilium dum de dicta electione tractabitur, quinque homines de qualibet Guaita de Populo, et numero ipsorum
computandi, et numerandi in dicto numero quinquaginta. Electio vero Potestatis proxime futuri per primum Potestatem fieri possit in Consilio generali dictorum quinque vocandorum supra de aliis, numero, et ordine suprascriptis. Et dicta electio fiat hoc modo, videlicet quod mittantur in uno Cappello tot brevia, quot erunt homines in ipso Consilio: De quibus brevibus sexdecim sint scripta, alia vero non scripta. Et in quolibet dictorum sexdecim brevium sint scripta elector (a) electoris Potestatis de qualibet Guaita vadat per se ad extrahendum dicta brevia. Et primo vadant homines de Guaita S.æ Mariæ, et illi de Guaita S.i Petri; et postea homines de Guaita S.i Angeli; et ultimo homines de Guaita S.i Georgii. Et quibuscumque obvenerit aliquod de dictis brevibus scriptis faciant electionem Potestatis prædicti pro sex mensibus. Et cuilibet obvenerit dictum breve faciat electionem de Guaita, de qua est ipse. Et sic de qualibet Guaita sint quatuor de dictis electoribus, præstito prius sacramento de eligendo meliorem Populi (b) Terræ Mevaniæ. Ita tamen quod nullus possit eligere Patrem, Filium, Fratrem carnalem, vel eo (c), vel aliquem, qui sit cum eo,
sic electi una cum Consulibus Populi
et expulsis omnibus hominibus de Palatio, debeant ad poenam viginti quinque librarum pro quolibet ire ad Portam Palatii, vel ad alium locum

(a) Forse = electio = Forse = Populo, vel = pro Populo. (c) Deve dire = cum =

locum, ubi videbitur Consulibus Populi. Et descendant de Palatio vel eligere debeant dictos Potestates pro sex mensibus. secundum, et tertium, præstito prius sacramento a quolibet prædictorum electorum de eligendo meliorem quem cognoverint pro Communi, et Populo Mevaniæ. Qui sint fideles, et devoti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, et vere Guelfi: Qui electores possint, teneantur, et debeant omnes, vel aliqui et (a) mandare nomina in scriptis illorum, quos volunt eligere in Potestates per dictos Notarios Consulum secrete. Et dictus Cancellarius debeat facere scrutinium inter omnes electores: et quem invenerint plures voces habere, sit primus electus. Et quem invenerint post primum plures habere, sit secundus. Et quem invenerint plures voces habere post secundum, sit tertius; dummodo duæ partes dictorum electorum reperiantur concordare, et consentire in unoquoque dictorum Potestatum; ita quod prima electio præsentetur primo; et quod infra secundam diem post ipsam præsentationem debeat acceptare, vel renumptiare. Et si acceptaverit, secundo, vel tertio nullum jus acquiratur. Si vero non acceptaverit infra dictum terminum, præsentetur dicta electio (b), et postmodum tertio, si secundus non acceptaverit, qua infra dictum terminum acceptare, vel renumptiare debeat; dummodo si secundus acceptaverit, tertio nullum jus acquiratur. Et si quemlibet contigerit dictorum electorum renuere dictam electionem, prædicti electores eligant unum, vel plures secundum modum prædictum. Si vero Potestas electus non inveniretur in Terra unde fuerit expectatus per duos dies, tum quod Syndicus præsentet ipsam electionem domui suæ habitationis. Qui Potestas si ipsam electionem per se, vel suum Procuratorem infra dictum terminum non acceptaverit, habeatur ac si renumptiasset. Et quod nullus possit esse Potestas Mevaniæ

(a) Manca qualche cosa. (b) Manca = secundo =

Mevaniæ, vel Rector, qui fuit a quinque annis citra: Nec poſsit eſse de Mevania, nec de aliqua Terra, quæ sit propre Mevaniam per sexdecim milliaria: Nec poſsit ducere vel aliquem Offitialem, vel Familiarem de aliqua Terra a sexdecim milliariis infra Et quicumque fuerit vel erit Potestas Mevaniæ, non poſsit eſse in dicto Offitio ex tunc ad quinque annos ipse, vel aliquis Offitialis, vel Familiaris: Nec qui fuerit exitium Terræ suæ: Nec etiam de Terra, de qua aliquis haberet represalias contra Commune Mevaniæ. Et si eligeretur, non valeat; nec electo jus aliquod acquiratur. Et de ~~dicta~~ Terra, qua fuerit Potestas, non poſsit eſse, nec poſsit eligi aliquis de dicta Terra, vel districtu ad dictum Offitium ex tunc ad unum annum completum a fine sui regiminis computandum. Et nullus pro Potestate poſsit eligi, qui attineat Potestati, qui erit tempore electionis: Nec qui sit consanguineus, vel affinis alicui de Mevania. Et quod ipse Potestas, et sui Offitiales, et Familiares sint vere Guelfi, et totius partis, sive procul dubio amatores; et ita debeant se eſse, et fuiſse a viginti annis citra. Qui Potestas debeat venire Mevaniam ante principium sui regiminis per quatuor dies: et dictis quatuor diebus stare debeat in una domo sibi per Consules aſsignanda. Et secum ducere, et tenere, et habere toto tempore sui regiminis ad dictum Offitium exercendum unum bonum, et expertum, et legalem Judicem; duos bonos, expertos, et legales Notarios, quorum unus sit ad Malefitia, et Custodiam, alter vero ad dampna data, et extraordinaria deputatus; octo Berovarios armigeros, qui arma continuo portent; et duos Equos, quorum unus sit valoris triginta florenorum de auro ad minus. Et in veniendo, stando, et redeundo ipse Potestas cum omnibus suis Officialibus, et tota ejus familia

et

et rebus, veniat, stet, et moretur, et redeat omni suo resico, et fortuna, et omnibus suis sumptibus, et expensis. Salvo quod si contingeret quod aliquis suorum Equorum moriretur, vel macagnaretur in exercitu, vel cavalcata, quę fieret per Commune Mevanię, quod emendetur sibi secundum ęstimationem fiendam, vel factam per ęstimatores super hoc deputatos. Ita tamen quod dicta ęstimatio non possit quantitatem triginta florenorum excedere auri excedere, scilicet, melioris Equi ipsius; ad quindecim florenos pejoris Equi. Quę quidem ęstimatio fieri debeat infra octo dies post introitum Potestatis per duos homines per Consilium eligendos. In electione cujus Potestarię nemo in Consilio, in quo tractaretur de ipsa electione facienda non possit, nec debeat ipse Potestas, nec aliquis ejus Officialis, vel familiaris stare, morari, nec aliqua rogamina interponere per se, vel alium in virtute prestiti juramenti, et sub poena centum Librarum denariorum pro quolibet. Et si ipse Potestas, vel aliquis Officialis in dicto Consilio staret, vel arengaret contra dictam formam, quod in dicta electione nullatenus procedatur: Et si procederetur, non valeat, nec teneat ipso jure. Et dicti electores teneantur vinculo juramenti non eligere in Potestatem aliquem, de quo rogati, vel requisiti fuerint a Potestate, vel ejus Officialibus, seu familiaribus, vel ab aliis pro parte ipsorum. Et quod nulla persona debeat loqui dictis electoribus ante factam electionem prędictam, poena, et banno decem Solidorum pro quolibet, nisi palam, et aperte, et non pro facto Potestarię. Qui Potestas cum venerit ad Terram Mevaniam ad suum Offitium exercendum, antequam intret Palatium, seu Hospitium, et antequam de Equo descendat, vadat, et ire teneatur et debeat ad Ecclesiam Sancti Vincentii; et in Altare dictę Ecclę offerre teneatur, et debeat unum Palium de Seta valoris, et ęstimationis

æstimationis decem Librarum denarior; Quod Pallium dictus Potestas apportare teneatur et debeat tempore supradicto, ad pœnam decem Librarum denar; Et nihilominus Palium dictæ Ecclesiæ solvat. Quin etiam dictus Potestas portet, et portare secum teneatur et debeat dicto tempore unam Balistam de ospe valoris, et æstimationis quinque Librarum denar; et duos Paveses de melioribus sub dicta pœna, et vinculo juramenti: Et nihilominus dictos Balistam, et Paveses in dicto Communi dare, et assignare teneatur in fine sui Offitii. Qui etiam Potestas, et sui Offitiales, et Familiares cum dictis toto tempore sui regiminis personaliter stare, et morari continuo debeât ad dictum Offitium exercendum: Nec possit dictus Potestas, seu aliquis Officialis, vel Familiaris ipsius se a dicto Offitio absentare durante suo Offitio, nisi tamen pro necessaria, et evidenti causa proposita in pleno, et generali Consilio Communis, et Populi Terræ Mevaniæ. Et tunc si in dicto Consilio placuerit, possit se absentare decem diebus tantum. Et talem licentiam non possit habere toto tempore sui regiminis, nisi semel, nisi iret pro factis Communis de voluntate Consulu, et dicti Consilii generalis. Et dum iret dictus Potestas possit secum ducere duos Familiares tantum. Ipso tamen absente nulli alii Officiali, vel Familiari ipsius licentia concedatur, nec se absentare possit. Si vero Judex, vel aliquis dictorum Notariorum se absentaret cum dicta licentia habita supradicto modo, et forma, dum tamen nonnisi uni tantum simul concedatur: et eodem tempore possit secum ducere unum ex dictis Familiaribus tantum. Uno tamen ipsorum absente nulli de prædictis licentia concedatur, nec se absentare possit. Et nullus dictorum Officialium possit dictam licentiam habere in Festivitatibus Nativitatis Domini, et Resurrectionis ipsius, et Sancti Vincentii, et tempore exercitus, vel Cavalcatæ per homines de Mevania faciendæ. Et si aliter quam

dictum

dictum est, se absentarent, Potestas in quinquaginta Libris denariorum. Judex in vigintiquinque Libris denar. Notarii, seu Notarius in decem Libris denar. pro utroque, et quilibet Familiaris, et pro quolibet Equo in centum Solidis pro quolibet, et vice qualibet Communi Mevaniæ per Syndicum, qui Potestatem ipsum, et suos Officiales syndicabit, debeat condempnari. Et Camerarius Communis Mevaniæ, qui pro tempore fuerit, de ipsius Potestatis Salario ipsas poenas, et banna debeat retinere, et in introitibus dicti Communis ipse Camerarius mittere teneatur ad poenam decem Librarum. Et finito eorum Offitio stare, et morari debeant in Mevania prædicti Potestas, Officiales, et Familiares personaliter quinque diebus ad syndicatum, ad reddendum eorum Offitii rationem secundum formam Statutorum Communis et Populi Mevaniæ coram Offitialibus ad faciendum dictum ratiocinium deputandis. Et super hoc prima die post depositum eorum Offitium præstent idoneos fidejussores de solvendo omnem condempnationem, quæ fieret de eis, vel aliquo ipsorum occasione administrationis Offitii ipsorum, et rationis reddendæ pro se, et suis Offitialibus, Familiaribus, et Equis. Et habeat, et habere debeat dictus Potestas pro se, et suis Offitialibus, Familiaribus, et Equis mille Libras denariorum parvorum Perusinorum pro suo Salario pro sex mensibus: et pro carta, et atramento quinque Libras denar. et non plus. Et si aliquod Offitium, vel ministerium sibi, vel alicui suorum Offitialium committeretur, quod teneatur, et debeat præcise facere sine aliquo alio Salario: quod Salarium sibi per Camerarium Communis in præsentia Consulum Populi, vel majoris partis ipsorum singulis duobus mensibus pro rata temporis persolvatur. Salvo quod Salarium ultimorum duorum mensium Camerarius Communis debeat penes se retinere, et habere, et eidem non solvere usque ad finitum tempus sui Offitii, et syndicatus ipsius. Ita quod si contigerit ipsum Potestatem, vel Offitialem

vel Offitialem, vel Familiarem in aliquo condempnari Communi, vel alii speciali personæ, ipsa condempnatio de ipsa pecunia persolvatur. Et si ipsa condempnatio quantitatem prędictam detentam per Camerarium Communis excederet, ipse Potestas, et qui condempnatus fuerit personaliter detineatur, donec de ipsa condempnatione Camerario Communis, vel alii spetiali personę fuerit integre satisfactum. Si vero essent omnes absoluti, incontinenti teneatur Camerarius Communis eidem dictam partem Salarii non solutam persolvere. Et si autem contingeret dictum Potestatem aliquo casu (quod absit) non posse ad dictum Offitium exercendum cum dictis Offitialibus, et Familiaribus accedere, sibi nullum jus in dicto Salario acquiratur. Si vero postquam venerit ad dictum Offitium exercendum aliquo casu (quod absit) impeditus fuerit, quod non possit Mevanię ipsum Offitium exercere, sibi solvatur pro rata temporis: Et in residuo dicti Salarii sibi, vel alii pro eo nullum jus acquiratur. Et quod Consules Populi teneantur vinculo juramenti, et ad poenam decem Librarum denariorum pro quolibet, et vice qualibet bis in mense facere requisitionem, et assegnam Potestatis, ejusque Offitialium, Familiarium, et Equorum. Et Cancellarius Populi Terrę Mevanię, teneatur, et debeat scribere dictam requisitionem in actis Communis; et quos non invenit, pręsentare, et dare in scriptis Syndicis Communis, qui ipsum Potestatem syndicare habebunt in fine sui Offitii. Consules vero, et dictus Cancellarius si prędicta neglexerint adimplere, in vigintiquinque Libris denar. pro quolibet, et vice qualibet per Syndicos, qui eos syndicaverint Communi Mevanię debeant condempnari. Quod Statutum una cum Statuto

Statuto loquente de juramento, quod in publicam formam de ver-
bo ad verbum transmittatur cum electione Potestatis electio (a). Et
cum acceptabit Potestariam promittat, et juret Syndico ~~Communis~~
Communis Mevanię presentanti sibi dictam electionem ipsum Statu-
tum, et omnia ista Statuta Populi, quam Communis observare, et obser-
vari facere tam per se, quam per suos Offitiales, et Familiares sine ali-
qua diminutione: Et pro predictis omnibus attendendis, et firmiter ob-
servandis prestet Syndico supradicto recipienti vice et nomine dicti
Communis, et spetialium personarum quatuor bonos fidejussores. Et
etiam teneatur idem Potestas in Consilio suę Terrę facere reformari
quod aliquo tempore occasione dicti sui Offitii, et quacumque alia
de causa contra Commune Mevanię, nec spetiales personas ejus
represalias aliquas non petet, nec peti faciet: Et quod per Commu-
ne predictum dictę suę Terrę represalię aliquę non concedantur.
Et de predictis acceptatione, juramento, promissione, fidejussione, pre-
sentatione, et reformatione debeat fieri publicum instrumentum re-
portandum, et remittendum dicto Communi per Syndicum supradictum
expensis Potestatis predicti. Et quod dictus Potestas pro se, et omnibus su-
is Offitialibus, et Familiaribus teneatur in omnibus, et singulis poenis
superius declaratis Communi predicto. Et electio dictę Potestarię pre-
sentetur Potestati per Syndicum Communis per Consules eligendum,
dummodo eligant unum ex Iubatoribus. Qui Syndicus teneatur ire
pedes, et non eques. Et hoc Capitulum sit precisum in aliqua parte
sui quod tolli non possit Consilio, vel arenga. Et quod Potestati, vel
alii suo Offitiali, vel Familiari de se absentando licentia non conceda-
tur, nisi secundum formam a presenti Statuto traditam. Et qui su-
per hoc contrarium arengaverit, vel consulerit in decem Libris pro
vice qualibet Communi Mevanię condempnetur: Et talis arenga-

rio

arengaria nullum sortiatur effectum. Et si Potestas non venerit in terminum, non satisfatiat (a) sibi de Salario sibi promiſso in totum, vel in partem

Juramentum Potestatis.

III. Potestas Communis Mevaniæ cum venerit, in presentia Dnorum Consulum dictæ Terræ, antequam descendat de Equo, in Platea Communis teneatur jurare, et promittere, et juret, et promittat facere regimen dictæ Terræ toto tempore sui regiminis bona fide, et sine fraude, et justitiam facere per se, et suos offitiales, et Familiares. Et ipsum Commune, et Populum Mevaniæ, et res ipsius Communis et Populi, atque jura custodire, et guardare; et custodiri, et guardari facere; et negocia ipsius Communis utiliter gerere; et stare contentus Salario sibi promiſso per Syndicum dicti Communis, et plus petere, recipere, vel habere non poſsit a Communi, vel specialibus personis ipsius Communis per se, vel alium modo aliquo, sine causa, contra, vel preter formam Statutorum Communis, et Populi Mevaniæ. Juret etiam, et promittat servare, et servari facere per se, et suos offitiales, et Familiares totum supradictum Capitulum, et omnia alia Capitula Communis, et Populi Mevaniæ; et ubi Statutum Communis eſset contrarium Statuto Populi, Statutum Populi servetur in totum, et Statutum Communis obmittatur. Et omnia et singula ordinamenta suo tempore facienda secundum formam Statutorum Communis, et Populi Mevaniæ: Ad quæ ipse Potestas regere deberet, exequi debeat infra terminum contentum in eis, ad pœnam vigintiquinque librarum denar. pro qualibet vice. Juret etiam, et promittat servare, et servari facere Constitutiones Papales, et Imperiales editas contra hereticos, et hereticam pravitatem: Et etiam Constitutiones Rectoris Ducatus. Juret etiam, et promittat omnia, et singula bona, et

et jura Communis, et Populi Mevaniæ per quemcumque occupata reinvenire, et recuperare, et ad jus, et proprietatem Communis et Populi Mevaniæ reducere diligenter inquirere teneatur. Juret etiam, et promittat, et teneatur arbitrium non petere, nec peti facere, nec recipere, nec uti eo contra formam Statutorum Communis, et Populi Mevaniæ. Juret etiam et promittat stare personaliter ad dictum Offitium exercendum toto tempore sui regiminis; et inde non recedere contra formam Statutorum: Et finito Offitio stare ad syndicatum cum dictis suis Offitialibus personaliter quinque diebus ad reddendum rationem plenariam administrationis sui Offitii Syndico dicti Communis, et specialibus personis coram Offitialibus super hoc deputandis. Juret etiam, et promittat non petere licentiam recedendi contra dictam formam, nec hoc proponere in Consilio, nec proponi facere, nec proponenti consentire, vel velle quod proponatur per seipsum, vel Offitialem, vel Familiarem, poena, et banno centum Librarum denar. Juret etiam, et promittat non suscipere, vel recipere, nec permittere quod aliquis suus Offitialis, vel Familiaris aliquam quæstionem recipiat commissariam(a), vel arbitrariam in se; et si reciperet, quod fieret per ipsos non valeat ipso jure: nec in poenam promissam, vel stipulatam committatur, si ei arbitrio non pareretur. Juret etiam, et promittat in Palatio Communis dimittere unam Balistam de ossi valoris quinque librar. denar. et duos Paveses de melioribus. Juret etiam, et promittat patienter audire Advocatos Partium, et quamlibet aliam personam proponentem, vel proponere volentem jus suum coram eo, et Offitialibus suis: Et credentias omnes tenere, et non pandere tam tempore sui Offitii, quam postea quandocumque in præjudicium Communis, et Populi, vel specialium personarum. Et facere copiam de se omnibus volen-

tibus

(a) Deve dire = compromissariam =

volentibus proponere coram eo jura sua, ad poenam vigintiquinque librarum denariorum pro qualibet vice. Juret etiam, et promittat non recipere in se, vel aliquos Offitiales ejus, vel Familiares aliquam questionem consulendam per eum inter aliquos de Mevania, nec aliquod Salarium recipere occasione predicta. Juret etiam, et promittat manutenere, defendere, et augmentare Populum Mevanie, et Offitium Consulatus, et omnes Offitiales Populi honorare in eorum Offitio; et eorum Offitium manutenere, ~~defendere~~ juxta posse. Et omnes protestationes faciendas per eosdem Consules Populi ei, vel suis Offitialibus secundum formam Statutorum teneatur admittere, adimplere, et observare. De quo juramento fieri debeat per Notarium Consulum publicum instrumentum. Et etiam cuilibet alii Notario presenti de predicto juramento facere liceat publicum instrumentum. Quod Statutum de verbo ad verbum legatur per Cancellarium tantum antequam Potestas descendat de Equo. Ita quod nullus alius Notarius dicto Potestati componet juramentum. Et palam, publice, et aperte dictus Cancellarius totum dictum Statutum de verbo ad verbum legat, et declaret Potestati predicto. Quod Statutum, singula, et omnia in Statuto contenta idem Potestas juret, et promittat, et jurare, et promittere teneatur attendere, et conservare sine aliqua diminutione. Hoc addito, quod ipse Potestas, vel sui Offitiales, et Familiares occasione electionis eorum Offitii, et quacumque alia causa a tempore ipsius electionis usque ad finem Syndicatus ipsorum, si aliquid debeant recipere a Communi, vel aliquibus specialibus personis ipsius Communis, illud tempore ipsius Syndicatus petent coram eorum Syndicis, et Ratiocinatoribus, qui in iis, et aliis sententiis ipsos ratiocinabunt.

Juramentum

(a) E' qui nel Codice una ripetizione, che si è tolta, perchè messa per inavvertenza.

Juramentum Judicis.

IV. Judex Potestatis juret, et jurare teneatur facere, et reddere rationem tam in civilibus, quam in criminalibus causis omnibus petentibus, et habentibus facere coram eo: Et servare omnia Statuta Communis, et Populi Mevaniȩ, et Capitula: Et dare adjutorium, et ordinem in prȩdictis Statutis observandis, et exequutioni mandandis: Et dare ipsi Potestati, et Consulibus Populi, et ipsi Communi consilium, quod viderit, et crediderit expedire pro Communi Mevaniȩ: Et credentias Communis imponere, et tenere tempore sui Offitii et post depositum suum Offitium nulli pandere directe, vel per obliquum in dampnum, et prȩjudicium Communis Mevaniȩ, vel specialium personarum: Et stare contentus Salario sibi promisso per Potestatem, et nihil petere, vel peti facere, nec recipere, nec recipi facere de bonis dicti Communis, vel specialium personarum ipsius aliquo modo, vel causa. Juridicis diebus ante tertiam, et post tertiam horis congruis, et consuetis stare ad reddendum rationem ad Bancam Communis, ubi jus reddatur, et reddi consuevit: Et omnes civiles causas diffinire, et terminare secundum formam Statutorum Communis, et Populi Mevaniȩ: et etiam criminales infra tempora in ipsis statutis. Et ubi Statutum non loquitur, secundum bonas, et approbatas consuetudines Mevaniȩ, et in Mevania obtinentes, vel secundum jura Communia in casibus, in quibus dicta Statuta non loquerentur, vel consuetudo non haberetur. Et defendere, et manutenere, et invenire toto posse omnia bona, atque jura dicti Communis. Et nihilominus teneatur ad prȩdicta facere, et observare secundum formam dicti juramenti ad pœnam vigintiquinque librarum in quolibet dictorum casuum pro vice qualibet. Quod Statutum de

verbo

verbo ad verbum eidem Iudici legatur per Cancellarium Communis, et Populi Mevaniæ tantum: ita quod nullus dicto Iudici, nisi dictus Cancellarius computet Sacramentum. Et juret ipse Iudex in se non suscipere aliquam questionem compromissariam, vel arbitrariam.

Iuramentum Notariorum.

V. Notarii Potestatis, et uterque ipsorum teneantur, et debeant jurare, et jurent eorum Offitium facere, et exercere bona fide et sine fraude: scribere omnes scripturas in criminalibus, et extraordinariis causis, et dampni dati ad ipsos spectantes; et omnes alias scripturas secundum quod per Potestatem, vel Consules, Consilium, et Commune ad ipsas Scripturas fuerint deputati, sine aliquo Salario, vel mercede. Ita quod nihil possint, nec debeant recipere a Communi, vel specialibus personis pro primis, vel secundis scripturis: Dummodo secundas scripturas pro facta Communis facere non cogantur. Et faciant, et facere teneantur pro factis Communis omnes scripturas tam primas, quam secundas ad eorum (a), et in civilibus eorum Offitium spectantes. Iurent etiam, et promittant credentias Communis Mevaniæ tenere, et nulli pandere durante Offitio, vel post depositum Offitium in dampnum, vel prejudicium Communis, vel specialium personarum. Et observare omnia, et singula Statuta, et ordinamenta ad ipsos, et cujuslibet eorum Offitium spectantes. Et quod omnia, et singula exbannimenta, et sententias in cartis Pecudis debeant scribere: ita quod de qualibet sententia, et exbannimento uterque per se secundum quod in offitio suo contigerit, teneatur in publicam for=
mam

(a) Manca qualche cosa.

formam reducere; et facere duos quaternos, seu libros de sententiis, et condempnationibus; et duos de exbannimentis, de quibus quilibet ipsorum duos libros, scilicet, unum de condempnationibus, et alium de exbannimentis dare debeant Camerario dicti Communis in Consilio antequam legantur: ita quod cum leguntur in Consilio, Notarii, et Camerarius ipsas debeant auscultare: Qui debeant una cum aliis scripturis ipsorum apud Camerarium detineri. Et jurent, et promittant omnes, et singulas accusationes, denumptiationes, et inquisitiones porrigendas coram eis, vel altero ipsorum, ad poenam viginti quinque Librarum denariorum pro quolibet (quam poenam incidant pro qualibet vice qua contrafecerint ipso facto) infra secundam diem mittere ad quaternum. Et non pati quod aliqua persona stet juxta eos dum testes aliqui examinantur per eos super aliquo criminali processu facto. Et jurent, et promittant incontinenti receptis accusationibus denumptiationibus, vel inquisitionibus mittere pro accusatore, denumptiatore, promotore inquisitionis; et antequam a Banca, vel Stanga discedat, ostendere, et notificare Potestati, vel Iudici, recepto Sacramento. Et ipsas, vel aliquam ipsarum nulli restituere. Et quod ea die super ipsis procedant, et citari faciant accusatos, denumptiatos, vel inquisitos. Et semper, continue, et sollicite procedere teneantur, bona fide, et sine fraude, Etiam conservare Statutum quod loquitur de Viis aptandis; quod Statutum de verbo ad verbum eisdem Cancellarius Communis legat; ita quod nullus, nisi Cancellarius prędictus dictis Notariis computet Sacramentum. Et si dicti Notarii Potestatis, vel eorum alter in aliquo supradictorum

vum

supradictorum casuum deliquerint, in vigintiquinque libris denariorum pro quolibet ipsorum Communi Mevaniȩ condempnentur.

De duobus hominibus eligendis super omnibus Hospitalibus Communis Mevaniȩ.

VI. Statuerunt, et ordinaverunt, quod infra quindecim dies introitus Mensis Maji in Consilio generali ad fabas nigras, et albas eligatur unus homo idoneus pro qualibet Guaita dictȩ Terrȩ: Et in ipso Consilio fiat scrutinium de melioribus, et idonoribus, et aptioribus ad Syndicatum Hospitalium gerendum, et exercendum: Et duo qui ex eis reperti fuerint idoniores, eligantur, et sint Syndici Hospitalium de Mevania. Qui debeant, et teneantur ipsa Hospitalia manutenere, et defendere pro Communi prȩdicto, videlicet Hospitale olim Berardi Thomȩ, et Fontanellȩ, et Hospitale de Lactono: Et jura, bona, et res, ac possessiones ipsorum Hospitalium expensis Communis Mevaniȩ, et etiam ipsis Hospitalibus ~~omnibus~~, omnibus bonis, rebus, et juribus agant, si opus est. Offitium quorum Syndicorum duret per unum annum. Et ipsi Syndici debeant facere inventarium de bonis, rebus, possessionibus, et juribus dictorum Hospitalium, et cujuslibet ipsorum in publicam formam. Et de ipso inventario post confectionem ipsius, et reductionem in formam publicam, ipsa inventaria in publicam formam dare Camerario Communis infra octo dies: et debeant scribere, vel scribi facere omnes introitus, et expensas ipsorum: Et de eorum Offitio in fine ipsius Offitii Ratiocinatoribus Communis reddere rationem: et inventarium prȩdictum reddere, et restituere Subcessoribus ipsorum.

Et

et introitus, et expensas assignare. Et si fraudem in dicto eorum Offitio commiserint, in vigintiquinque libris denariorum pro quolibet, et vice qualibet Communi Mevaniȩ condempnentur.

De electione Notariorum super causis civilibus.

VII. De Mense Maji infra tertiam diem ipsius Mensis congregetur more solito in Palatio Communis Mevaniȩ Consilium generale Communis, et Populi. Et ipso congregato mittantur in uno Cappello tot fabȩ, quot erunt homines in dicto Consilio existentes. Inter quas fabas ponantur octo fabȩ nigrȩ: et postmodum non divisis Guaitis per unum de Prȩconibus Communis mittantur omnes dicti Consiliarii ad tragendas dictas fabas: Et quibuscumque convenerint primȩ duȩ fabȩ nigrȩ, eligant duos bonos, idoneos, et expertos Notarios de Guaita Sanctȩ Mariȩ; qui sic electi sint electi in Notarios causarum Civilium de ipso mense Maji, Iunii, et Iulii. Et secundi duo, quibus secundȩ duȩ fabȩ nigrȩ obvenerint eligant duos hujusmodi Notarios de Guaita Sancti Petri, qui sint et esse debeant Notarii dictarum causarum e tunc sequentibus mensibus Augusti, Septembris, et Octobris. Et tertii duo, quibus tertiȩ duȩ fabȩ obvenerint eligant duos hujusmodi Notarios de Guaita Sancti Angeli, quid sint Notarii dictarum causarum de Mensibus Novembris, Decembris, et Ianuarii. Et quarti, et ultimi quibus ultimȩ duȩ fabȩ nigrȩ obvenerint

obvenerint eligant hujusmodi duos Notarios de Guaita Sancti Georgii, qui sint Notarii dictarum causaram de mense Februarii, Martii, et Aprilis. Qui omnes quibus dictę fabę nigrę obvenerint, antequam eligant juvent ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tactis Scripturis, ipsam electionem facere bona fide et sine fraude eligere meliores, idoneos, et sufficientes, quos cognoverint in illa Guaita, in qua eligere debent. Et si dicti electi Notarii, vel alter ipsorum Offitiũ cessare voluerit, quod alius loco ipsius eligatur de eadem Guaita per Consules Populi. Et predicti duo Notarii ~~quo~~ quorumlibet trium mensium scribant omnia acta civilia in primis, et secundis scripturis. Et de primis scripturis non accipiant aliquid ab hominibus de Mevania, vel Mevanię habitantibus. Secundas vero Scripturas reddere debeant ad petitionem partis in publicam formam pro Salario infrascripto, videlicet, Pro libello, sive petitione quando via ordinaria procederetur, et contingeret litem contestari, quantumcumque possit dici inepta petitio, recipiant duodecĩ denarios: Pro exceptione qualibet quatuor denarios: Pro qualibet positione, et responsione quatuor denarios: Pro litis contestatione, et termino dando super ipsa contestatione ~~quatuor~~ octo denarios: Pro qualibet replicatione quatuor denarios: Pro quolibet alio termino quatuor denarios: Pro quolibet Teste, qui dicit se nihil scire, pro quolibet articulo duos denarios: Si vero modicum dixit, pro quolibet articulo quatuor denarios: Si vero multum dixit, duodecim denarios: Dum tamen pro dicto unius Testis quantumcumque prolixi non possit habere ultra tres solidos denariorum: Et de sententia vero diffinita si quomodo

fuerit

fuerit decem Librarum, et infra, quatuor Solidos. Si a decem libris super usque in vigintiquinque Libras, sex Solidos. Si vero in vigintiquinque Libris super usque in quinquaginta Libras, octo Solidos. Si vero a quinquaginta Libris super usque in centum Libras, decem Solidos. Si vero a centum Libris super, quantumcunque quantitas fuerit magna, secundum quod videbitur Iudici, usque in viginti Solidos. De aliis vero suis Scripturis satisfiat eisdem ad arbitrium Iudicis. De interlocutoriis autem usque ad medietatem, quam debent habere de diffinita, de quolibet precepto publico duodecim denarios. Et teneantur scribere omnes Syndicatus Communis, et reddere, et restituere Communi in publicam formam sine aliquo Salario, vel mercede. De nullo vero instrumento Communi pertinenti habere possint usque in quantitatem viginti Solidorum, et infra, reducendo in publicam formam sicut Potestati, seu Iudici, et Consulibus Populi videbitur. Et habeant, et habere debeant pro eorum Salario a Communi pro quolibet ipsorum Notariorum pro toto tempore supradicto tres libras denariorum. Et si ultra dictas quantitates recipiant a Communi, vel specialibus personis, solvant in cippum Communis quinque libras denariorum pro quolibet, et vice qualibet: Quos Iudex, et Potestas solvi faciant de facto. Et cartam pro primis Scripturis necessariam, et opportunam dum sunt in offitio, et lucrum inter eos durante Offitio communiter dividant. Et ipsorum Offitium duret tribus mensibus, ut dictum est; Et ipsi, et uterque ipsorum singulis diebus juridicis, et horis consuetis ad Bancam sedere debeant ad poenam quatuor Solidorum; quos mitti faciat Iudex in cippum Communis de facto, incontinenti antequam sedeant ad Bancam; nisi habita licentia a Iudice,

vel

vel a duobus Consulibus. Et quod ipsi, vel alter ipsorum debe=
ant singulis generalibus Consiliis interesse. Et si contigerit
aliquas scripturas fieri debere pro Communi spectantes ad ip=
sum Offitium, fieri possint, et debeant per alium Notarium per
Consules Populi, vel majorem partem ipsorum ad hoc deputandū
expensis ipsorum Notariorum. Et de aliquo instrumento pu=
blico in publicam formam redigendo (a) continentem quantita=
tem viginti solidorum, cum non possint recipere ultra duo=
decim denarios, ab inde supra duos Solidos. Et Notarii præ=
dicti durante eorum Offitio debeant ostendere cuilibet pe=
tenti, ad quem spectarent, scripturas, et omnia acta coram se,
seu per se scripta, et actitata, sine aliquo Salario. Et dicti
Notarii de aliquo instrumento publico faciendo ad Bancam
Communis accostumando, vel vendendo, non possint recipe=
re, vel habere a Communi, vel specialibus personis ultra
decem Solidos. Et ipsi Notarii, nec aliquis ipsorum non pos=
sint servire per Substitutum; et si per Substitutum servi=
rent, Scriptura talis Substituti fidem nullatenus habeat,
nisi tunc esset infirmitate gravatus. Et nullus, qui fuerit
Substitutus præterito tempore possit servire pro Substituto ad
dictum Offitium ex tunc ad duos annos. Et ipsi Notarii du=
rante eorum Offitio non habeant vocem in Consilio, nec den=
tur eis pallottę, etsi de Consilio essent. Nec dicto eorum
Offitio durante procurare possint, nec advocare pro aliqua
persona, poena viginti Solidorum pro quolibet, et vice qua=
libet. Et acta hactenus scripta per Substitutum valeant,
et teneant; et contra ea nulla exceptio, vel defensio opponi
possit: Et si opponerentur, vel oppositę fuissent, opponens
non

non audiatur; nec talis oppositio, vel defensio valeat, nec teneat ipso jure. Et prędicta locum habeant in pręteritis, pręsentibus, et futuris. Et ea omnia facere, et observare teneantur poena centum Solidorum: In quam poenam per Potestatem ad petitionem conquerentis debeant condempnari. Et prędicta omnia ipsi Notarii jurent attendere, et observare bona fide, et sine fraude antequam ad Offitium mittantur. Possit tamen quilibet ad dictum Offitium substitui a Fratre, Patre, Patruo, vel Avunculo carnalibus. Et quod per ipsos Substitutos factum fuerit valeat, et teneat, ac si per ipsum Notarium electum factum esset.

De electione Bajulorum.

VIII. Potestas infra octo dies sui regiminis teneatur eligi facere secundum modum solitum octo Bajulos: quibus Bajulis, et cuilibet ipsorum Camerarius Communis teneatur emere caputeum panni pretii octo Solidorum pro quolibet eorum. Quę... Caputeam dictus Camerarius ipsis Bajulis in octo dies postquam electi fuerint emere teneatur; ipsumque ipsi Bajuli continue portare debeant cum armis Communis Mevanię. Qui Bajuli eligantur per sex menses; et habeant pro Salario sex mensium, videlicet quolibet mense pro quolibet ipsorum viginti Solidos denariorum. Et teneantur facere omnes, et singulas citationes, ambasiatas, et pignorationes pro Communi Mevanię ad mandatum Offitialium dicti Communis intra Mevaniam, et distri=

ctum

districtum: Et etiam platones, et alia eorum Offitia pertinentia sine aliquo Salario, vel mercede a Communi habenda. Si vero mitterétur pro Communi Mevaniæ extra districtum Mevaniæ, pro una die qua irent habeant pro quolibet milliarei pro eundo, et redeundo quatuor denarios tantum. Si vero

(a) non ultra unam diem steterint de necessitate ipsius ambasciatæ, quia redire commode non possent, tunc pro qualibet die qua extra Mevaniam steterint occasione predicta habeant tres solidos tantum. Et etiam pignora quæ accipiunt, et omnes citationes, quas faciunt pro Communi, statim ipso die, vel sequenti (si ea die fieri non posset) referre, notificare, et assignare teneantur pœna, et banno viginti Solidorum; et plus, et minus inspecto negotio ambasciatæ, ad arbitrium Potestatis, et Consulum, vel Consulum tantum. Et ipsi Bajuli teneantur, et debeant ad petitionem cujuslibet facere citationes, et relationes, et tenutas accipere bona fide, sine fraude, et secundum formam Statutorum. Ita tamen quod in ~~cau~~ causis civilibus non possint, nec debeant aliquam citationem facere ad petitionem alicujus de mane pro ipso mane, nec de sero pro ipso sero: Sed de mane pro sero, et sero pro mane, et de una die pro alia. Et sine mandato Offitialium facere possint, nec debeant, nisi aliud habuerint in mandatis a Potestate, vel Judice, vel Consulibus Populi. De quo mandato facto de mane pro sero, et de sero pro mane, et de una die pro alia in actis Communis appareat per Notarium

(a) Il non par che ridondi.

Notarium causarum Civilium: et de eorum citatione
stetur relationi ipsorum. Et in Palatio, et Plasea debe=
ant citationes facere ad petitionem cujuslibet sine aliquo
salario ad poenam decem Solidorum denariorum. Et pi=
gnora, quę receperint servare, et custodire debeant. Et si ali=
quod pignus acceperint, et ipsum amiserint, ipsum emendent.
Et de acceptione dicti pignoris credatur relationi dicti cita=
tati cum juramento ipsius; ac etiam de ęstimatione. Et quod
pro prima citatione nullus pignoretur ad poenam duorum Soli=
dorum. Et si irent de mandato Curię ad capiendum aliquem
exbanditum pro debito, si intra Mevaniam, et Burgos habeant
sex denarios; si extra Mevaniam iverint habeant duodecim de=
narios. Et dicti Bajuli teneantur facere citationes, et tenutas
dare in Mevania, et Burgis pro duobus denariis pro qualibet ci=
tatione, et relatione; et pro qualibet datione tenutę sex dena=
rios. Et si aliquis citationem fecerit, vel tenutam dederit, si
infra milliare habeat sex denarios pro qualibet citatione, et duo=
decim denarios pro qualibet datione tenutę. Si per unum mil=
liare, et ab inde supra, pro qualibet citatione octo denarios, pro
qualibet datione tenutę sexdecim denarios. Et si in uno itinere ci=
taverit plures quam tres personas, non possit habere ultra tres
Solidos pro quolibet milliare. Et ad dictam dationem (a) pro
datione secundi decreti, seu executione solvatur ut de tenuta di=
ctum est. Et in quolibet termino citationis debeat facere rela=
tionem citationis poena duorum Solidorum ad petitionem par=
tis. Et si non referret, nihil habeat pro citatione prędicta.

Et

(a) Sembra che debba dire = rationem =

Et si aliquid habuissent, illud restituant ad dictam poenam. Et tenutam datam per ipsos ad dictam poenam restituant. Et cum irent ad citandum aliquos, vel aliquem, si invenerint citent eos, sin autem citent eos, vel eum ad domum eorum solitę habitationis, vel in qua consuevit habitare, alta voce, ita quod familia, vel vicini audire possint. Et quando irent ad pignorandum aliquos, vel aliquem, non vadant nisi unus Bajulus tantum, nisi expresse mandaretur eis quod essent plures per Offitiales Communis. Nec intrent domum alicujus ad accipiendum ipsum pignus sine pręsentia alicujus de ipsa domo, vel alicujus vicini ad poenam viginti Solidorum pro quolibet, et vice qualibet. Nec dicti Bajuli, vel aliquis ipsorum intret aliquam domum, quam invenerit clausam cum clavi, sine pręsentia Domini dictę domus, vel alicujus de ejus Familia, non obstante pręsentia alicujus convicini, sub dicta poena. Et prędicta promittant facere bona fide, et sine fraude. Et si aliquis eorum fraudem in ~~Offitio commiserit~~ eorum Offitio commiserit, in viginti Solidis, et ultra usque in centum Solidis sicut Potestati videbitur, inspecta qualitate doli, et fraudis Communi Mevanię pro vice ~~qua~~ qualibet condempnetur, et dampnum patienti in duplum emendet. Et quicumque fuerit electus ad Offitium Bajulatus, et ipsum Offitium renumptiaverit, non possit pro aliquo servire in dicto Offitio, nec idem in dicto Offitio eligi possit.

Et

Et nullus possit esse Bajulus Communis, qui non fuerit habitator Mevaniæ citra (a) ad minus. Et si electus acceptaverit, teneatur Potestati dicti Communis pro ipso Communi recipienti dare idoneam cautionem de exercendo legaliter, et bona fide, omni dolo, et fraude remotis suum Offitium Bajulatus. Et nullus qui esset Bajulus Ducalis Curiæ, vel alterius Curiæ cujuscumque possit in Bajulum Communis Mevaniæ eligi, vel assumi. Et si eligeretur, ipsa electio evanescat. Et Potestas, et quilibet alius Offitialis Communis Mevaniæ, qui pro tempore fuerit, teneatur, et debeat totum dictum Capitulum in qualibet parte sui de verbo ad verbum per dictos Bajulos integre observari ad pœnam centum Solidorum pro quolibet, et vice qualibet, et vinculo juramenti. Et ad prædicta omnia, et singula ipsi Bajuli, et quilibet ipsorum attendere, et observare teneantur, et debeant, ad pœnam decem Solidorum pro quolibet, et vice qualibet, et vinculo juramenti. Et dicti Bajuli, nec aliquis ipsorum de primis citationibus factis, vel faciendis per eos, vel aliquem eorum super ~~dampnis~~ dampnis datis.

(a) Manca il tempo assegnato dell'Abitazione.

dampnis datis nihil habeant, nec habere debeant, aut recipere poſsint a citatis, vel citandis occaſione hujusmodi. Contrafaciens in prędictis, decem solidos denariorum pro qualibet, et vice qualibet solvere teneatur. Et de prędictis stetur, et credatur dicto ipsius citati, vel citandi, cum ejus juramento.

De Tubatoribus, et eorum Salario.

IX. Item statuerunt, et ordinaverunt, quod Cillus Petrutii Bellectę, et Buctiglioctius Barnabutii sint Tubatores Communis Mevanię, Pręcones Communis ipsius. Qui Cillus, et Buctiglioctius Pręcones habeant, et habere debeant pro eorum Salario de bonis Communis Mevanię pro utroque ipsorum valorem quindecim Librarum denarior; in Festo S.ᵗⁱ Vincentii de mense Junii. Et quod continuo portent Pendoncellos de syndone in eorũ Tubis, expensis Communis ad arma Communis; et habeant Tubas ab ipso Communi. Et aliter ipse Camerarius eis dictos denarios solvere non debeat. Et si dictus Camerarius contrafecerit in prędictis, solvat de suo, et a Communi nullo tempore repetere, vel rehabere non poſsit. Et quod ipsi Pręcones, nec aliquis ipsorum ipsos pannos subpignorare, et vendere poſsint, nec debeant, ad poenam viginti solidorum pro utroque ipsorum, et qualibet vice. Et in eadem poena sit ille, qui ipsos pannos emerit, vel in pignus acceperit. Et aliter quam dictum est ipsi Pręcones denarios habere non poſsint. Et si aliquid superaverit ipsi Camerario de pretio ipsorum pannorum tempore emptionis ipsorum, ipse Camerarius det, et solvat ipsis Tubatoribus. Qui Tubatores dictum Salarium habeant modo, et forma aſsertis. Et faciant, et facere teneantur, et debeant omnia et singula bannimenta, exbanimenta, et citationes ad

Commune Mevanię spectantes et pertinentes, ad mandatum Pote=
statis, suorumque Officialium, et Consulum Populi Mevanię, et
etiam ad ipsorum, et cujuslibet ipsorum petitionem, et mandatum pigno=
ra accipere sine aliquo salario vel mercede habenda a Communi
occasione prędicta. Qui etiam Tubatores possint facere omnes et
singulas citationes, relationes, et mandata, prout alii Bajuli di=
ctę Terrę infra Mevaniam tantum. Et pro ipsis citationibus, re=
lationibus, et mandatis satisfiat eis prout Bajulis dictę Terrę.
Et ipsi Pręcones teneantur, et debeant facere bannimenta, et ex=
bannimenta ad petitionem cujuslibet singularis personę, ad
mandatum Potestatis, et suorum Officialium. Et ipsi Pręcones
habeant, et habere debeant pro quolibet bannimento quod fece=
rint in Palatio, vel Platea Communis, quatuor denarios. Et pro
quolibet exbannimento commisso tres denarios in quemlibet
tantum. Et pro notificatione exbannimenti unum denarium.
Et si ipsi Pręcones, vel ipsorum alter exbannierint plures de=
bitores simul pro uno debito, habeant, et habere debeant pro
eorum salario pro exbannimento, et notificatione ipsius qua=
tuor denarios tantum. Et si contrafecerint, in quinque solidos denar.
pro quolibet, et vice qualibet Communi Mevanię condemnen=
entur. Et cuilibet sit licitum accusare, et credatur accusato=
ri cuilibet; et in credentia teneantur. Qui etiam Pręcones de=
beant omnibus et singulis generalibus Consiliis, et Arenghis,
ac prędicationibus, quę fierent in Platea, et Ecclesiis Sancto=
rum Angeli, et Silvestri ad eorum officium exercendum debeant inte=
resse, poena quinque solidorum pro quolibet, et vice qualibet.
Et semper cum aliquod Consilium fieret, ad dictam poenam
stare debeant in Palatio Communis; non tamen in Consilio
credentię

credentię, nisi de Consulum Populi processerit voluntate. Et non possint se absentare a Terra Mevanię, et districtu sine licentia Potestatis, et Consulum Populi dictę Terrę, vel Consulum tantum. Et quando irent in exercitum, vel cavalcatam pro Communi Mevanię, non possint habere aliquod stipendium a Communi, vel speciali persona in dicto exercitu, vel cavalcata, nisi Equum, et expensas pro se, et Equo secundum deliberationem Consilii Communis, vel Populi Terrę Mevanię. Et ipsi Tubatores intra Mevaniam bannire debeant omnia laboritia facienda per aliquos adiacentes sine aliquo Salario ad petitionem Superstitum, quotiens fuerint requisiti, ad poenam quinque solidorum pro quolibet, et vice qualibet. Et Tubas eorum non debeant vel possint vendere, vel pignorare, immo ipsas semper retinere in Palatio, nisi quando ipsas extraherent ad eorum officium exercendum. Et poena decem solidorum pro quolibet, et vice qualibet condemnentur, quando ipsi, vel ipsorum aliquis fuerint requisiti ad Tubas, ~~et~~ non haberint. Et singulis diebus de mane, et de sero prę sentent se coram Potestate, et Consulibus Populi, et quęrant si est bannimentum aliquod faciendum. Et singulis diebus juridicis dum Judex sederet ad bancam, debeant in Palatio interesse ipsi, vel alter ipsorum; et in quolibet alio loco, ubi Curia Mevanię moraretur ad jus reddendum, ad eorum officium exercendum; et omnia, et singula alia ad officium Tubatorum pertinentia, et quę Bajuli intra Mevaniā facere tenerentur, et possint; et cum mercede, quam Bajuli accipere debent ex forma Statuti; facere teneantur; dummodo occasione officii bajulatus nihil accipere debeant a Communi. Nec tubare debeant in aliquo loco Terrę Mevanię, nisi in servitium Communis, vel pro aliquo bannimento faciendo, sine licentia Consulum

Populi, vel majoris partis ipsorum, poena viginti solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et ipsi Tubatores teneantur bannire in omnibus locis consuetis, ubi solitum est bannire; et etiam in trivio viæ, qua itur ad Portam S.tæ Margaritæ, juxta domum filiorum Casulæ; Viam et via, qua itur ad S.tum Nicolaum: et ante domum, quæ fuit olim Ciccoli Papæ sitam extra Portam antiquam S.ti Vincentii, in novo Mevaniæ, et trivio ante domum Petri de Furca extra Portam Abbatis in novo Mevaniæ, poena viginti solidorum. Et prædicti Tubatores teneantur, et debeant singulis sex mensibus in principio regiminis cujuslibet Potestatis totum dictum capitulum attendere, et observare ad poenam viginti solidorum, et jurare teneantur. Et quod dicti Præcones non præconizent, nec aliquod bannimentum faciant tangens, vel spectans ad negotia dicti Communis, vel pro factis dicti Communis, sine expressa licentia Dominorum Consulum Populi, qui pro tempore fuerint, ad poenam decem Librarum denariorum pro quolibet, et vice qualibet: Quam poenam Camerarius Communis prædicti de eorum Salario retinere teneatur. Et nihilominus tale bannimentum non valeat. Et ne de prædictis possint ignorantiam allegare, dictum Statutum dictis Præconibus legatur per Cancellarium Populi primo mense introitus Potestatis, præsente ipso Potestate. Et nullus de Mevania deinceps ludere debeat modo aliquo ad aliquem ludum cum aliquo dictorum Tubatorum, vel aliquo Bajulorum Communis, poena viginti solidorum pro quolibet contrafaciente, et qualibet vice: et in eisdem poenis sit uterque ipsorum Tubatorum, et Bajulorum contrafacientium. Et de his, et aliis capitulis supradictis quilibet possit accusare, et denumptiare, et accusationi, et denumptiationi cujuslibet stetur, et credatur: Et ipsi accusatores, et denumptiatores habeant tertiam partem banni, et in

credentia

X.

credentia teneantur.

De Electione Notarii super dampnis datis, et ejus officio.

X. Item statuimus, et ordinamus, quod infra octo dies introitus mensis Aprilis proxime venturi in Consilio Communis, et Populi eligatur unus bonus, legalis, et expertus Notarius forensis super dampnis datis, et dandis, viis aptandis, fluminibus allargandis, muris Communis fieri faciendis, de ipsis fluminibus, pontibus, et fontibus manutenendis; et aliis operibus faciendis, et fieri faciendis, prout Potestati, et Consilio Populi placuerit, et videbitur ordinandum. Et habeat secum dictus Notarius dampnorum datorum unum famulum, et teneatur facere omnia officia in Statuto contenta, et que sibi committentur per Consules, ita tamen quod de custodia non se intromittat, et quod vitam non faciat cum Consulibus: et ejus electio fiat de sex mensibus in sex menses. Et habeat pro suo, et dicti famuli Salario centum Libras denariorum Perusinorum dicto tempore: et habeant quartam partem omnium, que devenire fecerint in Communi ab iis videlicet, quos personaliter, vel cum bestiis ipse Notarius invenerit dampnum dare. Qui Notarius teneatur et debeat accedere ad dictam Terram Mevanie ad dictum officium exercendum duobus diebus ante Kalendas Maji: Cujus officium duret sex mensibus incipiendis in dictis Kalendis Maji. Cujus electio fiat, et fieri debeat in dicto Consilio eo modo et forma, quibus fit electio Cancellarii Populi dicte Terre. Et quod in veniendo, stando, et redeundo, veniat, stet, et redeat omni suo resico, et fortuna. Et ~~ipse~~ dictus Notarius non possit esse de aliqua Terra, que sit prope Mevaniam per sex milliaria. Et idem Notarius habeat licentiam

licentiam; et omnimodam potestatem dictas operas faciendi, vel fie=
ri faciendi, et poenam, et bannum imponendi usque ad quantita=
tem decem solidorum denar: et ipsam poenam exigere, et auferre
de facto ab illis personis, quę ipsi Notario non obedierint. Cui Nota=
rio quilibet debeat obedire ad dictam poenam. Qui etiam Notarius
teneatur et debeat facere abligari per Commune Mevanię flu=
men dicti Communis in qualibet parte, ita quod sit latum qua=
tuor mezenghis in qualibet parte: et ripa ipsius fluminis, et
quę est juxta flumen dicti Communis, bene infortiare, et allega=
(a) re, et apstare per homines habentes ripas prędictas juxta flumen.
Quę ripę sint de quatuor pedibus ubicumque, ad pedes, manus,
altę, et amplę. Et si per habentes dictas ripas juxta ipsum flumen fie=
ri non possint, faciat ipsos juvare per alios adjacentes ipsarum
riparum. Et prędicta omnia idem Notarius fieri faciat de mense
Maji, vinculo juramenti, et ad poenam decem librarum. Et idem
Notarius fieri faciat omnes alias operas, tam pro Communi Meva=
nię, quam etiam pro specialibus personis, ad quas fuerit requi=
situs per aliquas speciales personas, bene, fideliter, legaliter, et
sine fraude. Et dictus Notarius teneatur, et debeat ire, et scruta=
ri dampnum dantes in bonis alterius: et ipse Notarius possit om=
nes, quos invenerit dampnum dantes punire, et ab eis poenam
de facto exigere; et ipsas poenas in cippum Communis mitti fa=
cere. Et ipse Notarius super dampnis datis et stare, et morari
debeat continue in Palatio dicti Communis, vel alibi, ubi Consu=
les Populi morarentur; et ejus officium bene, fideliter, et legali=
ter exercere. Et quod idem Notarius prędicta omnia, et singula, et
alia, quę ad ejus spectabunt officium, juret, et promittat ad San=
cta Dei Evangelia, corporaliter tactis Scripturis, attendere, et
observare

(a) Forse allargare, come altrove, o abligare, come sopra.

observare, et in nullo contrafacere, vel venire, ad poenam decem librarum denariorum, et vinculo juramenti. Et si in prędictis, vel aliquo prędictorum dictus Notarius fraudem, dolum, vel negligentiam commiserit, pro fraude, et dolo in vigintiquinque libras denarioꝝ; et pro negligentia in decem libras denarioꝝ Communi Mevanię condempnetur. Qui Notarius de suo salario sit contentus; et nihil aliud, quam supra dictum est, accipiat, vel recipere possit a Communi, vel specialibus personis ipsius, sub dicta poena. Et finito dicto suo officio stare debeat ad syndicatum tribus diebus ad reddendum Officialibus dicti Communis sui officii plenariam rationem, ad poenam vigintiquinque librarum denariorum. Et finito dicto tempore sex mensium, alius Notarius super dampnis datis, et aliis rebus prędictis pro aliis mensibus sequentibus, modo, et forma similibus eligatur.

De Electione Gualdariorum, et eorum Officio.

XI. Potestas Mevanię infra octo dies mensis Martii teneatur eligi facere in Consilio generali Gualdarios per contratas, ita quod in quolibet vocabulo territorii Mevanię sint duo Gualdarii, et plures, si videbitur Consilio. Qui Gualdarii eligantur hoc modo: scilicet quod eligantur tres boni, et legales homines pro qualibet Guaita ad fabas nigras, et albas; qui sic electi eligant, et eligere debeant dictos Gualdarios: Et ipsi Gualdarii blada, vineas, horta, arbores, et fructus ipsos custodire teneantur, et accusare, et denumptiare omnes et singulas personas, quas viderint, vel sciverint dampnum dare personaliter, vel cum bestiis, vel sine bestiis, contra formam Statuti, et contra ordinamenta ipsius Communis. Et denumptiationi, et accusationi

ipsorum, et cujuslibet ipsorum stetur, et credatur; aſsignando in ipsis accusationibus, et denumptiationibus diem dati dampni, et locum, quę Notarius dampnorum datorum, et Potestatis ponere debeant in quaterno. Et si aliquis dixerit se malitiose accusatum, vel denumptiatum eſse, Potestas, vel ejus Officialis, et dictus Notarius dampnorum datorum teneantur vinculo juramenti unum ex suis Officialibus, vel Bajulis cum uno Bajulo ad petitionem accusati, vel denumptiati mittere ad videndum dampnum, de quo est accusatus, vel denumptiatus; et si invenerit dampnum datum eſse, puniat ipsum secundum formam Statuti. Si vero dampnum non eſset datum, vel non inveniat dampnum datum, puniat accusatorem, vel denumptiatorem pro fraude, et dolo secundum formam Statuti; cujus poenę quarta pars sit ipsius accusati malitiose. Et singulis diebus dominicis dicti Custodes, et quilibet eorum debeant coram Notario dampnorum datorum comparere, ad poenam decem solidorum denar. pro quolibet, ad accusandum, et denumptiandum omnes, et singulas personas, quas sciverint dampnum dare, vel quarum bestię dampnum darent, vel alienum accipientes. Qui Notarius teneatur singulis diebus dominicis de iis requisitionem facere, et scribere omnes denumptiationes, et accusationes clare, et aperte, quę fierent coram eo per predictos; et omnes non venientes debeant cogere ad solvendum dictam poenam de facto sine aliquo proceſsu, vel sententia. Et de poenis dampnorum datorum, quas ad Commune Mevanię fecerit pervenire ex accusationibus, et denumptiationibus Gualdariorum, accusatores, et denumptiatores habeant, et habere debeant quartam partem; quam Camerarius Communis

in

in fine cujuslibet mensis cuilibet accusatori, et denumptiato=
ri persolvere teneatur. Et si alicubi per districtum Mevaniæ
fieret aliquod, vel aliquid acciperetur de bonis, et rebus alicujus
de die, et Gualdarii non accusaverint, vel denumptiaverint
dampnum dantem, vel alienum accipientem, Gualdarii loci
ubi dampnum datum esset, vel esset de alieno acceptum tene=
antur dampnum passo de proprio emendare de hujusmodi
dampno dato, et alieno accepto, et ejus estimatione; quod datu(m)
de die fuerit, credatur sacramento dampnum passi, usque in
quantitatem viginti solidorum denarior(um): et ab inde supra ~~ut, si~~ cum
uno teste fide digno, usque in centum solidos: ab inde supra pro=
cedatur legitime. Et si tempore electionis ipsorum Gualdarioru(m)
eligerentur in aliquo vocabulo duo Gualdarii, ut dictum est, Po=
testas infra tres dies faciat coram se comparere dictos Gualdarios
ad sciendum a quolibet ipsorum in qua Guaita est electus Gual=
darius, vel si vult esse Gualdarius: ita quod in qualibet contrata
sive vocabulo sint duo Gualdarii. Et etiam in primo Consilio, si
fieri poterit commode, ad petitionem duorum de Contrata, loco,
vel vocabulo, in quo non esset facta dicta electio, fieri faciat duos
Gualdarios. Et si accusatus a dicto Gualdario de dampno dato ju=
rare voluerit, se non habuisse, vel custodivisse bestias, de quibus
accusatus, vel denumptiatus est, die accusationis, vel denumptia=
tionis per octo dies ante non debeat aliquid solvere. Et dictus No=
tarius ipsi tali accusato, vel denumptiato talem Mevanatem re=
cepto dicto juramento sibi admittere teneatur. Et si ipsi Gual=
darii, vel aliquis ipsorum dolum, fraudem, vel negligentiam
in suo officio commiserit, pro dolo, et fraude in centum solidos,
pro negligentia in quadraginta solidos denar(iorum) Communi Mevaniæ

Mevanię condempnetur. Et Potestas, et Consules Populi, qui pro tempore fuerint, de mense ~~Junii, et~~ Julii teneantur facere ordinamenta, et providere super dampnis datis ut non dentur, prout placuerit Consilio generali super hoc specialiter faciendo. Et nullus in Gualdarium eligatur, qui habeat pecudes: nec sit minor vigintiquinque annorum. Nec possit in Gualdarium eligi, qui non habeat in bonis ipse, vel Pater ejus valore tantum quinquaginta librarum. Et ipsi Gualdarii teneantur accusare omnes colligentes Olivam ante diem, vel tempore pluvioso, vel caliginoso, vel ante Festum Omnium Sanctorum, sine licentia Potestatis, vel Consulum: et colligentes olivas alterius sine ejus licentia speciali. Et singulis diebus teneantur, et debeant ad poenam quinque solidorum pro quolibet ipsorum ire scrutando per territorium Mevanię ne dampna dentur in bonis alterius. Teneantur etiam assignare omnes, et singulas personas, quas sciverint, vel crediderint esse suspectas, et solitas dampnum dare Domino Potestati, et suę Curię, infra octo dies, post aperturam dicti Statuti pręsentis. Et ipsis suspectis assignatis teneatur ipse Potestas apponi facere quatuor homines de qualibet Guaita eligendos per Consules secrete de consensu Potestatis, nomina quorum appositorum non scribantur, nec dicta ipsorum, et teneantur in credentia. Et dicti quatuor jurent tenere credentiam, et non pandere quid dictum, vel factum fuerit inter eos de prędictis. Et qui approbabuntur per ipsos pro suspectis, vel per majorem partem ipsorum, habeantur pro approbatis. Per quos etiam quatuor alii suspecti dampnorum datorum assignentur, quos sciverint, vel crediderint esse suspectos de prędictis: Ad quos suspectos assignandos, tam de Gualdariis, quam etiam dicti quatuor electi per Guaitam cogantur per Potestatem remediis oportunis. Et ipsis suspectis assignatis

aſsignatis, et approbatis, Potestas, et Notarius dampnorum datorum in=
fra tres dies ipsos coram se faciat comparere: et scribant, seu scribi fa=
ciant in quaterno Communis; et ab eis et quolibet ipsorum recipiant ido=
neam cautionem de non dando dampnum, et dampnum datum emen=
dando secundum formam Statuti; et de non execundo de Terra Meva=
nię, Caſtro, vel Villa, unde est habitator, noctis tempore sine licentia Po=
testatis. Et si reperiretur ipse ire, vel aliquis ipsorum de nocte, sine
licentia, puniatur pro sola itione in quadraginta solidos denariorum
pro quolibet, et vice qualibet. Et si dicta nocte dampnum daretur, et
non reperiretur malefactor, teneatur dictus suspectus iens de nocte
dictum dampnum dediſse, et ipsum dampnum emendare secundum
formam, et modum datum Gualdariis; cujus poenę medietas sit de=
numptiatoris: et in credentia teneatur, et credatur suo sacramento cum
aliquo alio inditio, vel adminiculo. Quę poena de facto a tali suspecto
auferatur, et in cippsum Communis pars mittatur, et alia detur dam=
pnum paſso, denumptianti, vel alii denumptiatori: et eorum promiſ=
sio, et fidejuſsio data per ipsos scribatur cum ipsis suspectis in ipso
quaterno Communis. Et de prędictis, vel aliquo prędictorum non
poſsit per aliquem peti Sapiens: Et ipsorum Gualdariorum nomina
teneantur in credentia.

De electione Custodum Coſtę S.^{ae} Potentiae, et Paludis Feccioli Communis.

XII. Potestas in principio sui regiminis faciat eligi in Consilio quatuor
Custodes ad custodiendum coſtam S.^{ae} Potentię; et quatuor Custodes ad
cuſtodiendum Paludem Feccioli Communis Mevanię, quando ipsa
Palus eſset apud Commune Mevanię; qui jurent ipsam Coſtam, et
Paludem cuſtodire bona fide, et sine fraude, et dampnum dantes
personaliter, vel cum bestiis, et sine accusare, et accusationibus dicen

dampni dati apponere, et habeant medietatem banni; et stetur accusationi, vel denumptiationi ipsorum. Et ipsi Custodes non debeant in ipsis Costa, et Palude dampnum dare, ad poenam quadraginta solidorum pro qualibet vice, qua ipsi, vel aliquis ipsorum personaliter, vel cum bestiis dampnum dederint. Et cuilibet sit licitum accusare eos; et credatur accusatori cuilibet cum uno teste, vel cum aliis indiciis. Et si fraudem, dolum, vel negligentiam commiserint, pro fraude, vel dolo in centum solidos, pro negligentia in quadraginta solidos Communi Mevanię condempnetur. Et de prędictis Potestas inquirat singulis mensibus ad poenam decem librarum. Et singulis diebus Dominicis prędicti Custodes debeant se presentare coram dicto Notario dampnorum datorum ad denumptiandum omnes, et singulos homines, et personas dampnum dantes in dictis Costa, et Palude.

De electione quatuor Hominum super manutenendo, et aptatione Paludis Feccioli, et eorum officio.

XIII. Potestas, et Consules Populi Mevanię cum Consilio Populi teneantur vinculo juramenti, et ad poenam quadraginta Librarum Potestas, et quilibet Consulum vigintiquinque Librarum, de mense Iunii eligere, et nominare quatuor bonos, et sufficientes homines de Contrata Paludis Feccioli, qui videant ipsam Paludem, et eam totam scrutentur. Et per eos alii sufficientes homines, qui eis videbuntur, eligantur, et vocentur: et videant quid sit faciendum in Palude prędicta, et pro utilitate ipsius, ad tollendum rendationes aquarum, quę labuntur per ipsam Paludem. Et quod per eos fuerit ordinatum, et ipsis visum fuerit, referant Potestati, et Consulibus supradictis; et eorum relationes per Cancellarium scribantur. Et postea Potestas, et Consules teneantur ad poenam prędictam

prędictam ea, quę fuerint per eos ordinata super iis ~~ad~~ effectui demandare de mense Iulii, vel Augusti quam citius fieri poterit. Et supradictis quatuor hominibus, et aliis, quos ipsi elegerint ad Consilium in prędictis satisfieri faciant de bonis Communis, prout ipsis Potestati, et Consulibus videbitur expedire, dummodo dicti quatuor homines sint de Contrata Paludis.

De electione duorum Hominum ad manutenendum terminos communis Paludis, et ad plantonandum ripas Formarum, et eorum officio.

XIV. Super Palude Feccioli Communis Mevanię Consules Populi infra octo dies post introitum eorum officii eligant, et apponant duos bonos homines idoneos, et legales pro toto anno, qui manuteneant, et manutenere faciant omnes terminos, et senaitas ejusdem Paludis, et faciant mitti foras de termino ad terminum amplas tribus pedibus ad pedem perticę, et cupas tribus fictis. Et etiam foveas utiles, et necessarias ipsi Paludi mitti faciant, et manuteneant eas: Et omnem aliam curam, et sollicitudinem habeant de ipsa Palude, quę necesse fuerit. Qui duo Homines sic positi, et vocati habeant Possessiones citra flumen versus Paludem, a Ponte Abbatis usque ad S.tum Angelum de Polvese: Et si secus fieret, non valeat, nec teneat ipso jure. Et forma dictę Paludis, et Chiona versus Polvese quantum protenditur ipsa Palus, caveatur, et amplietur ad pedem perticę, et duobus pedibus in medio sit cupa. Et hęc fiant de mense Augusti, vel Septembris proxime venturi, et de mense Ianuarii, vel Februarii sequentis, prout ipsis Consulibus videbitur, per dictos bonos homines, modo, quo supra, eligi faciant, ad poenam quinquaginta Librarum denariorum

pro

pro quolibet eorum. Et plantari faciant ad dictam poenam ripam dictę formę totam de Plantonibus Alvani, Salcuini, et Populorum ad expensas dicti Communis: et plantatam manuteneri faciant per dictos homines, et alios Custodes dictę Paludis. Et habeant prędicti boni viri pro eorum Salario, si prędicta fecerint, viginti solidos pro quolibet ipsorum; et aliter non habeant. Et si dicti boni viri sic appositi, vel alter ipsorum in negotio dictę Paludis fraudem commiserint, ~~vel~~ negligentes extiterint, vel remissi, in decem Librarum denar; et plus, et minus ad voluntatem Consulum, qui pro tempore fuerint, condempnentur. Hoc addito, quod cuicumque data est aliqua petia Terrę in Palude Communis ad fictum, circa suam petiam, quam habet ad fictum debeat foveas mittere competentes ad ipsam Terram, utiles ad desiccandum, et defendendum eam ab aqua. Et qui facere hęc neglexerit, vel non fecerit competenter, solvat Communi prędicto duplum ejus, quod solvere teneretur pro ficto ejusdem Terrę. Et hoc Officiales Communis Mevanię diligenter exequi teneantur vinculo juramenti, et ad poenam decem Librarum pro quolibet, quolibet anno de mense Octobris. Et huic Statuto nullum Statutum superius, vel inferius valeat appositum derogare.

De electione Viariorum, et eorum officio.

XV. Potestas eligi faciat in Consilio generali quatuor Viarios, scilicet, de qualibet Guaita unum, qui sint super manutenendis, purgandis, et aptandis, et reinveniendis Viis publicis intra Mevaniam, et extra: Et omnes et singulę Vię intra Mevaniam, et extra reducantur per ipsos Viarios ad petitionem duorum, vel plurium convicinorum in eo statu, quo melius fuerint a triginta

annis

annis citra. Et habeant unum Notarium ad eorum officium exer=cendum, qui eligatur in Consilio Communis, vel Populi ad fabas nigras, et albas. Qui Notarius teneatur una cum eis, vel majori parte ipsorum ire ad eorum officium exercendum. Et diebus sin=gulis Sabbati de sero teneatur vinculo juramenti, et ad poenam quinque solidorum pro quoque, ire per totam Terram Mevanię per omnes vias publicas, et vicinales, ad videndum si in dictis viis est aliqua Suzzura, vel engomboramentum, et denumptiare, et accusare teneatur coram Officialibus Potestatis die Dominico sequenti, ad poenam viginti solidorum pro quolibet. Quę vię pur=gari, mundari, et exgomborari debeant quolibet die Sabbati ante Vesperas per habentes domos, et casalena juxta ipsas vias. Et quicumque in dictis viis faceret aliquod engomboramentum, vel suzzuram, et non purgaverit, vel exgomboraverit, seu mundave=rit, ut dictum est, duodecim denarios pro vice qualibet solvere te=neatur: et nihilominus debeat mundare, et exgomborare dictam viam ad mandatum dictorum vicinorum, vel alicujus eorum. Quorum duorum ipsorum denumptiationi stetur, et credatur, et habeant tertiam partem poenę, seu banni. Et conductor do=mus, seu casaleni teneatur solvere dictas poenas, et non domi=nus rei. Et nullus vadat per viam vicinalem in prejudicium ~~alterius~~ vicinorum, sine licentia ipsorum, vel alicujus eorum, poena decem solidorum pro qualibet vice. Quorum Viariorum Officium duret sex menses tantum. Et siquis petierit aliquam viam engõboratam, apprehensam, vel clausam aperiri, vel re=duci facere in meliorem statum, quo melius fuit a triginta annis citra, hoc petant coram Judice Communis Mevanię. Et idem Judex eisdem faciat summariam rationem sine libello,

et

et sine strepitu, et figura judicii. Et viam sibi si petitum fue=
rit faciat terminari, et ad dictum statum reduci. Et qui di=
ctam viam apprehendisset, centum solidis denarȝ Communi=
Mevaniȩ condempnetur. Et ipsi Viarii teneantur denumptia=
re omnes contrafacientes, et eorum denumptiationi stetur, et
habeant tertiam partem banni. Et nullus habeat in Mevania extra
domum Calcinarium cum coriis, nisi coopertum, vel circumdatum mu=
ris, ita quod videri non possit. Et nullus habeat intra Meva=
niam letaminaria. Et nullus pilet, seu radat coria extra do=
mum; nec projiciat extra domum Suzzuram, vel letamen de
Calcinario nisi ea die, vel sequenti ante tertiam elevaverit, et por=
taverit extra Mevaniam, vel nisi aliud absconse in casalenum
suum projecerit, contrafaciens in quinque solidos pro vice qua=
libet condempnetur. Et nullus infra Mevaniam a foveis vete=
ribus infra, et a Platea Molendinorum infra versus Mevaniam
projiciat coria ad siccandum, nisi in die Fori, causa vendendi;
Contrafaciens in predictis, vel aliquo predictorum in viginti soli=
dos denarȝ pro vice qualibet condempnetur. Et cuilibet liceat ac=
cusare, et habeat medietatem banni. Et nullus tempore pacis
aliquod genus bladi bactat intra Mevaniam in Plateis, vel viis
publicis, ad poenam quinque solidorum pro vice qualibet. Et qui=
libet habens domum extra Stratam majorem Communis, vel
juxta aliam Stratam, quȩ sit ampla tantum, quantum est
ipsa Strata major, vel circa, possit habere Sedium amplum tri=
bus semissibus, vel circa. Volentes autem domos facere, possint lapi=
des, calcem, arenam, et ligna in via projicere, et habere dum mu=
rant, et ante per unum mensem, et post per quindecim dies; in
quo contrafaciens in decem solidos pro vice qualibet condem=
pnetur

condempnetur. Et Potestas, Judex, et alii Officiales, et Consules Popu=
li Mevaniç teneantur vinculo juramenti, et ad poenam viginti=
quinque Librarum denar: pro quolibet, dare dictis Viariis consi=
lium, auxilium, et favorem pro eorum officio exercendo ad omnem
requisitionem eorum. Et si dicti Viarii fraudem, dolum, vel ne=
gligentiam commiserint, seu culpam in officio, pro fraude, et
dolo in decem Libras, pro negligentia, vel culpa in decem solidos
pro quolibet, et qualibet vice condempnentur. Et si ad petitionem
alicujus iverint ad eorum officium exercendum, non possint
recipere ultra duos solidos per diem pro quolibet ab eis, vel ab
eo, ad quorum, seu cujus petitionem irent, ad minus tunc reci=
perent ad voluntatem Potestatis, et Consulum. Et si ipsi, vel
aliquis ipsorum ultra receperit, cogatur per Potestatem de
facto mittere in cippum Communis decem solidos pro quoli=
bet, et vice qualibet. De Semitis vero, et Tragettis, et aliis itine=
ribus se non intromittant sine mandato Potestatis, vel Judicis.
Et cuilibet liceat accusare, et denumptiare contrafacientes in
prędictis, vel aliquo prędictorum, prçter quam illis, qui ingom=
boramentum fecerint in viis occasione alicujus domus faciendę:
Et ejus accusationi stetur, et credatur cum uno teste, et in cre=
dentia teneatur. Et dicti Viarii qualibet die Sabbati teneantur
se prçsentare coram Notario Potestatis in hora vespertina. Qui
Notarius una cum eis debeat ire per totam Terram Mevanię,
et scribere omnes habentes suzzuram ante domum, et observa=
re totum Capitulum suprądictum. Et nulla persona projiciat,
habeat, vel teneat in via mattonata ante domum letamen,
paleas, vel pagliaritium, ad poenam duodecim denar: pro quo=
libet, et qualibet vice: Et nihilominus dictum pagliaritium, le=
tamen

letamen, seu paleas ad mandatum dicti Notarii de ipsa via de-vare, et mundare teneatur. Et siquis projecerit, vel habuerit aliquam Suzzuram, vel ingomboramentum juxta domum alterius, teneatur poenam solvere ille, qui projiceret, vel projecerit, seu posuerit suzzuram, vel ingomboramentum predictum.

De officio Custodum Turrium Gaglioli, et Serione. (a)

XVI. Custodes Turrium Gaglioli, et Seriona custodiant bona, quę Commune Mevanię habet in Cervocupo, in Gagliolo, et Seriona. Et siquos sciverint, vel viderint dampnum dantes in dictis bonis, debeant denumptiare, et accusare, et ponere diem dampni dati, quorum, et cujuslibet ipsorum denumptiationi, et accusationi stari debeat. Et Potestas inquirat singulis mensibus poena decem Librarum. Et si fraudem, dolum, vel negligentiam commiserint, pro fraude, et dolo in centum solidos, pro negligentia in quadraginta solidos Communi Mevanię condempnentur. Et predictum Capitulum notificetur dictis Custodibus per Potestatem, vel ejus officiales. Et dicti Custodes jurent prędicta, ut supra dictum est, penitus observare.

De electione illius, qui mundet, et mundare debeat Plateam.

XVII. Potestas infra octo dies principii sui officii eligi faciat in Consilio generali unum hominem, qui mundet, et mundare debeat, et teneatur Plateam Communis Mevanię, et Scalas Palatii quolibet die Sabbati; et habeat pro salario letamen dictę Platez. Et dictum letamen quolibet die sabbati debeat congregare in certis locis dictę Plateę, et ipsum letamen tempore hyemali, et ęstivo infra tres dies elevare teneatur, et portare extra

(a) Gorione, e Girione si legge in altri luoghi. Come ancora Cervapi (Mevaniano) invece di Cervocupo, che viene appresso.

Mevaniam. Contrafaciens in prędictis, vel aliquo prędictorum, in quinque solidos pro vice qualibet condempnetur. Et cuilibet liceat accusare, et habeat accusator medietatem banni, et in credentia teneatur.

De electione duorum Hominum super quolibet infrascriptorum Pontium manutenendo.

XVIII. Potestas infra quindecim dies sui introitus in Consilio generali eligi faciat duos Homines bonos, idoneos, et sufficientes super quolibet infrascriptorum Pontium, scilicet super Pontibus Catagnoni lapidum, Abbatis Ponte juxta hortum hęredum Monalducii Bartholini, Insulę Polvesis, Molendinorum, et Ponte Scalpellorum de Mevania; et super quolibet alio Ponte, qui esset super flumen vetus, et novum. Qui eligantur in ipso Consilio. Qui duo Homines sic electi super quolibet Ponte, teneantur, et debeant cortinas Pontium prędictorum reinvenire, et terminare, et in statum pristinum, in quo fuerint a decem annis citra, reducere. Et faciant ipsos Pontes manuteneri expensis Communis Mevanię: et reaptari infra octo dies postquam in aliquo prędictorum Pontium fuerit aliquod foramen, vel postquam in aliquo deguastati, vel deteriorati fuerint, ad poenam viginti solidorum denar. pro quolibet eorum, et qualibet vice, vel si in prędictis, vel aliquo prędictorum fuerint negligentes. Et cuilibet sit licitum accusare, et ejus accusationi stetur, et credatur, et teneatur in credentia, et habeat medietatem banni. Et Camerarius teneatur, et debeat dictis Hominibus, seu Antepositis ad eorum requisitionem dare, et solvere pecuniam pro ipso opere oportunam infra tres dies postquam ab eis petitum fuerit, sine licentia Consulum Populi, ad poenam pręstiti juramenti, et centum solidorum denar. in quibus Potestas, qui

pro tempore fuerit, ipsum debeat condempnare, exquisito primo per ipsum Camerarium qua refectione indigeat. Alii vero Pontes fiant, et manuteneantur per adjacentes ipsorum ad petitionem duorum de adjacentibus dicti Pontis, qui aliquo accunimino, seu manutenimento indiget. Et Potestas, vel Consules faciant eligi unum, vel duos de adjacentibus super ipso Ponte reficiendo ad expensas ipsorum adjacentium. Et quilibet ipsorum adjacentium debeat ipsi antepoſito obedire; ad poenam quinque solidorum pro quolibet, et vice qualibet.

De electione duorum Hominum super Arcaturis Communis aptandis, custodiendis, et manutenendis.

XIX. Poteſtas infra quindecim dies sui introitus in Consilio generali faciat eligi duos Homines bonos, et idoneos, et sufficientes super Arcaturis Communis Mevanię, videlicet, super qualibet unum. Qui jurent ad Sancta Dei Evangelia ipsas Arcaturas requirere, et videre singulis octo diebus ad minus. Et quidquid deguastatum invenerint, vel in eis aliquod dampnum appareret, ipsum incontinenti, quam citius poterit fieri, facere debeant reaptari expensis Communis Mevanię. Et Camerarius Communis teneatur, et debeat dare pecuniam neceſsariam, et oportunam pro refectione ipsarum, ad poenam decem Librarum, et vinculo juramenti. In quibus per Potestatem Mevanię, qui pro tempore fuerit, debeat condempnari; exquiſito prius per dictum Camerarium, qua refectione indigent ipsę Arcaturę. Salvo quod si aliquis dampnum dederit in eis, propter quod opus eſset refectione, quod expensis dampnum dantis reapletur. Quem dampnumdantem si per dicti Anteposſiti sciverint, vel viderint; et etiam quilibet alius, teneantur

teneantur vinculo juramenti denumptiare, et accusare; et stetur, et credatur denumptiationi, et accusationi ipsorum cum uno teste: et accusationi cujuslibet alterius cum duobus testibus fide dignis. Et nihilominus dampnum dans puniatur in vigintiquinque Libras denarior. Et accusator habeat quartam partem banni; Et omnia ligna que ponerentur ex undatione aque in ipsis arcaturis, seu Molendinis Communis, per ipsos Antepositos debeant conservari pro aptatione ipsarum arcaturarum, nisi apparuerint esse alicujus, que si apparuerint esse alicujus, statim illi, cujus erunt, restituantur. Et nullus debeat ipsa ligna accipere, vel occupare, ad poenam quadraginta solidorum. Et quilibet possit accusare; et ejus accusationi stetur, et credatur, et habeat quartam partem banni.

De electione Aestimatorum Equorum.

XX. Potestas infra octo dies post suum introitum faciat eligi in Consilio generali duos Aestimatores, qui ad poenam centum solidorum teneantur infra octo dies post ipsorum electionem acceptationem estimare omnes Equos, et Ronzinos, qui dantur ad vecturam. Que estimatio scribatur per Cancellarium Populi. Infra quem terminum quilibet dans Equum ad vecturam, vel Ronzinum, vel dare volens, teneatur, et debeat ad poenam centum solidorum per dictos Aestimatores facere estimari. Qui Aestimatores jurent ad Sancta Dei Evangelia ipsam estimationem facere bona fide, et sine fraude. Et si aliquis ipsorum Equorum, vel Ronzinorum post ipsam estimationem moriretur, vel perderetur in totum, vel inutilis efficeretur culpa, vel negligentia Conductoris, ipsam estimationem ipsius Equi, vel Rongini infra quindecim dies Locatori persolvere teneatur cum vectura ipsius. Si vero aliquis

ex

ex dictis Equis macagnaretur, quod ipsa macagna estimetur
per ipsos estimatores infra tres dies post quam petitum
fuerit Locatori ipsius Ronzini cum vectura tota ejusdem. Et
dampnum quod ex dicta macagna reciperet, vel haberet, per
Conductorem integre persolvatur. De morte vero, vel macagna,
que contingeret sine dolo, et fraude conductoris, vel culpa, Con=
ductor minime teneatur. Et siquis contractus fieret inter Con=
ductorem, et Locatorem de ipsis Equis, vel Ronzinis sub qua=
cumque forma, et conceptione verborum appareret, presuma=
tur auctoritate presentis Statuti facere contractus Locationis ad
vecturam, et ex dicto instrumento nullum jus acquiratur Loca=
tori ultra estimationem factam de dicto Equo, vel Ronzino.
Et huic Statuto renumptiari non possit: Et contra hoc Statu=
tum, et formam ipsius non possit aliquis contractus fieri: Et
si fieret, non valeat ipso jure. Et postquam talis Equus, vel
Ronzinus fuerit Locatori per Conductorem ~~assignatus~~ assi=
gnatus, et per eum voluntarie receptus, facta satisfactione de
vectura, et macagna, teneatur Locator ad penam centum Solido=
rum facere Conductori omnem contractum, vel obligationem apparen=
tem de predictis facere deguastari infra tres dies postquam fue=
rit petitum, vel quietationem facere infra dictum tempus ad
petitionem Conductoris. Et dicti Locatores teneantur ad poenam
centum Solidorum pro qualibet, et vice qualibet, ad petitionem
Conductoris recipere Ronzinum, si non fuerit penes Conducto=
rem macagnatus. Si vero penes Conductorem macagnatus fue=
rit culpa, vel negligentia ipsius, non teneatur ipse Locator ipsum
Ronzinum reaccipere, donec ipsius macagne estimatio facta
fuerit. Et facta dicta estimatione, et recepta vectura, ac estima=
tione

ęstimatione macagnę hujusmodi, ipse Locator ad dictam pęnam, ad petitionem Conductoris reaccipere teneatur. Et super hoc Potestas summarie, et sine strepitu, et figura judicii poſsit, et debeat de plano procedere ad petitionem cujuslibet. Et dantes Ronzinos ad vecturam teneantur ad poenam decem solidorum pro quolibet, Ambaxiatoribus Communis Mevanię, et omnibus aliis, qui iverunt pro factis Communis, sine aliquo inſtrumento, ad petitionem ipsorum ipsos Ronzinos dare paratos, et clavatos pro quatuor solidis denarꝫ per diem; et non ultra accipere ad dictam poenam. Et dicti destimatores habeant, et habere debeant pro eorum salario pro ęstimatione cujuslibet Equi, vel Ronzini ab illo, cujus est, duodecim denarios. Et teneantur ęstimare Equos de Cavalcata, quando Cavalcata eſset in Mevania, habendo a Communi duos solidos pro quolibet Equo.

De Electione duorum Hominum ad inveniendum terminos Carbonariarum.

XXI. Potestas infra quindecim dies sui introitus teneatur vinculo juramenti, et ad poenam vigintiquinque Librarum facere eligi in Consilio generali quatuor Homines, scilicet, de qualibet Guaita unum; quorum unus sit Notarius: Qui quatuor jurent ad Sancta Dei Evangelia ire inquirendo terminos olim miſsos in Carbonariis per Carosum, et Socios, infra duos menses post ipsorum electionem, poena decem Librarum pro quolibet; et videre si termini sunt firmi sicut olim miſsi fuerunt. Et si eſsent extracti ipsi, vel aliqui ipsorum, jurent ipsi antepositi per adjacentes, et per omnem aliam personam, prout melius viderint expedire, et quanto melius fieri poterit, remitti facere. Et illud quod invenerint referant Potestati, et ipsi Potestati denumptient.

Et

Et Potestas contra extrahentes faciat diligentem inquisitionem; Et quemlibet repertum culpabilem puniat in vigintiquinque Libras. Et in locis ubi essent termini extracti, vel non reperirentur, per ipsos antepositos remittantur de Lapidibus, calce, et arena, ita quod bene appareant super terram. Et si nullus laborat in dictis Carbonariis in prejudicium Communis, poena decem librarum denariorum pro quolibet condempnetur. Et idem intelligatur de aliis Carbonariis Communis, quę terminatę non sunt; quę terminentur, ut dictum est, ita quod bene appareant termini super terram. Et fiat, si factum non est, unum Registrum de omnibus et singulis Casalenis, Terris, Possessionibus, quę sunt infra dictos terminos, et de tenentibus, et possidentibus eas. Ita quod tempore

(a) ———— et omni alio tempore in dictis locis, si opus fuerit, cavari possit, et cavari facere, et Seccatum(b) apponi, et alia munimina fieri, et apponi pro munimine, et defensione ipsius Terrę et pro libito voluntatis, ab Horto Dni Bartholi Matthęi, usque ad murum veterem versus S. Nicolaum in summitate Carbonariarum existentium juxta dictum Hortum, Plantonetum, Sepes, per Possidentes juxta ipsas Carbonarias ex parte interiori versus Mevaniam. Et Consules Populi, qui pro tempore fuerint, congruo tempore fieri facere teneantur. Et Cortinę Pontium, et Portarum, et Arenariorum manuteneantur per ipsos antepositos ut modo sunt, in, et cum gradibus Portarum. Et ipsas Carbonarias, ipsosque gradus cum esset opus, facere aptari expensis adjacentium. Et dictis antepositis in prędictis, et quolibet prędictorum omnes adjacentes debeant obedire, poena viginti solidorum pro quolibet contrafacientium.

De Electione

(a) Forse manca qualche cosa.
(b) Forse = Steccatum =

De Electione duorum Custodum ad custodiendum Carbonarias Communis.

XXII. Per Consilium generale eligantur duo Custodes infra quindecim dies post introitum Potestatis, videlicet unus a Platea superius, et alius a Platea inferius ad custodiendum Carbonarias Communis. Nec aliquis dampnum det cum Bestiis in eis, nec in eis letamen projiciat. Qui Custodes teneantur dampnum dantes cum Bestiis, vel letamen projicientes denumptiare, et accusare. Et eorum, et utriusque ipsorum accusationi stetur, et credatur; et habeat medietatem banni. Et quilibet dampnum dans, et letamen projiciens in Carbonariis, pro qualibet Bestia, et vice qualibet poenam duorum solidorum denariorum incurrat.

De Electione Ratiocinatorum Communis ad ratiocinandum a tribus annis citra non ratiocinatos.

XXIII. Potestas Communis Mevanie infra quindecim dies post suum introitum in Consilio generali faciat eligi duos Syndicos, seu Ratiocinatores, qui habeant cum ~~eis~~ eis unum Notarium bonum, et sufficientem, qui eligatur in ipso Consilio una cum ipsis duobus Syndicis, et Ratiocinatoribus ad fabas nigras, et albas. Qui Syndici, et Ratiocinatores teneantur, et debeant ratiocinare, et syndicare omnes, et singulos officiales preteritos de Mevania, qui fuerunt a tribus annis citra, qui ante non fuerunt de eorum officio absoluti, vel condempnati, exceptis Consulibus Populi. Et nullus possit esse Ratiocinator, nec Notarius ipsorum Ratiocinatorum, nec ad dictum officium eligi possit, qui

debeat

debeat syndicari tempore, quo fieret electio ipsorum Ratio=
cinatorum; et Notarius ipsorum de aliquo officio gesto per
eum. Qui Ratiocinatores infra tres dies post ipsorum ele=
ctionem, et acceptationem banniri faciant publice per Me=
vaniam in locis consuetis, quod quicumque fuisset officialis
Mevanię non ratiocinatus, infra tertiam diem coram eis
debeat comparere ad reddendum eorum officii rationem, ad
poenam viginti solidorum denar. Et cuilibet comparenti
terminus assignetur octo dierum ad ipsorum rationem red=
dendum, et ad eorum defensionem faciendam. Et non com=
parentes in dicto termino condemponari possint, et debeant
in dictam poenam viginti solidorum, salva semper defen=
sione ipsorum, et non comparentium, quę remaneat in pro=
videntia ipsorum Ratiocinatorum. Post dictum vero termi=
num octo dierum iterato fiat simile bannimentum ~~octo di=
erum~~ cum poena centum solidorum. Et cuilibet comparenti
similis terminus octo dierum assignetur ad prędicta. Et non
comparentes in dicto termino, in dicta poena debeant
condemponari, prout supra dictum est, et viderint expedire.
In quibus duobus terminis continuó de mane usque ad ter=
tiam; et post nonam usque ad pulsationem Campanę Com=
munis, quę pulsatur pro jure reddendo, sedere debeant usque
ad vesperas ad eorum officium exercendum; ita quod singu=
li possint se expedire. Et dictus Notarius semper intersit
ad scribendum omnia, quę occurrerint scribenda, et facienda.
Et habeant, et habere debeant pro eorum salario viginti soli=
dos denar. pro quolibet ipsorum Ratiocinatorum: et Nota=
rius chartam, et atramentum a Communi. Et quicumque

post

post dictos terminos elapsos per dictos Ratiocinatores inven=
tum fuerit aliquid habuisse de bonis Communis Mevanię, vel
specialis personę indebite; si illud quod de bonis Communi, vel
specialis personę habuisset non docuerit se legitime (a) Communi,
vel speciali personę in restitutione ipsius (—) et in tantumde
tam Communi, quam speciali personę, cui restituere deberet, de=
beat condempnari. Qui Ratiocinatores teneantur, et debeant ratio=
cinare omnes, et singulos prędictos Officiales de dolo, fraude, et cul=
pa commissis contra Commune Mevanię, et contra omnem aliam
personam ad petitionem cujuslibet; et etiam de omni eo, quod in=
debite, et sine justa, et rationabili causa dampnificassent Commu=
ne, vel speciales personas. Et ipsi Ratiocinatores teneantur, et de=
beant ratiocinare omnes Capubreves, et omnes Syndicos Hospitali=
um Communis, et omnes alias personas, quę gesserint, vel admini=
straverint aliquid de bonis dictorum Hospitalium, vel alicujus cu=
(b) ram peregerint. Et si aliquem dictorum Officialium invenerint do=
lum, culpam, vel fraudem commisisse, vel specialem personam
ipsius dampnificasse, illud quod a Communi habuisset secundum
ipsorum ęstimationem faciant emendare, et in tantumdem dicto
Communi condempnent. Illud vero dampnum, quod specialis per=
sona habuisset, vel recepisset, illud similiter speciali personę faci=
ant emendare: De quo dampno stetur juramento dampnificati
cum eorum ęstimatione juxta taxationem, et in tantumdem specia=
li ipsi personę debeant condempnari. Et prędictum ratiocinium
duret, et expediri debeat infra unum mensem post eorum electio=
nem, et acceptationem, ad poenam vigintiquinque Librarum de=
nariorum pro quolibet. Quo tempore singulis diebus Dominicis
sedere debeant de mane, et sero, ut dictum est, ad dictum eorum
Officium

(a) manca ~~qualche termine~~ forse = possidere =
(b) il msto dice = alicujus eorum pervenerint

officium exercendum: Infra dictum tempus debeant omnes dictos officiales absolvere, vel condempnare. Et si dicti Ratiocinatores dolum, culpam, vel negligentiam in hujusmodi eorum officio commiserint, pro dolo, fraude, et culpa in quinquaginta Libras denar: pro quolibet eorum Communi Mevanię condempnentur. Et omne dampnum, quod occasione doli, fraudis, vel negligentię contingeret Communi, vel specialibus personis, illud debeant emendare. Quod dampnum peti possit coram Potestate Mevanię: et idem Potestas faciat de prędictis summariam rationem. Et ipsum Capitulum prędictum Ratiocinatores antequam recipiant eorum Officium debeant jurare, attendere, et observare, et in nullo contrafacere, vel venire sub dictis poenis. Et continuo debeant dictum Capitulum coram eis habere, et tenere, ita quod singulis pateat volentibus videre ipsum Capitulum. Et ipsi Officiales habeant quartam partem omnium bonorum, quę in Commune fecerint pervenire ab Officialibus dicti Communis. Et quicumque Officialis administraverit aliquod de bonis Communis, illud quod ad manus obvenerit debeat restituere infra decem dies postquam recepserit, ad poenam dupli ejus, quod restituere teneretur. Et quod Collectores dativarum infra tres dies postquam restituerint abstracta non solventium dativas, debeant restituisse effectualiter Camerario Communis omnem pecunię quantitatem, quam recepissent, et recollegissent a viginti solidis supra, ad poenam dupli ejus quod non restituissent: Quam poenam dicti Syndici solvi facere teneantur, et dare Camerario Communis de facto antequam incipiat rationem dictorum Collectorum facere, vel videre de dictis dativis, aliquo deposito

penes

penes dictos Collectores nequaquam admisso. Et quod dictum Capitulum non vendicet sibi locum in Syndicatu Potestatis, et suorum Officialium, et Consulum Populi, et Camerarii Communis, et Cancellarii dictę Terrę, in quorum omnium Syndicatu Capitula Statutorum de ipsis loquentia observentur. Et quod nullus possit esse Ratiocinator, nec Syndicus, nec Notarius ipsorum Syndicorum, qui sit consanguineus alicujus, qui deberet ratiocinari, vel syndicari usque in tertium gradum.

De Electione Syndici ad capiendum Tenutam Bonorum, exbannitorum.

XXIV. Potestas infra quindecim dies post suum introitum eligi faciat in Consilio generali unum bonum, legalem, et sufficientem Syndicum ad hoc convenientem, videlicet ad capiendum, et apprehendendum tenutam, et possessionem bonorum exbannitorum Communis Mevanię, et quę pro tempore exbannientur. Et ipsa bona dictus Syndicus nomine dicti Communis, et pro ipso Communi teneat, et suffructet, et aliis locet, et fructus percipiat, et percipi faciat pro dicto Communi; et fructus non computentur in sortem, donec de condempnatione dicto Communi fuerit integre satisfactum. Et de dictis bonis fiant duo Registra, unum quorum remaneat penes Camerarium Communis, et aliud penes dictum Syndicum. Qui sit etiam Syndicus ad capiendum, et vendendum fructus possessionum existentium in districtu Mevanię, de quibus dativa, ac collecta non solveretur secundum formam Statuti de hoc loquentis. Sit etiam Syndicus ad capiendum tenutam, et possessionem domorum omnium concessarum per Commune Mevanię, quę ad Commune redire debent

occasione

occaſione pacti, et conditionis non servatorum, vel poene promiſſe: per eos, quibus conceſſum fuerit, secundum formam Statuti de hoc loquentis.

De Electione Custodum Graſsię.

XXV. Potestas infra octo dies sui introitus teneatur, et debeat ad poenam vigintiquinque Librarum facere eligi in qualibet Guaita, Castro, et Villa Custodes super Graſsia non extrahenda; et quos, et quales ei, ac Consulibus Populi videbuntur: Qui jurent ad Sancta Dei Evangelia, et teneantur accusare, et denumptiare omnes, et singulos de Mevania, et districtu extrahentes Grassiam, et res vetitas contra formam Statuti poſitam sub Rubrica de Graſsia et rebus vetitis non extrahendis. Qui Custodes secrete eligantur, et teneantur, et sint secreti, et accusationi ipsorum, vel duorum ex ipsis stetur, et credatur, et habeant quartam partem banni.

Quod requirantur Terræ Convicinę, et notificetur eis quod Graſsiam non extrahant de Mevania, vel ejus Districtu.

XXVI. Requirantur Civitates, Caſtra, Villę convicinantes, videlicet Civitas Spoleti, et ab inde infra usque ad districtum Perusii, et eis, et cuilibet earum notificentur quę res sint vetitę extrahi, et portare ex Mevania, ita quod ignorantiam prętendere non poſsint; rogando ipsos, ut banniri faciant per Terras ipsorum, quod a dictis rebus vetitis se abstineant. Et etiam quod nullus contrahat cum aliquo de Mevania: Quod si contrafecerit, contrahat suo periculo, et fortuna: Et quod Commune Mevanię non vult teneri in aliquo, nec pro persona aliqua respondere: Et quod prędicta amore, et gratia Communis Mevanię faciant banniri, et ipsa bannimenta in publicam formam reduci, et concedi Latori Litte-

rarum

Litterarum Communis: Quę bannimenta, et relationes registrentur in quaterno Communis per Cancellarium Populi.

Qualiter mittantur partita in Consiliis.

XXVII. Potestas, et Consules Populi Mevanię, qui pro tempore fuerint, et quilibet alius Officialis Communis Mevanię, in omnibus, et singulis quę fierent super aliquo negotio, vel facto, quod occurrerit, et omnia, et singula partita teneantur mittere ad bussulas, et palluctas. Et primo mittatur ad partitum dictum Consultoris, prout ipsis Consulibus videbitur, et placebit: Et id quod obtentum fuerit valeat, et teneat; Et quod palluctę evacuentur in quoddam Bacille ramis; et dictum illius habeatur pro obtento, et reformato, pro quo erunt inventę plures palluctę in bussula rubea de Sic. Et aliorum dicta habeantur, et sint nullius valoris: et quod aliter fieret, non valeat ipso jure. Ita tamen, quod antequam partitum mittatur memorentur Consiliarii in ipso Consilio existentes per unum ex Tubatoribus, et ipsis numeratis, sive computatis, dentur palluctę singulis Consiliariis per unum de ipsis Tubatoribus; et pro quolibet Capitulo, seu Proposito iterato palluctę dicto modo singulis Consiliariis dentur, ita quod in singulis Capitulis, et Propositis fiat per se reformatio et per dictos bannitores portentur bussolę per Consilium in manibus continue ęqualiter; et quilibet Consiliarius mittat ambas manus in bussulis, et de uno partito in unamquam voluerit mittat, et dimittat secrete palluctam, ita quod nullus perpendat in quam mittat, poena viginti solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et omnibus palluctis missis, debeant tragi, et evacuari in dictum Bacile, ita in opposite, quod nulla fraus committi possit. Et si in

ipsis bussulis essent plures, vel pauciores quam Consiliarii in ipso Consilio existentes, quod primo numerentur, ut dictum est, et reformatio ~~vel partitum~~ ipsius partiti non valeat, nec teneat ipso jure; Sed iterato mittatur partitum ipsum ad ipsas palluctas, donec obtineatur secundum modum infrascriptum. Et si prędicti Potestas, et Consules contrafecerint in prędictis, Potestas in centum Libras, et quilibet Consulum in vigintiquinque libras Communi Mevanię condemnetur. Et quilibet Consiliarius mittens ultra unam palluctam, vel retinens ipsam palluctam, et non mittens, in decem Libras Communi Mevanię condemnetur. Et dictę bussulę, et quęlibet earum sint foderatę ita bene, quod non audiantur palluctę quando mittuntur in ipsis. Et quotiens in aliquo Consilio tractaretur de facto alicujus specialis personę, illa persona, vel aliquis de sua familia, vel aliquis suus Consanguineus in primo gradu in ipso Consilio stare non possit, nec debeat, ad poenam vigintiquinque Librarum pro quolibet; et nihilominus de Consilio expellatur. Et idem intelligatur de Potestate, et suis officialibus, qui non intersint Consilio, vel arenghę, ubi de eorum, vel alicujus eorum facto tractaretur. Et hoc Capitulum sit precisum quod tolli non possit Consilio, vel arengha.

Qualiter in Consiliis faciendis obtineant partita.

XXVIII. Nulla reformatio, seu deliberatio, sive ordinamentum fieri possit in aliquo Consilio, vel arengha Terrę Mevanię, quod, vel quę non fuerit obtentum, vel obtenta ad bussulas, et palluctas in Consilio, ubi fieret, per duas partes Consiliariorum, qui tunc erant in ipso Consilio, ubi prędicta fierent. Et in quolibet Consilio debeant esse pręsentes duę partes ipsius Consilii ad minus. Et in quolibet Consilio generali dictę Terrę Mevanię sufficiat numerus quadraginta

quadraginta Consiliariorum ad minus, computatis in dicto numero consulibus Populi. Et si aliter fieret, non valeret, nec teneat ipso jure, nec executioni mandetur. Et in Consilio dictę Terrę partita in dictis Consiliis facienda, vel mittenda debeant obtineri modo prędicto. Et facienda in Consiliis ipsis roboris firmitatem obtineant, capitulo aliquo supra, vel infra posito non obstante.

Quod unus ex Tubatoribus Communis contradicat omnibus propositis faciendis.

XXIX. Super nulla proposita, quę fieret per Potestatem, Vicarium, vel Consules, vel aliquem eorum in aliquo Consilio, vel arengha Terrę Mevanię possit consuli, vel in eo aliquid reformare, nisi primo unus ex Tubatoribus Communis Mevanię contradicat ipsi propositę faciendę, et dicat quod ipsa proposita non fiat, et non procedat: Et dictum ejus ponatur ad partitum ad bussulas, et palluctas, an dicta proposita fiat, vel procedat, vel non. Et si fuerit obtentum per majorem partem Consilii, quod dicta proposita procedat, et tunc, et eo casu procedatur super dicta proposita: et quod aliter fieret, non valeat, nec teneat ipso jure. Et nullus super ipsa proposita consulere possit antequam prędicta fiant, ad poenam vigintiquinque librarum pro quolibet, et qualibet vice. Et quod dictum Statutum habeat locum quando tractaretur de donando aliquid de bonis Communis, vel remittendo aliquam condemnationem, vel rebanniendo aliquem exbannitum.

De Subrogatione Notarii in rogationibus alterius Notarii.

XXX. Ad petitionem cujuslibet, si rogita, seu rogationes alicujus Notarii mortui, vel absentis, vel corporali infirmitate gravati, si non essent alicui Mevanati relicta, vel deputata,

subrogetur, et deputetur, vel eligatur unus Notarius de voluntate proximioris consanguinei ipsius Notarii mortui, vel absentis, vel rogantis ipsius, qui ea publicet et exemplet. Quę electio, et subrogatio fiat in Consilio generali, et ipsi exemplo publico per ipsum Notarium subrogatum facto, per talem subrogationem, et electionem plena fides adhibeatur, et plenam fidem faciant, ac si per principalem Notarium facta essent Et tenentes ipsas rogationes, ipsi Notario subrogato dare, et assignare debeant quando fuerit oportunum. Et idem dixerunt de Notario, cui relicta essent rogita per aliquem Testatorem, vel absentem, quibus habeatur plena fides, ac si essent per Consilium deputati. Et talis Notarius subrogatus possit ipsi rogationi addere clausulas, et capitula oportuna, contractus tamen substantia non mutata.

Quod Medici non cogantur officia acceptare.

XXXI. Medici non graventur ad recipiendum aliquod officium Communis Mevanię: Et prędicta Potestas teneatur observare vinculo juramenti. Et si dicti Medici aliquod officium acceptabunt, cogantur ab ~~eodem postea~~ inde in antea omnia alia officia acceptare, ad quę deputarentur.

De clavibus Portarum tenendis, et per quos.

XXXII. In qualibet Porta Mevanię esse debeant tres claves bonę ad minus, quarum Clavium unam teneant penes se Consules Populi Mevanię; unam aliam teneat quidam alius Popularis, et aliam alius Popularis. Et sic de qualibet Porta fiat. Qui Populares eligantur per Consules Populi Mevanię: Et ipsorum quilibet sit allibratus in Catasto Communis ad minus octingentis Libris. Et ipsorum officium duret sex menses. Qui omnes

omnes teneantur ipsas portas claudere, et aperire horis congruis, secundum quod eis injunctum fuerit per Consules, vel majorem partem ipsorum. Et etiam teneantur eisdem horis ipsas Portas claudi facere, ac etiam aperire. Et prędicti Populares sic electi debeant, et teneantur dare idoneos fidejussores Consulibus Populi de mille Libris pro quolibet eorum offitio bene, et legaliter exercendo, et obediendo omnia alia, quę eis, vel ipsorum alicui per dictos Consules mandabuntur. Et quod semper Claves dictarum Portarum habeat quidam bonus Popularis eligendus per Consules de qualibet Porta unus. Et quod dictę Portę non possint aperiri noctis tempore per dictos Populares postquam fuerint clausę sine consensu, et voluntate trium ex Consulibus Populi, ad poenam viginti quinque Librarum pro quolibet, et qualibet vice. Et qui eos elegerit ultra dictam formam in eandem poenam incurrat, et ipsa electio evanescat.

Quod Filii, Fratres, et Nepotes Notariorum mortuorum possint auctoritate presentis Statuti rogitationes, et scripturas eorum singulas exemplare.

XXXIII. Quilibet Notarius de Mevania, Filii, Fratres, et Nepotes Notariorum mortuorum possint auctoritate pręsentis Statuti transcribere, et exemplare in publicam formam reducendo rogationes, et scripturas ipsorum Notariorum Patrum, Fratrum, seu Avunculorum, vel Patruorum absque alia reformatione Consilii, vel auctoritate Judicis ordinarii, sive Judicis Communis Mevanię. Et hoc locum habeat in pręsentibus, et futuris. Et ipsa exempla valeant, et teneant, et eis fides adhibeatur sicut per ipsos Notarios olim mortuos scripta, et publicata essent. Et quod omnes alii Notarii de Mevania, vel aliquis ipsorum de voluntate dictorum Filiorum, Fratrum, et

Nepotum dictorum Notariorum mortuorum possint omnia et singula supradicta facere sicut ipsimet; et valeat quod per eos fie=ret in prędictis, et quolibet prędictorum, ac si per eosdem Filios, Fratres, et Nepotes dictorum Notariorum facta, scripta, et publicata fuerent auctoritate presentis Capituli.

Quod nullus stet prope Cancellarium Populi quando aliquis Offitialis eligeretur ad aliquod Offitium.

XXXIV. Quandocumque in aliquo Consilio, vel arengha tractare=tur de electione Potestatis, Consulum, Consiliariorum Communis et Populi, Statutariorum Communis et Populi, seu Cancellarii Po=puli, nullus ex Consulibus Populi, vel quęvis alia spetialis per=sona audeat, vel presumat stare cum Cancellario Populi, vel pro=pe ipsum. Sed cum dicto Notario stent, et stare debeant duo Fra=tres Minores, vel Prędicatores, vel saltem unus de Minoribus, et unus de Prędicatoribus: Qui Fratres sint Forenses, et Litterati. Et idem observetur in electione Camerarii. Et Cancellarius Populi quando faceret scrutinium dictorum Offitialium, vel de aliquo ipsorum, ip=si Fratres stent, et stare debeant remoti, et separati a Potestate, Con=sulibus, et aliis Officialibus, qui tunc erunt, seu essent, et aliis perso=nis in aliqua parte Palatii supradicti.

De electione Syndici ad syndicandum Potestatem, et suos Offitiales.

XXXV. Consules Populi Mevanię octava die ante introitum Pote=statis faciant Consilium Populi; et in ipso Consilio faciant eli=gi unum Judicem Forensem, prout Consilio Populi, et Consulibus, qui pro tempore fuerint, videbitur, secundum modum in ipso Consi=lio ordinandum. Coram quo Judice Forense Syndicus Communis Mevanię ad infrascripta in eodem Consilio eligendus petat rationem

administrationes

administrationis officii a Potestate predicto, et suis Officialibus, et familiaribus de omnibus quę fecissent, quę facere non debuissent; et quę non fecissent, quę facere debuissent de toto eorum officio, et administratione ipsius. Et de dictis Potestate, Officialibus, et Familiaribus dictus Iudex cuilibet faciat Summariam rationem, et facere teneatur. Et si eos, vel ipsorum aliquem peccasse, vel deliquisse invenerit, tam contra Commune, quam contra speciales personas ipsius, et contra formam Statuti Communis et Populi, vel contra formam reformationum Consiliorum, vel contra jus commune ubi non reperitur Statutum, vel ordinamentum; de predicta ipsi debeant per dictum Iudicem condempnari secundum formam Statuti Communis, et Populi, et reformationem Consiliorum; et etiam secundum formam juris communis, ubi non reperitur Statutum, vel ordinamentum, infra quintam diem. Quibus quinque diebus stare debeat ad rationem reddendum, faciendo prius banniri per plures, et diversos dies, et diversas vices, scilicet prima die, secunda, et tertia per Terram Mevanię in locis consuetis, quod quicumque vult aliquid dicere contra Potestatem, suosque officiales, et familiares, infra dictos tres dies coram Dño Iudice debeat comparere ad petendum, proponendum, et excipiendum de eis, et contra eos: Et quod ab inde in antea non audietur. Et siquis infra dictum terminum non comparuerit, postmodum non audiatur. Et nullo in dicto termino comparente, post tres dies, scilicet die sexta de mane, tempestive super Libello Communis sententia proferatur. Et qui erit post dictam sententiam absolutus, possit libere lata sententia secedere, salvis debitis per ipsos Potestatem, officiales, et familiares contractis, quę solvere teneantur tempore eorum ratiocinii, seu infra ipsum tempus, dummodo non teneatur invitus post sententiam absolutoriam,

ex

ex quo infra terminum non comparuerit Creditor ad suum creditum petendum, et consequendum. Et si per dictum Judicem fuerit in procedendo, vel condempnando omissa solempnitas juris, vel peccatum fuisset in ordine, nihilominus sententia, vel processus robur obtineat firmitatis. Et in dicto Consilio eligatur unus Advocatus de Mevania, qui super iis eidem Syndico auxilium prestet, ac etiam patrocinium. Qui Advocatus, et Syndicus habeant pro eorum Salario pro quolibet eorum decem Solidos denariorum. Et dictus Judex eligendus ad dictum ratiocinium faciendum, teneatur hanc causam, et totum ejus ratiocinium faciendum diffinire, et terminare usque ad sententiam infra illos quinque dies exclusive, quibus stare debet ad ratiocinandum: Et sexta die de mane ante tertias ipsos condempnare, vel absolvere. Et teneatur dictus Judex vinculo juramenti, et ad poenam centum Librarum denariorum non pati, vel sufferre, quod ipse Potestas, officiali, vel Familiaris ipsius discedat, vel licentietur, quominus stent ad dictum ratiocinium, et syndicatum ad rationem reddendum personaliter dictis quinque diebus: Et resistere Potestati, Consulibus, et omnibus aliis personis volentibus proponere, vel facere contra predicta. Contra quos homines in predictis habeat plenum, et liberum arbitrium poenas imponendi, et procedendi, et condempnandi prout convenire crediderit; ita quod predicta bene observentur. Cujus quidem Judicis officium duret per sex dies, incipiendo post ultimam diem depositi officii Potestatis Syndicia ratiocinandi: Et habeat, et habere debeat unum Notarium forensem secum ad dictum ejus officium exercendum. Qui Judex habeat pro suo, et dicti Notarii Salario pro dictis sex diebus unum denarium

denarium de auro pro qualibet die. Et in veniendo, stando, et redeundo, veniat, stet, et redeat suis sumptibus, et expensis, et ejus resico, et fortuna. Et non sit de eadem Terra oriundus, vel habitator unde sit dictus Potestas, vel ejus Judex, vel prope Terram eorum, vel alicujus eorum per decem milliaria. Et si Potestas, Judex, vel aliquis prędictorum Officialium fuerit negligens in prędictis, vel remissus, incurrat poenam centum Librarum denarior. Quam poenam quilibet possit petere, et cuilibet jus acquiratur in dicta poena. Et hoc Capitulum sit pręcisum quod tolli non possit Consilio, vel arengha.

Quod Potestati, vel alicui Communis Mevaniæ arbitrium non concedatur.

XXXVI. Potestati, vel alicui Officiali Communis Mevanię non concedatur, vel detur arbitrium per Consilium, vel arengham. Et si Consules, vel ipse Potestas, vel Officialis ipsius proposuerint, vel proponi fecerint de aliquo arbitrio dando eidem Potestati, vel alicui suo Officiali, eorum proposita, vel reformatio, et quicquid ex ea reformatione, vel arbitrio sequeretur non valeat, nec teneat ipso jure. Nec ipse Potestas, vel aliquis Officialis ipsius hujusmodi arbitrio utatur. Et quilibet Consul qui contra prędicta fecerit in centum Libras denar. Communi Mevanię condempnetur. Et si Potestas, vel aliquis ejus Officialis contra prędicta fecerit, vel venerit directe, vel per obliquum, in centum Libris Communi Mevanię condempnetur pro qualibet vice. Et nihilominus sit infamis ipso jure. Et nullus dicat, consulat, vel arenghet contra prędicta: Contrafaciens in decem Libris dicto Communi Mevanię condempnetur, et ejus arengharia, dictum, et consilium sit inefficax, et nullius valoris. Et hoc Capitulum

Capitulum sit præcisum, et firmum manere debeat in qualibet parte sui, quod tolli non possit Consilio, vel arengha.

Quod super nulla Proposita consulatur, nisi per quatuor Consiliarios tantum sine licentia Potestatis.

XXXVII. Super nulla proposita quę fieret per aliquem officialem Communis Mevanię in aliquo Consilio consulant nisi quatuor Consiliarii tantum sine licentia Potestatis, vel Consulum, ad poenam viginti solidorum denar; pro vice qualibet: Quę pęna de facto a contrafaciente per Potestatem auferatur. Nec aliquis consulat quod per alium est consultum, nec aliquid dicat, nisi super proposita tantum, ad dictam poenam.

De Electione Denunciatorum mattiorum, et ludentium ad taxillos.

XXXVIII. In qualibet Guaita eligantur per Consilium Generale primo mense regiminis Potestatis quatuor homines bonę conditionis et fidei, qui jurent referre Potestati, seu ejus officialibus omnes et singulos rixantes, et rixam facientes, et ludentes ad ludum taxillorum, et fures, et receptatores eorumdem; et omnes alios homines, et personas malę famę, et conditionis. Et ipsorum relatio in credentia teneatur.

De uno homine eligendo super quolibet fonte publico manutenendo.

XXXIX. Potestas teneatur vinculo juramenti facere eligi unum bonum hominem super quolibet fonte publico de adjacentibus, et ipsum fontem ipse bonus homo teneatur aptari, et manuteneri facere ~~ipsa~~ ad petitionem adjacentium, vel saltem de ipsis adjacentibus sex. Et ipsi adjacentes debeant ipsi Superstiti obedire; Et Potestas, et sui

officiales

Officiales prędictis Superstitibus faciant ~~...~~ obedire, et ipsos jurare prędicta facere bona fide, et sine fraude. Et nullus in ipsis fontibus, vel juxta ipsos fontes faciat aliquam turpitudinem, vel ingombora=mentum aliquod, vel impedimentum, quominus aqua fluens in di=ctum fontem venire possit, et de ipso fonte fluere, poena viginti so=lidorum denar; pro quolibet contrafaciente. Et si prędicti Supersti=tes in prędictis fuerint negligentes, in viginti solidos denar; pro quo=libet Communi Mevanię condempnentur. Et quilibet possit accusare, et habeat quartam partem banni. Et primo mense regiminis Po=testatis eligatur in Consilio generali unus Superstes, qui prędicta fieri faciat; et si fuerit negligens, in decem solidos denar; Communi Mevanię condempnetur. Et juret Superstes prędicta omnia observare.

De Electione duorum hominum super Fossatos Pontis Convallis.

XL. Consules Populi Terrę Mevanię, qui pro tempore fuerint tene=antur, et debeant ad instantiam, et petitionem sex ex adjacentibus formę, seu fossati Pontiscavalli eligere, et assumere de adjacentibus dicti fossati duos bonos homines, qui habeant plenam potestatem, et auctoritatem allargandi, et ampliandi dictum fossatum usque ad Lactonium; ita quod aquę quę discurrunt per ipsum fossatum libe=re labantur, et discurrant, ita quod nullum dampnum referant possessiones habentibus juxta ipsum, nec etiam adjacentibus ipsi=us: Dummodo ipsi homines nullam potestatem, et jurisdictionem habeant aliquod aliud novum fieri faciendum. Et prędicta omnia ipsi Consules facere teneantur ad poenam decem Librarum, et vinculo juramenti.

Secundus Liber
Civilium
De Jure reddendo.

I. Statuerunt, et ordinaverunt, quod Potestas, et Judex Communis Mevanię poſsint, et debeant diffinire, et cognoscere, ac conterminare omnes et singulas lites, et quęstiones coram ipsis, vel altero eorum movendas in quantitatem usque quadraginta solidorum denariorum sine libello, summarie, de plano, sine strepitu, et figura judicii. Et de quadraginta solidis, et a quadraginta solidis supra, si de partium voluntate prodierit, aliter procedendo. Et si reus semel citatus personaliter fuerit per Bajulum, vel Preconem Communis Mevanię, vel bis ad domum suę consuetę habitationis, et in termino citationis non comparuerit, habeatur pro contumace, et procedatur contra eum tamquam contra contumacem realiter, et personaliter ad petitionem Creditoris. Et cum ageretur actione reali, vel personali, procedatur infrascripto modo, videlicet, quod si eligeret Actor quod realiter procedat contra reum contumacem, detur Actori tenuta de bonis rei pro mensura debiti declarati, ac expensis legitimis. Et tenuta detur de bonis primo Mobilium; secundo Stabilium; tertio Nominum Debitorum, recepto prius ab Actore juramento, quod calumpniose non agat; et soluto primò Salario Camerario Communis sex denariorum per Libram (a) pro Communi. Si vero ~~Actor~~ eligit Actor quod procedat personaliter contra reum contumacem, exbanniatur reus per Pręconem Communis in quantitate petita, et expensis, taxatione pręhabita, et pręstito prius juramento per ipsum Actorem, prout dictum est, et Salario prius soluto, tertitium (b) dierum termino in ipso exbannimento aſsignato

(a) Forse et libra. (b) Forse trium.

ad comparendum, et respondendum de jure dicto Actori. Infra quem terminum si reus contumax comparet cum effectu ad respondendum dicto Actori de jure, refectis expensis legitimis Actori, et prestita satisdatione de judicio sisti, et judicato solvendo, audiatur: Et quod factum est contra eumdem reum cancelletur, et circumdetur. Et supradictum exbannimentum fiat ad fenestram Palatii Communis juxta angulum Scalarum versus Plateam, et versus Ecclesiam Sancti Angeli, vel in alio loco evidenti, prout videbitur Curię Mevanię, quando Curia alibi moraretur ad jus reddendum. Et exbannimentum notificari debeat exbannito personaliter, vel ad domum habitationis ipsius per Bajulum, vel Pręconem ipsius Communis, qualiter exbannitus fuerit tali die ad petitionem talis, in tanta quantitate Creditori, et in tanta Communi. Et aliter exbannimentum ipsum non valeat, nec teneat ipso jure. Elapso termino vero in ipso exbannimento contento, si reus fuiſset legitime citatus, ut supra scribitur, tunc reus ad petitionem Creditoris capiatur, et detineatur, et custodiatur expensis rei, donec fuerit Actori per debitorem integre satisfactum de debito, et expensis legitimis; ita tamen quod nullus mittatur in carceribus Communis pro aliquo debito, si dare voluerit suo Creditori bonos, idoneos, et sufficientes fidejuſsores de non discedendo de Palatio Communis, niſi suo Creditori satisfecerit cum effectu. Et de satisfaciendo si talis debitor disceſserit, dicti Fidejussores ipsi Creditori satisfacere debeant de his, ad quę ei tenerentur cum refectione dampnorum, et expensarum. Et nihilominus talis debitor condempnetur dicto Communi pro qualibet die, quo constri-

ctus

constrictus in Palatio non steterit in quinque solidos denarior. Et Judex Communis Mevaniæ post citationem factam post tres dies, si infra tres dies non processerit contra debitorem, non procedat si processum non extiterit: Et si processerit, non valeat, nec teneat ipso jure. Et si Reus contumax exbannitus fuisset bis citatus ad domum, usque ad mensem expensas legitimas Actori reficeret, et cautionem prestare voluerit de judicio sisti, et judicato solvendo, audiatur. Et dictis expensis refectis, et prestita satisdatione, bannum datum contra eum, et totus Processus circumdetur, et ipse Reus rebanniatur suis expensis. Et ista clausula locum habeat si predictus Reus exbannitus probare poterit per unum testem de vera scientia, vel per famam publicam quinque testium, quod ipse Reus citationis tempore, et exbannimenti fuerit absens a Terra Mevaniæ, et districtu, aliàs exbannimentum ratum habeatur, et maneat, et executioni mandetur; Ita tamen quod tempus exbannimenti sibi datum ad comparendum, vel ad satisfaciendum suo Creditori computetur a die factæ notificationis. Si vero agatur actione reali, soluto predicto Salario, et eodem prestito juramento, ut dictum est per dictum Actorem, mittatur Actor in possessionem petitæ tenutæ. Et in hoc semper quando datur tenuta contra reum citatum contumacem, eadem die, vel sequenti notificari debeat Reo contumaci personaliter, vel ad domum habitationis ipsius, tenutam fore datam Creditori de bonis Rei predicti. Quæ tenuta si data fuerit de bonis mobilibus, teneatur per Creditorem, si non est suspecta persona: Et si persona intelligatur suspecta, quod detineatur per alium idoneum, et sufficientem ad petitionem Creditoris, de voluntate, et conscientia Potestatis, vel Judicis, scripta prius persona

in

in Libro Causarum Civilium apud quem tenuta remanere debet. Quam tenutam sic datam de re mobili, vel immobili possit Debitor recuperare infra unum mensem, satisfaciendo Creditori, primo de expensis legitimis, et præstita cautione de judicio sisti, et judicato solvendo. Et satisfacto de dictis expensis, et præstita cautione prædicta, de banno suis expensis extrahatur, et tenuta Reo restituatur, et relaxetur; et pronuntiatio, et totus Processus cancelletur, et circumdetur Rei. Elapso vero mense, si actum fuisset actione reali, et data fuisset tenuta de re petita, incontinenti verus efficiatur possessor super proprietate, dumtaxat adversæ parti defensione legitima reservata. Si vero actum fuisset actione personali, possit Creditor ipsam tenutam (factis de ea tribus subhastationibus per diversos dies publice, et alta voce per Præconem Communis cum tuba semper, tantum in Palatio Communis in supradicto loco, ubi exbannimentum debet de Reo fieri, vel alibi in loco evidenti, cum alibi per Curiam Mevaniæ jus redderetur, et etiam ad domum suæ habitationis, si habitaret in Mevania) habere, tenere, et possidere, uti, et frui. Si autem in Districtu habitaret, per Bajulum notificetur ad domum habitationis ipsius rei, quod res ejus vult vendi pro pretio, quod inde haberi poterit, et plus offerenti dabitur. Et si plus debito, et expensis venderetur, illud dicto Reo restituatur. Et si emptor non inveniretur, eligantur ~~duo~~ Aestimatores de convicinis ipsius Rei (si res immobilis esset) per Potestatem, Judicem, et Consules Populi Mevaniæ (si Actor vellet sibi ipsam rem in solutum dari) ad æstimandum ipsam rem in solutum petitam. Qui Aestimatores jurent ipsam æstimationem facere bona fide, et sine fraude, et Curiæ referre. Et res sic æstimata usque ad concurrentem quantitatem debiti detur in solutum Creditori ex subenunciato decreto, pro debito, et expensis legitimis, summarie, sine petitione, et Libello, et omni juris so-

lemnitate

solempnitate remota. Si vero Reus comparuerit, et debitum confessus fuerit, aſsignetur ei terminus decem dierum ad solvendum Creditori debitum quod confeſsus est, vel fuerit. Si autem Reus negaret debitum, detur Actori terminus quinque dierum ad probandum de jure suo; infra quem terminum si Actor non probaverit, Reus absolvatur: Nisi Actor in aliquo fuiſset in dicto termino impeditus, propter quod non valuiſset ipsam probationem facere, qua causa alius terminus ei detur arbitrio Judicis. Et de impedimento stetur Sacramento Actoris. Et nisi minus tempus vellet Actor ad probandum, quo casu dilatio minuatur ad voluntatem Actoris. Verum si questio eſset a quadraginta solidis denariorum supra, et peteretur, Libellus offeratur, et procedatur super ipso Libello secundum juris ordinem. Et quilibet Libellum offerens, duos saltem Libellos offerat, unum dandum Parti, et alterum dandum Judici. Et semper detur terminus trium dierum ad respondendum dicto Libello. Et contestatione facta detur terminus ad probandum utrique parti quinque dierum pro prima dilatione. Quo elapso, ad petitionem Actoris, vel Rei alius terminus quinque dierum pro secunda dilatione ad probandum detur utrique parti. Et ipso secundo termino elapso detur ad ipsorum, vel alterius ipsorum petitionem alius terminus peremptorius quinque dierum utilium ad probandum, et docendum de jure suo: Nisi testes eſsent absentes, vel instrumenta, que producerent, tunc non haberentur parata: In quo casu amplietur terminus ad voluntatem Judicis respecta distantia loci. Et hoc nisi malitiose testes absentes producerentur: Quo casu Judex talem producentem malitiose testes absentes, et testes ipsos repellere poſsit, et non admittere, prout de sua proceſserit presumptione. Et si aliquod impedimentum Actori, vel Reo contigerit in ultimo termino, propter quod non potuiſset suam probationem facere, recepto Sacramento

Sacramento ab eo sic eſse, vel fuiſse, alius brevis terminus quantum fuerit impedimentum de novo detur: Et quantum datur, uni tantum detur, alio non audito sive fuiſset impeditus, sive non. Quibus terminis elapsis, ad petitionem Actoris, sive Rei ipsos testes debeat publicare productos, et receptos, aſsignando utrique parti terminum decem dierum utilium ad accipiendum copiam, opponendumque quicquid voluerit contra personas, et dicta testium. Quo elapso detur utrique parti terminus trium dierum ad allegandum, et consulendum in causa. Quo termino elapso habeatur ipso jure et facto in causa conclusum. Post quem terminum debeat Iudex infra tres dies sententiam ferre inter partes, poena, et banno viginitquinque Librarum denariorum in omnibus supradictis casibus, si Actor tot, ac tantas dilationes vellet. Si vero minores, vel pauciores vellet, dentur pro suo libito voluntatis minores, et pauciores: Et quot dantur Actori, tot dentur Reo, ita quod non liceat Actori quod Reo non licet. Et si Reus non haberet instrumentum, vel testes paratos, ut debet, detur ei terminus competens. Et quod nullus beneficio utatur conceſsionis, nec ea ceſsione uti poſsit contra suum Creditorem ad petitionem ipsius super quacumque quantitate vel summa; nec Creditor ex ceſsione bonorum repelli poſsit. Et contra suum Debitorem ad petitionem Creditoris realiter, et personaliter procedatur, non obstante tali ceſsione, et non obstante jure Canonico, vel Civili, vel aliqua municipali Lege. Hoc intellecto in omnibus casibus supradictis, quod sive sit actum actione reali, sive actione personali, sive personali, et reali; quod Reus infra mensem veniens poſsit recuperare tenutam, et poſseſsionem, satisfactis expensis legitimis, et prestita satisdatione de judicio sisti, et judicato solvendo, ut dictum est. Elapso vero mense

nullatenus

nullatenus audiatur, nec de poſseſsione, nec de proprietate, et Creditor verus efficiatur poſseſsor. Et ad venditionem, et da=tionem in solutum per Iudicem procedatur ut superius dictum est. Si vero per ipsum exbannimentum abductus, nullatenus audiatur, niſi comparuerit infra ~~mensem~~ terminum in ipso bannimento aſsignatum, nec super contumacia, nec super da=tione tenutę, niſi ut superius dictum eſt. Et si aliquis fuerit citatus, et non comparuerit, ut dictum eſt, exbanniatur in quantitate petita; et Communi Mevanię in quinque solidos, si quantitas petita fuerit usque in quantitatem quadraginta solidorum. Et si a quadraginta Solidis supra usque in viginti=quinque Libras, exbanniatur Communi in decem solidos. Et si ab inde supra, exbanniatur Communi in viginti solidos. Et predicta locum habeant in pręteritis, et pręsentibus, et futuris. Et modica quantitas intelligatur de quadraginta solidis, et a quadraginta solidis infra.

De Sententiis, et Preceptis guarantiæ exequendis.

II. Potestas, vel Iudex Communis Mevanię ad petitionem cujus=cumque petentis pręceptum guarantię, et sententiam, quę non sit appellatione suspensa, post decem dies executioni man=dari faciat, et citari Reum, ut infra tertiam diem veniat ad oppo=nendum quicquid voluerit contra ipsam sententiam, vel pręcep=tum. Et si inventus personaliter in ipso termino non comparue=rit, et legitimas exceptiones non opposuerit, scilicet, falsitatis, et solutionis (quas tantum, vel ipsarum alteram opponere poſset a dicto termino in antea) dictum pręceptum, vel sententiam exe=cutioni mandetur, ipsum Reum realiter, et personaliter ad peti=tionem

petitionem Creditoris, tam in exbanniendo, capi, et detineri faci=
endo, quam etiam in tenutam dando. Ita quod pro una via electa
altera non tollatur; Sed possit Creditor ambas quatuor, si, si=
bi placuerit, experiri, simul, vel divisim sicut sibi placue=
rit. Si vero ipsas exceptiones, vel alteram ipsarum oppo-
suerit infra terminum supradictum, assignetur sibi termi=
nus per Iudicem octo dierum ad probandum ipsas, vel alteram
ipsarum. Quo elapso, si prędictę exceptiones, vel altera earum
probatę non fuerint, dictum pręceptum, et sententia, ut
supra dictum est, executioni mandetur, recepto sacramento
ab Actore, et salario pro Communi. Et nihilominus opponens
exceptiones prędictas, si exceptiones solutionis opposuerit, et non
probaverit, in decem Solidos denar: Communi Mevanię condem=
pnetur. Si vero exceptiones falsitatis opposuerit, et eas infra
dictum terminum non probaverit, in decem Libras denar: pro
vice qualibet Communi Mevanię condempnetur: Et nihilominus
ipsa sententia, vel pręceptum executioni mandetur. Si vero per=
sonaliter inventus non fuerit, citetur Reus domi, in qua solitus
est morari, ut infra terminum trium dierum veniat coram Iu=
dice Communis Mevanię ad opponendum exceptiones suas contra
ipsam sententiam, vel pręceptum, scilicet, exceptiones prędictas.
Et si in dicto termino non comparuerit, citetur iterato suis ex=
pensis ut compareat infra secundam diem ad opponendum ex=
ceptiones prędictas, vel alteram earum. Et si in prędictis ter=
minis, vel altero eorum comparuerit ad probandum dictas ex=
ceptiones, sibi supradictus terminus ~~octo dierum~~ per Iudicem
assignetur. Quo elapso supradicto modo non probatis exceptioni=
bus, contra dictum Reum realiter, et personaliter procedatur, ut
supra

supra dictum est: Et nihilominus supradictis poenis, ut dictum est, debeat condempnari. Et si in aliquo dictorum terminorum non comparuerit, supra dicto modo contra dictum Reum realiter, et personaliter procedatur. Et si Reo preceptum fuerit per Potestatem, vel Judicem, preceptum, vel sententiam executioni mandando, quod de Palatio, vel alio certo loco non discedat ad certam poenam, nisi primo satisfecerit Creditori; si inde discesserit, ad poenam sibi impositam condempnetur: et nihilominus in dicto loco, vel alio constringatur; et quotiescumque discesserit in poenam sibi impositam condempnetur. Et nullus mittatur in carceribus Communis Mevanię pro aliquo debito, si dare voluerit fidejussores suo Creditori bonos, et idoneos de non discedendo de Palatio Communis, nisi suo Creditori satisfecerit cum effectu. Et de satisfaciendo, si talis Debitor discesserit, dicti fidejussores teneantur satisfacere de iis quę dicto Creditori teneretur, cum refectione dampnorum, et expensarum: Et nihilominus talis Debitor condempnetur dicto Communi pro die qualibet, qua constrictus in dicto Palatio non steterit, in quinque Solidis denariorum. Et si ipsos fidejussores non dederit infra terminum sibi datum, constringatur, et detineatur dictus Debitor ad petitionem sui Creditoris. Forenses autem in civilibus causis citentur ad hospitia solita, vel ad fenestras Palatii, vel in Platea Communis, cum Tuba, alta, et precona voce. Et idem per omnia intelligatur de preceptis factis, et faciendis per Potestatem, vel Judicem Communis Mevanię de quacumque quantitate, seu re.

Quod Laboratoribus, et Operariis summarium jus reddatur de eorum mercede.

III. Potestas, vel Judex Communis Mevanię teneatur, et

debeat

debeat Laboratoribus, et aliis operariis de ipsorum Laboritii debito, et de opere ipsorum facere summariam rationem, de plano, sine libello, et sine strepitu, et figura judicii, constringendo Reum confeſsum, seu convictum, et superatum, in Palatio modo prędicto in suprascripto Statuto contento, ad petitionem Creditoris sine aliqua dilatione; imponendo poenas, et bannum, et exigendo secundum formam superioris Capituli. Et si Reus non comparuerit, incontinenti, ut Potestati, vel Judici videbitur, faciat ipsum reum pignorari, et de ipsis pignoribus solvi faciat mercedem contentam, vel probatam, vel per juramentum decisam, si minima, vel modica eſset quantitas, cum uno teste, vel alia pręsumptione, se gerendo in prędictis, quod Laboratoribus faciat summariam rationem. Et si quod dampnum incurriſsent Laboratores occasione prędicta, illud eis restitui faciant cum ipsa mercede; salvo ~~quod~~ semper, quod injustitiam debitoribus non faciant, maxime si tempore citationis non eſsent infra Mevaniam. Et prędicta poſsint expediri quolibet die feriato, et non feriato; eo modo, et forma per omnia rationem, et jus faciant de ipsis Laboratoribus, et Operariis.

De Laudis, et arbitriis exequutioni mandandis.

IV. Potestas, vel Judex

de Mevania, vel Mevaniam habitantes, quibus non eſset infra decem dies contradictum, in quibus de jure contradici potest, exequi; et executioni mandare. Et ad ipsius Laudi, seu arbitrii executionem non contradicto, infra

decem

decem dies, nulla exceptio, vel defensio etiam nullitatis op=
poni poſsit de jure, vel de facto, niſi exceptio solutionis, vel
falsitatis tantum. Et siquis aliquam aliam exceptionem, vel
defensionem opposuerit, vel obiiceret, non audiatur, vel non ad=
mittatur. Sed ipsum Laudum, et arbitrium infra octo dies
postquam petitum fuerit executioni mandetur. Si vero dictis
Laudo, et arbitrio eſset per aliquam partium contradictum,
ipsam contradictionem, et reductionem ad arbitrium boni viri
contradictor proponat, et petat infra decem dies post ipsam con=
tradictionem coram Potestate vel Iudice Communis Mevaniȩ.
Qui Potestas, vel Iudex infra unum mensem post petitionem
per contradictorem coram eis, teneantur, et debeant diffinire, et
terminare, aliàs ipsum Laudum, et arbitrium ratum ma=
neat, niſi per Potestatem, vel Iudicem stetiſset, quominus in=
fra dictum tempus dicta causa contradictionis, et reductionis
ad arbitrium boni viri finiretur. Et opponi non poſsit, quod
Laudum, seu arbitrium non valeat, nec teneat, eo quod non fuerit
latum infra duos, vel sex menses: Et si opponeretur, talis oppo=
sitio non valeat, nec teneat ipso jure. Immo ipsum Laudum,
et arbitrium valeat, et teneat, et executioni mandetur, ac si la=
tum eſset infra duos, vel sex menses.

De Salariis in Cippum Communis mit= tendis, et solvendis.

V. In qualibet questione Civili, ubi fieret litis contestatio, sol=
vantur pro Salario sex denarii per Libram, scilicet, tres de=
narii per partem. Quos denarios Iudex Civilium causarum
vinculo juramenti in quodam quaterno scribere teneatur;
ita quod de ipsis ratio reddi poſsit. Et in qualibet questione,

seu re, vel facto, unde questio, ubi non eſset quantitas expreſsa, determinetur per Actorem cum sacramento ipsius, et secundum ejus estimationem solvatur Salarium ut superius dictum est. Et pro una, et eadem re, vel quantitate, nisi semel Salarium non solvatur; etiamsi ageretur inter diversas personas.

Quæ res in Tenutam dari poſsint.

VI. Panni de Lecto, nec de dorso, nec Ostia domus, nec Boves, nec Aratrum, nec aliqua ferramenta, nec aliqua neceſsaria ad culturam telluris apta, vel stramen, nec farina capi poſsint, nec debeant in Tenutam dari, dummodo aliæ res inveniantur. Qui vero acceperit aliquam dictarum rerum contra formam presentis Statuti, quinque Solidos denar. pro vice qualibet de facto in Cippum Communis solvere teneatur.

Quod Acta Civilia scribantur per Notarium Causarum Civilium, et non per alium.

VII. Omnia, et singula Acta Civilia, et exbannimenta, quæ fierent occasione alicujus debiti, scribantur per Notarium Causarum Civilium, et non per alium, seu alios Notarios. Et si per alios Notarios scripta invenirentur, ipsæ Scripturæ non valeant ipso jure, et nullius penitus sint valoris: Dummodo predicta non intelligantur in tutelis, curis, nec inventariis, quæ per omnes Notarios scribi poſsiant, prout de Contrahentibus proceſserit voluntate.

De poena negantis aliquem eſse, vel fuiſse Judicem, vel Notarium.

VIII. Nullus negare poſsit aliquem eſse, vel fuiſse Judicem, vel Notarium, vel eſse, vel fuiſse in poſseſsione vel quasi Judicatus, vel Notariatus. Et si opponeret, et simul negaret

negaretur, ejus exceptio non admittatur, vel audiatur. Et nihilominus in centum Solidis talis opponens, vel negans vice qualibet condempnetur, si probaretur per famam publicam, quod talis quem negaret Judicem, vel Notarium, vel qui negaretur, eſse vel fuiſse in poſseſsione.

De poena negantis Paternitatem, Fraternitatatem, et his similia.

IX. Quicumque negaverit Paternitatem, Maternitatem, Filiationem, aut Fraternitatem, seu Matrimonium, vel Uxorem, vel Virum eſse, vel fuiſse alicujus; vel aliqaem fuiſse Potestatem, vel Judicem, vel Notarium, aut Consulem Communis et Populi Mevaniȩ, et his similia, in centum Solidis denariorum Communi Mevaniȩ pro vice qualibet condempnetur, si contrarium per famam publicam probaretur, vel per aliam probationem legitimam. Et talis probatio de publica fama sufficiat in prȩdictis, et quolibet prȩdictorum, non obstante negatione prȩdicta.

De poena negantis Poſitionem

X. Quicumque negaverit aliquam Poſitionem, et illa talis Poſitio negata legitime probaretur, de qualibet Poſitione negata condempnetur in viginti Solidis: dummodo dicta Poſitio negata contineat factum ipsius negationis, vel factum inter dictas partes agitatum; vel factum seu quod sit publicum, et notorium, vel de quo sit publica vox, et fama; vel quod sit verisimile; vel eſset quod ipse negans scivisſet, vel scire debuiſset. De hoc arbitrio Judicis relinquatur.

De poena se dejerantis super aliqua re.

XI. Siquis de lato, vel relato sic eſse, vel non eſse juraverit, quod in

in Sacramento delato, vel relato contineatur; et postea contrarium probaretur, quod talis sic se dejerans, si de facto suo fuerit, vel de facto agitato inter dictas partes; vel quod esset publicum, et notorium; vel de quo esset publica vox et fama; vel quod verisimile esset quod negans scivisset, vel scire potuisset, et debuisset, quod Iudicis arbitrio committatur; in decem libris denariorum Communi Mevanię condempnetur; et ob id (a) non valeat, nec teneat ipso jure.

De Questionibus per juramentum decidendis.

XII. Omnis questio cujuscumque quantitatis, vel summę fuerit, et super quacumque causa, re, seu pacto, et super quocumque jure quod aliquis contra aliquem prętendit modo aliquo sine causa, possit, et debeat per juramentum decidi, dando, vel referendo. Et hoc locum habeat si negotium, vel quęstio, de qua agitur contractum, vel factum, seu contracta, vel facta essent, vel fuerint cum eo, cui juramentum defertur, vel refertur. Et semper in delatione, vel relatione Sacramenti debeat solvi Salarium trium denariorum per Libram pro qualibet parte! Reservato semper eidem deferenti beneficio pręsentis Statuti, quod possit dictum juramentum reprobare. Et quilibet juramentum deferens teneatur, et debeat exprimere in partito, et juramento causam quomodo reperire debet. Et si inde appareret instrumentum, et si negaret apparere instrumentum de prędictis in partito contentis, quod super ipso instrumento non audiatur, et dictum instrumentum sit nullius valoris. Et quod nemo teneatur dare partitum in scriptis in se continens quantitatem a quadraginta Solidis infra: sed per Iudicem summarie sine aliqua Scriptura decidi debeat. Et quod Reus semper teneatur,

et

(a) Manca ~~ea~~ ejus negatio, vel juramentum =

et debeat subire, vel referre juramentum, si Actor sibi dare voluerit ju=ramentum, non obstante clausula posita, et contenta in Capitulo Statu=ti positi sub Rubrica de jure reddendo, ubi dicit == Verum si quęstio eſset a quadraginta Solidis supra, et peteretur, Libellus offeratur &c. Et si Reus jurare, vel referre noluerit quod de contentis in petitione Acto=ris, habeatur pro confeſſo, et convicto. Et quod dictum juramentum fiat, et fieri debeat hoc modo, videlicet quod Reus teneatur dare, vel facere quod petitur. Et quod quęlibet confeſſio facta, et facienda extra judicium de quacumque re, quantitate, seu pacto, tam ad liberan=dum, quàm ad obligandum, valeat, et teneat ac si in judicio facta eſset: dummodo dicta confeſſio probata fuerit per fide dignos tes=tes. Et hoc locum habeat in pręteritis, pręsentibus, et futuris.

De Pręceptis guarentiis in instrumentis faciendis.

XIII. Notarii de Mevania poſſint, et debeant ponere in instru=mentis quę fecerint decem dierum pręceptum nomine guaren=tię, in voluntate de attendendo, et observando promiſſa, et obliga=tiones factas, seu faciendas in contractibus contrahentium, cum refectione dampni, et expensę. Quę pręcepta Iudex Communis Mevanię teneatur executioni mandare, sicut per ipsos, vel ipso=rum alterum facta eſſent. Et hoc locum habeat in pręteritis, prę=sentibus, et futuris.

Nullus exbanniatur pro minori quantitate quinque Solidorum.

XIV. Nullus de Mevania vel districtu exbanniatur pro aliquo civili debito quinque Solidorum infra, sed pignoretur, prout Curię videbi=tur expedire. Et bannum, seu exbannimentum aliquod fieri non poſſit, nec debeat ad domum alicujus pro aliquo debito. Et Iudex

Dicti

dicti Communis ad poenam vigintiquinque Librarum teneatur facere executionem contra exbannitos de denariis, in quibus Communi prędicto exbanniti ~~debitores~~ reperirentur.

Quod Potestas, et Iudex Communis faciant de se copiam cuilibet; et Iudex in instrumentis suam auctoritatem interponat.

XV. Potestas, et sui Officiales, tam ante sententiam, quam post sententiam teneantur de se copiam facere cuilibet petenti, et volenti proponere coram eis jura sua: Et auctoritatem pręstare, et decretum interponere mancipationibus, manumissionibus, curis, tutelis, inventariis, et omnibus aliis Scripturis, et contractibus, quę auctoritatem, et decretum requirunt.

De Sapiente ponendo in causis civilibus.

XVI. Potestas, et ejus Iudex teneantur vinculo juramenti, et ad pęnam vigintiquinque Librarum denar: ad petitionem cujuslibet, qui diceret se gravatum ab ipsis, vel altero ipsorum super aliqua quęstione civili, ponere Sapientem non suspectum expensis perdentis, requisita parte semper antequam Sapiens ponatur, si vult aliquos suspectos dare; Et receptis suspectis ab utraque parte, ipsam quęstionem consulendam committat Iudici, vel Iudicibus de Mevania non suspectis. Et nulla pars possit dare ultra quatuor suspectos. Et si tunc non esset alius Iudex in Mevania pręter dictos suspectos, tunc dicta quęstio mittatur extra Mevaniam expensis communibus: ita tamen quod nulla quęstio committatur extra sexdecim milliariis, et tunc quęlibet partium dare possit usque in decem suspectos nominatim, et non ultra. Et quod per ipsum Consultorem consultum fuerit,

conservetur

conservetur: Salvo quod si aliqua partium a dicto Consilio senserit se gravatam, at vellet quod iterato provideretur, et committeretur, iterato committatur Sapientiori omnibus sumptibus et expensis petentis, et receptis ab utraque parte suspectis, uti est dictum supra, et juribus, et allegationibus utriusque partis: et si contingeret confirmari primum consilium, omnes expensæ legitimæ quæ fierent occasione dicti consilii per obtinentem primum Consilium, per partem, quæ contradixisset primo Consilio alteri parti refici teneantur, et debeant. Et si petitum esset per aliquam partium super aliquo puncto, seu dubio quæstionis, quod Sapiens super ipsa quæstione, puncto, vel dubio poneretur, Potestas, et Judex teneantur vinculo juramenti, et ad poenam vigintiquinque Librarum denar. ulterius non procedere, donec super ipsa quæstione, puncto, vel dubio Sapiens poneretur, et Consilium haberetur ab eo. Et si ultra procederent, quod fieret non valeat ipso jure. Et non possit haberi consilium ab aliquo Sapiente de Terra unde esset Potestas Mevaniæ, vel aliquis Officialis ejusdem. Nec mittatur pro aliquo Consilio extra Mevaniam super aliqua quæstione Civili, quæ esset valoris vigintiquinque Librarum, et infra. Et pars quæ petierit Sapientem sibi dari, super aliquo gravamine, procuret habere Consilium infra decem dies, alioquin dictis decem diebus elapsis, dictus Judex pronuntiet in Causa sicut justitia suadebit, et sibi videbitur expedire. Et pronuntiatio, seu preceptum factum, seu facta rata maneant, et executioni mandentur: et ab executione fienda per Judicem Communis

Mevaniæ

Mevaniæ Sapiens peti non poſsit, nec Sapiens detur.

Quod per Iudicem examinentur instrumenta quando erunt plures Creditores; et primum inſtrumentum in tempore exequutioni mandetur.

XVII. Quando aſsignantur alicui debitori nomen sive nomina alicujus debitoris ipsius Creditoris, et concurrerent plures, Iudex videat, et examinet inſtrumenta ipsorum Creditorum, et quem ipsorum Creditorum invenerit eſse potentiorem in jure, et priorem in tempore, cogatur ipse Debitor per ipsum Iudicem realiter et personaliter ad petitionem talis Creditoris ad satisfaciendum ei de quantitate debita, et expensis.

Quando Mulier moritur maritata sine Filiis, tertia pars dotium remaneat penes Virum.

XVIII. Si Matrimonium inter aliquos contractum, et consummatum, vel contrahendum, et consummandum morte Mulieris solveretur, et filii, vel filiæ ex ea non remanserint tempore mortis suæ, penes Virum in compensationem expensarum factarum in ipsa Muliere, et occaſione ipsius Matrimonii tertia dotium pars ipsius Mulieris libere debeat remanere, non obstantibus inſtrumentis, vel contractibus dotium factis de ipsis dotibus restituendis, vel reddendis, nec alio aliquo contractu super ipsis dotibus facto per ~~partem~~ Patrem, vel alium, qui Mulierem dotaſset. Et hoc locum habeat in præsentibus, et futuris.

Quod

Quod Mulier dotata non intret Monasterium.

XIX. Mulier cui, vel pro qua eſset ab aliquo alio modo, jure, vel causa aliquid nomine dotis conceſsum, promiſsum, vel ordinatum, si intraverit, vel aſsumpserit Religionem aliquam, vel monaste=rium sine voluntate Patris, et ejus qui dotem solvere debet, post dictum ingreſsum de dicta dote nullam habeat actionem.

Quod Mulier dotata a Patre, Matre, Fratre, vel aliis Consanguineis, suis dotibus sit contenta.

XX. Si aliqua Mulier dotata fuerit a Patre, Matre, Fratre, vel aliis suis Consanguineis, suis dotibus sit contenta, et plus de bonis Patris, Matris, Fratris vel Fratrum, vel aliorum Consanguineo=rum suorum petere non poſsit, si ex ea filius, vel filii masculi, vel fratres, vel nepotes carnales remanserint; sal=vis relictis in teſtamento factis, quę libere poſsint peti. Et si aliquis contrafecerit, vel venerit aliquo modo contra, pro quali=bet vice in vigintiquinque Libras denar. condempnetur. Et omnia, et singula supradicta locum habeant in pręsentibus, et futuris. Et tales Mulier, filii, vel Nepotes ipsius teneantur, et debeant intra octo dies, post quam eis fuerit protestatum, quie=tationem facere generalem filio, vel filiis masculis, fratri, vel fratribus carnalibus, vel Nepotibus masculis remanentibus ex parte Matris, vel Patris, de omni eo quod a filiis, vel a fratribus masculis, vel nepotibus masculis petere, vel exigere poſset in bonis, quę quondam fuerunt Patris, vel Matris ipsius mulie=ris, vel fratris, vel fratrum ejusdem, tam ratione succeſsionis, aut ex teſtamento, quam etiam alio modo, jure, vel causa. Et si non fecerit, seu facere recusaverit, in vigintiquinque Libras denar. Communi Mevanię condempnetur. Et nihilominus prędictum

N. 1084. – Addì 13 Gennajo 1896 reg. in Spoleto
Reg. 2 Vol. 60 fol. 30
Esatto L. [illegible] Il Ricevitore
[illegible]
13 GEN. 96 SPOLETO

prędictum Capitulum in qualibet parte sui firmum debeat remanere, et executioni mandetur, salvis relictis in testamento factis, quę libere peti possint. Et Potestas, et Consules super prędictis intendant, et procedant diligenter ad petitionem filii, vel filiorū masculorum, et fratris, seu fratrum, et Nepotis, seu Nepotum quando fuerint requisiti, ad poenam vigintiquinque Librarum denar; pro quolibet in suo officio, cogendo ipsam Mulierem ad hujusmodi faciendum summarie, et de plano, sine strepitu et figura judicii, et omni juris solemnitate obmissa. Et si Potestas fuerit negligens, vel remissus in prędictis, in centum Libras denar; et quilibet Consulum in vigintiquinque Libras denar; Communi Mevanię condemnetur.

De Testamentis factis per Mulieres in potestate Patris constitutas valituris.

XXI. Si aliqua Mulier in patria potestate constituta, a Patre dotata, disposuit, seu disposuerit hactenus, vel disponit in futurum de suis dotibus, et testamentum, vel aliam ultimam voluntatem fecerit hactenus, sive faciet in futurū legando, vel relinquendo, instituendo, vel substituendo de ipsis dotibus in testamento, vel ultima voluntate, pręsente Patre ipsius, et consentiente, quod tale testamentum, vel ultima voluntas, seu dispositio valeat, et teneat, et in omnibus habere debeat, et habeat nomen, et effectum legitimi testamenti, et ultimę voluntatis: Non obstante quod filius de jure communi non possit facere testamentum. Et quod Potestas, ~~et Judex Mevanię tale testam~~ Communis Mevanię, et ejus Judex tale testamentum, et ultimam voluntatem, seu dispositionem teneantur ad poenam centum Librarum denar; executioni

mandare

REGISTRO
MARCA DA BOLLO

mandare sine libelli oblatione, et sine strepitu, et figura Iudicii ad petitionem petentis.

De quęstionibus inter conjunctos occaſione diviſionis summarie per arbitros cognoscendis.

XXII. Si inter conjunctas personas usque in tertium gradum eſset ex diviſione facienda aliqua quęstio, Potestas, vel Iudex Communis Mevanię procedat, et procedere poſsit, et debeat summarie, et de plano, sine strepitu, et figura judicii. Et quod per eum, vel eos suppositos factum fuerit, valeat, et teneat, et a qualibet partium inviolabiliter observetur. Salvo quod si aliqua partium ex dicta diviſione infra octo dies a die diviſionis factę dixerit se gravatam, Potestas, Iudex, et Consules Populi, et prędicti sic electi simul, ad petitionem illius, qui diceret se gravatum, debeant eſse, et convenire ad videndum, et intelligendum dictum gravamen. Et si talem invenerint in dicta diviſione eſse gravatum, dictum gravamen revocent, et quęstionem diffiniant. Et quod per ipsos, vel majorem partem ipsorum factum fuerit, ratum maneat, et inviolabiliter observetur. Et prędicta locum non habeant in diviſionibus factis, et contentis in inſtrumento diviſionis bonorum ipsorum, et in quęstionibus, et rebus, de quibus inter eos aliás compromiſsum fuerit, vel laudatum.

De quęstionibus quibuscumque inter conjunctos summarie per arbitros cognoscendis.

XXIII. Si aliqua quęstio oritur inter Patrem, et Filium, fratrem et fratrem carnales; patruum, et nepotem carnales; Virum, et Uxorem; Generum, et Socerum, et e converso; vel similes personas conjunctas, et affines

quoscumque

quocumque gradu ipsorum per Potestatem, vel Iudicem Communis Mevanię, de plano, sine libello, strepitu, et figura Iudicii diffiniatur, et terminetur, tam ad Bancham, quam extra Bancham, prout eis melius videbitur, tam per se, quam etiam cogendo ipsas partes ad eligendum unum, duos, vel tres homines consanguineos, vel affines ad ipsam quęstionem cognoscendam, et diffiniendam summarie, et de plano, sine libello, sine strepitu, et figura Iudicii, ut supra dictum est. Et quod per ipsos, vel majorem partem ipsorum factum fuerit, robur obtineat firmitatis.

Quod quęstiones ortę inter conjunctos compromittantur in duos consanguineos, vel amicos.

XXIV. De quęstionibus ortis, vel oriendis inter conjunctos compromittantur in duos Consanguineos communes, vel in duos amicos communes, prout Iudici Communis Mevanię videbitur expedire. Et quod Arbitri apponendi non possint, nec debeant pretendere a partibus aliquod salarium occasione compromissi in eos facti. Qui debeant ipsam causam unam, vel plures diffinire de jure, et de facto ad eorum beneplacitum, et mandatum. Et si dicti duo se non concordaverint, tertius eligatur Consanguineus Communis, vel amicus per Iudicem Dñi Potestatis. Et hoc locum habeat in preteritis, pręsentibus, et futuris. Et quod major pars declaraverit, valeat, et teneat, et firmiter observetur, aliquo alio capitulo Communis, vel Populi loquente in contrarium non obstante.

De questionibus occasione Senaytarum summarie, et de plano diffiniendis.

XXV. Si questio fuerit inter aliquos occasione alicujus Senaytę, Potestas, et Judex teneantur ipsam summarie diffinire, faciendo poni a partibus duos homines de loco questionis, et alios locum questionis scientes, dummodo dicti homines apponendi non attineant alicui partium, a quibus peteretur Senaytam fieri, nec sint consortes Terrę, in qua Senayta fieri peteretur, nisi de licentia partium processerit. Qui duo sic Potestati jurent Senaytam ipsam facere bona fide, et sine fraude, summarie, sine strepitu et figura judicii terminos lapideos immittendo. Et si ipsis terminis arbor aliqua impedimentum prestaret, omnino incidatur per illum cujus esset: Et si ipsam, vel ipsas incidere nollet, omnino cogatur per Potestatem, vel Judicem ad ipsam arborem incidendam. Et nullus plantet aliquam arborem prope terminum ad unum pedem, ad pedem perticę, nisi tantum Sambuchum. Et siquis inciserit ipsam arborem, non teneatur ad poenam. Et predicta faciat infra octo dies postquam petitum fuerit; Et stetur terminationi, et relationi ipsorum. Et si ipsi non concordarent, tertius per Judicem Communis Mevanię eligatur. Et dicto, et Terminationi ipsorum trium, vel duorum ex ipsis stetur, et fides plenaria habeatur. Et si aliqua partium contradixerit, et ipsi terminationi stare noluerit, in centum solidis denarr. Communi Mevanię condempnetur, nisi vellet Judicem Potestatis ad locum questionis ducere, et duceret cum effectu. Qui Judex teneatur ad locum questionis

accedere

accedere, et ipsam questionem una cum ipsis positis, vel aliis de contrata veritatem scientibus incontinenti diffinire, et determinare. Et nihil pro suo Salario habere possit, nisi Equos ab illo, qui ipsum duceret. Et terminationi factę per Judicem, et antepositos, vel alios de contrata cum ipso Judice omnino stetur. Et siquis non steterit, et parierit ipsi terminationi, in decem Libras denarj: Communi Mevanię condempnetur, ipsa terminatione facta semper firma manente. Illi autem qui iverint ad illam terminationem faciendam, et questionem terminandam debeant primo scrutari pro terminis antiquis, quos si invenerint, et eis videbitur, confirmentur. Et prędicti sic positi teneantur jurare omnia supradicta facere bona fide, et ipsam perficere infra octo dies sine aliqua requisitione, ad poenam viginti solidorum pro quolibet: Et si fraudem commiserint, in decem Libras denarj pro quolibet Communi Mevanię condempnentur: Et prędicta fraus per Judicem corrigatur cum aliis de contrata, quos ipse vocaverit.

Quod questiones de alimentis summarie diffiniantur.

XXVI. Si questio de alimentis oriretur inter aliquos, vel peterentur ab aliquo alimenta, ipsa questio summarie, sine libello, strepitu, et figura judicii, et quolibet tempore feriato, et non feriato agitetur: Et dum questio alimentorum penderet, interea Potestas, et Judex, si petentes non haberent quomodo viverent, alimentari faciat, si eis videbitur, habito aliquo judicio, vel presumptione, quod de jure dari debeant alimenta.

De questionibus

De queſtionibus, sive fidejuſsionibus indempnibus conservandis.

XXVII. Quicumque fidejuſserit pro aliquo, vel promiſsionem quamcumque fecerit, in Curia, vel extra Curiam, Poteſtas, vel ejus Officiales ad petitionem ipsius fidejuſsoris, vel promiſsoris, eum indempnem faciant conservari a dicta fidejuſsione, vel promiſsione, et eum de dicta fidejuſsione, et promiſsione trahere infra decem dies postquam petitum fuerit ab ipso fidejussore, sive promiſsore, sine libelli petitione, et juris solempnitate, constringendo principalem, vel illum pro quo eſset facta promiſsio, vel fidejuſsio, realiter, et personaliter, prout placuerit ipsi fidejuſsori, et promiſsori, non obstante quod Creditori satisfactum non eſset, vel quod diu fidejuſsor, vel promiſsor in obligatione, et promiſsione non ſtetiſset.

Quod non cogantur fidejuſsores usquequo inveniantur de bonis Principalis, nisi pro factis Communis.

XXVIII. Quicumque fidejuſserit pro aliquo, et ille pro quo fidejuſserit inveniatur habere, vel haberet in bonis quantitatem in qua principalis, et fidejussor apparuerit obligatus; vel partem ipsius quantitatis, talis fidejussor non cogatur ad solvendum Creditori, vel ei apud quem fidejuſserit, nisi tantum pro ea parte, que deficeret, seu pro qua idem principalis non eſset solvendo. Et ad probandum, quod talis fidejuſserit pro dicto principali sufficiat solum quod appareat quod unus ex debitoribus alicujus promiserit alium, seu alios ab ipso debito, et promiſsione ipsius debiti conservare indempnem: Vel si probaretur cum duobus teſtibus fide dignis

dignis. Prędicta autem locum non habeant in illis, qui fidejuſserint pro aliquo penes Consules Mevanię ex aliqua causa. Et hoc locum habeat in prętheritis, pręsentibus, et futuris.

Quod nullus contrahat cum minore viginti=quinque annis, vel aliis, quibus bona eſsent interdicta, sine auctoritate Tutoris, vel Curatoris.

XXIX. Nulla persona contrahat cum minore viginti=quinque annorum, aut filio familias, aut alio, cui bona eſsent interdicta; nec ei det in credentia, nec ab eo pignus aliquod recipiat, nisi prędicta faciat cum auctoritate Tutoris, vel Curatoris, vel cum voluntate, et consensu Matris, vel cum auctoritate Judicis Communis Mevanię, si Tutorem, Curatorem, vel Patrem non haberet. Et tunc dictus Judex exquirat, et exquirere teneatur causam contractus faciendi; ita quod in ipso contractu talis minor non poſsit decipi. Et si secus factum fuerit, quicquid cum minore fieret non valeat ipso jure: nisi apparuerit, quod factum eſset cum minore in utilitatem minoris, vel in utilitatem Patris, si Patrem haberet; et nisi consuetus eſset facere facta Patris, vel Domus. Et pignus siquod acceptum eſset ab eis, vel ab aliquo ipsorum contra ipsam formam, restitui debeat ad petitionem Tutoris, vel Curatoris, vel ipsius minoris, summarie, sine libello, et juris solempnitate, et sine strepitu, et figura judicii. Et quietatio de ipso contractu, seu debito ad ejus petitionem, vel alicujus ipsorum, vel Fratris, seu Matris, si Tutorem, vel Curatorem

non

non haberet, fidejubeat. Non obstante si in instrumento ta=
lis minor affirmaverit se eſse majorem vigintiquinque
annorum, vel se eſse emancipatum; vel si juraverit se non
venire contra; vel si juraverit contractum —, — et di=
ceret, quod in ejus utilitatem contractum est. Et Potestas,
et Iudex Communis Mevaniæ prædictis minoribus, sicuti
pro eis expediverit — summariam faciant rationem.
Et hoc Capitulum banniatur quolibet mense per
Præconem dicti Communis.

De contractibus faciendis cum mino=ribus vigintiquinque annis.

XXX. Quotiescumque contingeret aliquem fieri contrac=tum inter minorem vigintiquinque annorum, et aliā personam, vel alio modo cum Minoris Tutore, vel Cura=tore de rebus ipsius Minoris, nullus contractus poſsit fieri sine licentia Potestatis, et præsentia vel Iudicis, vel Consulum Populi, et duorum proximorum consan=guineorum ipsius Minoris. Qui consanguinei teneantur, et debeant tempore celebrandi contractus jurare ad Sancta Dei Evangelia, quod talis contractus, qui fieret cum dicto Minore, quocumque nomine censeatur, sit, et fiat in utilitatem ipsius minoris. Et si aliter fieret cum dicto Minore, quam modo, et forma prædictis; non valeat ipso jure. Et hoc Statutum tolli, caſsari, et annullari non poſsit per aliquod aliud Statutum quod fieret, niſi expreſse fieret mentio de præsenti Statuto. Et si aliquis non suppositus jurisdictioni Communis Mevaniæ transtuliſset, vel ceſsiſset ali=

cui

alicui de Mevania aliquod jus contra aliquam personam de Mevania popularem, ipsa translatio, vel ceſsio non valeat, nec teneat ipso jure, etiamsi ipsa ceſsio deducta eſset in judicium. Ad quam ceſsionem servandam, et ad ejus executionem Potestas, vel ejus Officiales nullatenus teneantur: Nec tali ipsa jura cedenti jus super ipsa ceſsione reddatur.

Quod filii familias * mercatores, vel alii sui juris majores viginti annis poſsint contrahere.

XXXI. Filii familias mercatores, et quilibet alius sui juris major viginti annorum mercantiam aliquam contrahens, libere contrahere, et mercari poſsit, et valeat, et teneatur. Et quę fecerint valeant, et teneant, ac si cum majore vigintiquinque annorum, ac similibus sui juris facta eſsent: Dummodo ipse contractus non fiat per fraudem; quam fraudem Potestas, et Iudex poſsint pręsumere; et eorum pręsumptio habeatur pro plena, et legitima probatione: Dummodo dicti majores viginti annorum, et minores vigintiquinque sint homines diligentes, et benefacientes, non dissoluti, et malefacientes. Et prędicti filii familias, et homines sui juris majores viginti annorum mercatores non facientes alia facta sua, pro ipsa mercantia, occaſione ipsius mercantię poſsint judicio intereſse sine aſsensu Patris, et sine consensu Tutoris, et valeat, et teneat quod factum fuerit cum eis, ac si cum majoribus vigintiquinque annorum, et hominibus sui juris factum fuerit, sive gestum.

Quod in

Quod in Venditionibus servetur jus Laboratoris.

XXXII. Quicumque vendiderit aliquam domum, vel poſſessionem locatam prius alteri ad pensionem, vel ad fictum, seu ad laboricium, in ipsa venditione debeat salvare, et reservare jus Laboratoris fictajoli, seu pensionarii. Et si obmiserit, et non reservaverit jus ipsorum, Potestas, et quilibet alius Officialis summarie, de plano, sine strepitu, sine libello, et figura judicii procedant, et procedere poſſint, et debeant ad petitionem Laboratoris vel Conductoris ad faciendum observari pacta, et conventiones, seu stipulationes inhabitas, et factas inter Locatorem, et Conductorem. Et Emptor ad petitionem Conductoris teneatur non solvere pretium Venditori, donec Locator, et Conductor eſſent in accordia, vel eſſet ipsi Conductori satisfactum de jure suo: Et niſi mandatum fuiſſet ipsi Emptori per Potestatem, vel Judicem Communis Mevanię de ipso pretio solvendo.

De poena vendentis, vel alienantis aliqua bona alicui non supposito jurisdictioni Communis.

XXXIII. Nulla persona alienet, vel transferat in non suppositos jurisdictioni Communis Mevanię, et etiam in potentiores bona, et jura, pro quibus, vel de quibus poſſit conveniri in Curia Mevanię. Et quicumque alienaverit, vel transtulerit, et talis si in poſſeſſione remanserit, per Judicem conveniatur, et conveniri poſſit pro ipsis poſſeſſionibus, et juribus, ac si non alienaſſet, vel transtuliſſet.

De habitantibus domum sub uno tecto.

XXXIV. Si aliqui de Mevania habeant domum sub uno tecto, debeant claudere ad petitionem partis petentis de lapidibus, et mactonibus coctis muratis de calcina, et arena, seu ad maltam, prout partes fuerint in concordia. Et si factum fuerit, vel extiterit clausum per expensas alterius partis, reficiatur expensę per alteram partium ad ęstimationem duorum Magistrorum per ipsas partes communiter eligendorum.

De Donationibus insinuandis.

XXXV. Si aliqua persona habet, vel in futurum habuerit aliquam donationem, vel instrumentum alicujus donationis de bonis alicujus valoris centum librarum, et ultra, teneatur, et debeat ipsam donationem ipso Donatore vivente notificare coram Potestate, et Consulibus; et instrumentum donationis ipsius coram eis producere, et ostendere. Et instrumento exhibito ipse Potestas requiri faciat Donatorem, et quęrat ab eo an ipsa donatio vera sit, an non. Et si ipsa dixerit veram esse, valeat, et teneat. Et de hoc fieri faciat publicum instrumentum per aliquem Notarium de Mevania. Si vero negaret, tunc Potestas cum consilio Consulum summarie, sine strepitu, et figura Judicii examinet, et requirat negotii veritatem, exquisitis judiciis, et pręsumptionibus facti: Et si instrumentum simulatum, vel falsum invenerit supradictis judiciis, et pręsumptionibus, et inquisitionibus factis, possit, teneatur, et debeat, summarie, sine strepitu, et figura judicii ipsum instrumentum

inſtrumentum judicare caſsum, nullum, irritum, et nullius valoris; et ipſum caſsari, et annullari faciat, poenas aliquas tam producenti, quam ei, qui ipſum instrumentum scripserit, si ipſum inſtrumentum inveniatur eſse falsum, vel simulatum, infligendo secundum formam juris, et Statuti Communis, et Populi Mevaniæ. Et Poteſtas hoc faciat post productionem inſtrumenti prædicti infra unum mensem, sub amiſsione sui Salarii. Et si dictus Donatarius, vel ille cui eſset facta, vel fieret in futurum donatio, ipsam donationem non notificaret, seu notificaverit ipsis Poteſtati, et Consulibus; et ipsum inſtrumentum donationis non notificaverit, et produxit, seu produxerit coram eis vivente Donatore, ut dictum eſt, præsumatur ipsa donatio eſse falsa, simulata, et ficta ipso jure; Niſi ipse Donatarius, seu ille, cui facta eſset, vel fieret in futurum donatio probaret per bonos, et legitimos teſtes, se ipsam rem donatam publice poſsediſse, tenuiſse, et ex ea fructus continue percepiſse post ipsam donationem vivente ipso Donatore; Vel niſi inſtrumentum quod appareret de hoc eſset confectum manu alicujus legalis Notarii de Mevania non attinentis ei, cui facta eſset talis donatio in aliquo gradu consanguinitatis, vel affinitatis. Et si plures eſsent Donatores, quorum fuiſset res donata, et aliquis ipsorum diceret, vel aſsereret coram prædictis Potestate, et Consulibus talem donationem eſse veram, sufficiat, et donatio pro legitima habeatur. Salvo quod si talis donatio fuerit morte Donatoris confirmata, valeat, et teneat, non obstante quod non fuerit insinuata; et mors Donatoris habeatur pro plena, et legitima insinuatione.

Quod inſtrumentum

Quod inſtrumenta Usurariorum a decem annis retro confecta non exequantur.

XXXVI. Omnia inſtrumenta Usurariorum, et illorum, qui fuerunt Usurarii a decem annis retro condita, vel facta: vel si Usurarii, vel Usurarius steterit per decem annos quod suum creditum non peteret, vel non repetiiſset, et ipsa inſtrumenta inducerentur in judicio, habeantur pro suspectis; et debitum quod non eſſet petitum per Usurarios, sive creditum infra tempus decem annorum, non poſſit exigi: immo pręsumatur eſſe solutum, et eidem Usurario satisfactum: Dummodo Debitor pręstet juramentum, quod de ipso debito satisfactum est Creditori. Et ipsa inſtrumenta pręstito tali juramento habeantur pro caſſis, irritis, et nullius valoris. Et predicta intelligantur de inſtrumentis depositi, vel mutui, et similibus, et debitis contractis cum eis ex causa depoſiti vel mutui, et fructibus. Et quod talis fuerit Usurarius tempore facti contractus, sufficiat fama publica probata per quinque fide dignos testes.

De inſtrumentis factis in fraudem caſſandis.

XXXVII. Omnia inſtrumenta iniqua, et in fraudem facta inter quoscumque de Mevania nullius penitus sint momenti, nec roboris obtineant firmitatem. Et quilibet contractus inter conjunctas personas, vel alias quascumque imaginarie factus, vel qui contineret ultra quam actum, vel conventum eſſet inter dictas partes, non valeat, nec teneat ipso jure. Et ad reprobationem talis inſtrumenti sufficiat unus testis fide dignus, cum aliis indiciis, vel fama publica, recepto juramento

juramento ab illo, qui tale instrumentum reprobare vellet, quod prędicta, quę proponit vera existant. Super quibus Potestas possit, et debeat vinculo juramenti, et ad poenam vigintiquinque Librarum denarę. et ad petitionem cujuslibet, quem tangeret sic factum, procedere summarie, sine Libelli oblatione, strepitu, et figura judicii, inquirendo ex officio suo veritatem super prędictis: et super ipsa inquisitione ejus sententiam ferre: Et dictum instrumentum repertum iniquum, vel in fraudem factum, imaginarium, vel fictitium, vel quod contineret ultra quam deberet, cassare, et cassari facere, cogendo realiter, et personaliter illum, qui dictum instrumentum defenderet, vel defendere vellet, prout ei videbitur expedire. Et hoc locum habeat in pręteritis, pręsentibus, et futuris.

Quod possint opponi omnes exceptiones contra instrumenta non suppositorum jurisdictioni Communis.

XXXVIII. Contra forenses, et non suppositos jurisdictioni Communis Mevanię, et contra instrumenta, et pręcepta guarentię eorum possint opponi omnes exceptiones, et defensiones legitimę: et petitiones, sive libelli peti possint, non obstante quod aliquod Statutum Communis, vel Populi in contrarium loqueretur. Et ad prędicta teneatur Potestas vinculo juramenti. Forenses autem intelligantur qui non fuerint accatastati in Catasto Communis: et qui non faciunt in Mevania omnes, et singulas factiones reales, et personales, et alia servitia, prout alii Mevanates, quibus redditur jus secundum formam juris civilis, et non aliter. Et si aliter fieret, processus factus non valeat, nec teneat ipso jure.

De termino

De termino dando ad acceptandum hereditatem.

XXXIX. Quando aliquis diceret, et peteret terminum ad acceptandum hereditatem alicujus personę, et ad faciendum inventarium de bonis ipsius, Potestas, vel Judex Communis Mevanię teneantur, et debeant dicto tali petenti terminum dare, et assignare, seu dilationem ad deliberandum, seu ad respondendum si vult esse heres, vel non quindecim dierum; et ad faciendum inventarium quindecim aliorum dierum, si voluerit esse heres cum beneficio inventarii, vel minus temporis prout Potestati vel Judici videbitur, inspecta quantitate bonorum, et qualitate personę. Et si secus fieret, non valeat, nec teneat ipso jure.

De poena petentis debitum jam solutum.

XL. Quęcumque persona repeteret debitum semel solutum a suo debitore, vel altero pro eo, et in ipsa petitione perseveraverit usque ad litis contestationem, si lis contestaretur super principali, sive super exceptis solutionis, vel usque ad juramentum calumpnię prestitum per actorem, ubi lis non contestaretur, et contra absentem procederetur, condempnetur in duplum ejus, quod repeteret solvi. Et Creditor infra octo dies postquam ab eo petitum fuerit faciat quietationem de debito sibi soluto in totum, vel in partem, ad poenam vigintiquinque Librarum denar. Et idem intelligatur si produxerit instrumentum, petens executioni mandari in aliqua quantitate.

Quod mittatur familia ad petitionem Creditoris ad capiendum exbannitos pro debito.

XLI. Potestas, vel Judex Communis Mevanię teneantur, et debeant vinculo juramenti, et ad poenam vigintiquinque Librarum pro quolibet, semper cum ab eis, vel ipsorum aliquo peteretur per aliquem Creditorem, ad ipsius Creditoris

terminum

terminum, et petitionem mittere familiam suam, et Bajulos ad capiendum exbannitos pro debito. Qui familiares habeant pro eorum Salario quando iverint in Mevaniam, et in Foveas veteres, duodecim denarios pro quolibet ipsorum. Et si extra Mevaniam iverint, si infra milliare, duos solidos pro quolibet, aliquo Statuto loquente in contrarium prędictorum non obstante.

Quod Legata omnia, et Fideicommissa solvantur per Heredes de plano ad petitionem Legatariorum.

XLII. Legata, et Fideicommissa in Testamentis, et Codicillis relicta solvantur per Hęredes ad petitionem Legatariorum, et Fideicommissariorum. Et de prędictis Potestas, et alii sui Officiales teneantur ipsos audire, et ipsis facere summariam rationem sine oblatione Libelli.

De suspicione Debitorum.

XLIII. Quocumque aliquis ~~comparuerit~~ Creditor comparuerit coram Curia Communis Mevanię, et dixerit se suspicionem habere in aliquo, vel de aliquo suo Debitore, quem diceret solvendo non esse, ne fugam arriperet, et ne secum invito Creditore deferat quis aliena, sine citatione Potestas, et Iudex, et uterque ipsorum teneantur vinculo juramenti, et ad poenam vigintiquinque Librarum incontinenti cum petitum fuerit, sine dilatione talem sic suspectum coram sua pręsentia de facto facere comparere, eumque cogere ad solvendum debitum quod teneretur, vel ad pręstandum Creditori suo de judicio sisti, et judicati solvendo idoneas cautiones, recepto primo a tali Creditore corporaliter juramento super suspicione predicta. Et quilibet petens beneficium presentis Statuti, ante omnia jurare debeat, quod debitum sit

verum

verum. Et si in processu non probaret de debito, condempnetur de perjurio in quadraginta Solidos; et dampna, et expensas reficiat capto. Et Iudex prędicta exequi debeat tempore etiam feriato. Et prędictum Capitulum non vendicet sibi locum pro Forense contra Mevanatem. Et etiam dictum Capitulum non habeat locum pro forense contra forensem, nisi debitum fuerit contractum in Mevania, vel districtu. Quin etiam locum non habeat pro Usurariis, nec pro Iudęis contra eorum Debitores: Nec locum habeat contra habentes in bonis mobilibus quantitatem petitam.

De forma dandi in Tutorem, vel Curatorem alicui minori.

XLIV. Nulla persona dari possit in Tutorem, vel Curatorem alicui minori, nisi primo fiat inquisitio inter consanguineos minorís: Et qui tunc fuerit repertus per ipsam inquisitionem idoneus, et sufficiens ad tutelam, et curam hujusmodi gerendam, et suscipiendam, ille concedatur in Tutorem, vel Curatorem dicto minori. Et si aliquis reperiretur datus alicui in Tutorem vel Curatorem ultra dictam formam, non valeat, nec teneat ipso jure. Immo ab ipsa Tutela, et Cura removeatur, et cassetur ad petitionem duorum consanguineorum dicti minoris, et alius, vel alii loco sui constituantur, et dentur secundum formam superius traditam. Et hoc Capitulum non vendicet sibi locum in Tutoribus, vel Curatoribus Testamentariis, et ad litem dandis, vel specialiter vocandis.

Quod contra instrumenta Judęorum, eorumq. personas poſsint opponi omnes legitimę exce= ptiones.

XLV. Contra instrumenta Judęorum, et contra personas ip= sorum poſsint opponi per quoscumque omnes legitimę excę= ptiones, non obstante quod fuerint accataſtati in catasto Com= munis Mevanię: Et etiam non obstante aliquo Statuto lo= quente in contrarium prędictorum. Et quod nulla quęstio ip= sorum, quam haberent cum aliqua persona in Curia Meva= nię poſsit, nec debeat per juramentum decidi. Et si secus fac= tum fuerit, non valeat, nec teneat ipso jure. Et si Potestas, vel Judex Mevanię contrafecerint in prędictis, vel aliquo prędi= ctorum, et dictam formam non servaverint, in vigintiquin= que Libras denar. per Syndicum, qui eos syndicabit Commu= ni Mevanię condemnentur; non obstante aliquo Statuto lo= quente in contrarium prędictorum.

Tertius Liber

Super extraordinariis.

De Eleemosina danda Fratribus Locorum Terræ Mevaniæ.

I. Amore Dei, et pietatis intuitu, dentur, solvantur, et concedantur Fratribus Minoribus de loco Mevanię pro eorum Tunicis in Festo Omnium Sanctorum proxime venturo de bonis Communis Mevanię triginta Librę denariorum. Et pro opere Ecclesię dicti Loci viginti Librę denar. Et Potestas, et Consules Populi, ac Camerarius dicti Communis, qui pro tempore fuerint teneantur, et debeant pecuniam ipsam ante dictum Festum ipsis Fratribus integraliter solvi facere cum effectu. Et Fratribus Prędicatoribus de Loco Mevanię pro eorum tunicis in dicto Festo triginta Librę denar. et pro opere Ecclesię dicti Loci viginti Librę denar. Et Fratribus Eremitanis S. Augustini ~~pro eorum tunicis~~ de Loco Mevanię pro eorum tunicis in dicto Festo triginta Librę denar. Et pro opere Ecclesię dicti Loci viginti Librę denar. Et Potestas, et Consules Populi, et Camerarius dicti Communis, qui pro tempore fuerint, teneantur, et debeant pecuniam ipsam ante dictum Festum ipsis Fratribus integraliter solvi facere cum effectu. Qui denarii pro opere dictarum Ecclesiarum, et cujuslibet earum non perveniant ad manus dictorum Fratrum; sed ad manus unius boni hominis per Consules Populi eligendi, et apponendi; Qui debeant ipsos denarios conservare, et te-

nere

tenere, et ipsos dare, et conservare in opera Ecclesiarum dictorum Locorum, et non in alio. Et aliter ipsos denarios ipsi Fratres ~~ha-bere non debeant~~ vel aliqui ipsorum, nisi ut dictum est, habere non debeant. Et dictę Eleemosynę dentur eis quolibet anno, ut dictum est de proventibus Communis Mevanię.

De Eleemosyna danda Monasteriis Mevanię, et de Civitellis.

II. Amore Dei, et pietatis intuitu dentur, et concedantur de bonis, et avere Communis Mevanię Monasterio Sanctę Marię prope Pontem Laspidum, et Monasterio Sanctę Marię de Civitellis, et Monasterio Sanctę Lucię, et Monasterio Sanctę Margaritę de Mevania ad omnem terminum, et petitionem Dominarum ipsorum Monasteriorum, seu Syndicorum ipsorum Monasteriorum, et cuilibet ipsorum, Centum Solidi denariorum pro quolibet dictorum Monasteriorum: Ita tamen, quod plus ex forma alicujus Statuti Populi, vel Communis habere non possint, excepto infrascripto Candelabro dando Monasterio S.æ Marię de Civitellis prędicto.

De Candelabro dando Monasterio Sanctę Marię de Civitellis quolibet anno.

III. Quolibet anno in Festo S.æ Marię de Augusto Consules Populi qui pro tempore fuerint teneantur, et debeant fieri facere unum Candelabrum de Cera, de ea quantitate, quam ipsi viderint expedire. Et ipsum Candelarium non mittatur in pecuniam, sed solum in Candelario. Et dictum Candelarium portetur in dicto Festo ad Ecclesiam Monasterii S.æ Marię de Civitellis. Et Consules Populi, vel aliquis ipsorum, vel alia persona ad ipsum Festum ire non debeat expensis Communis, nisi solus

solus ille, qui iret cum Candelario supradicto. Et ipsum Candelarium in Altare dicti Monasterii offeratur, et dimittatur ad honorem, et reverentiam Sanctę Marię Virginis antedictę.

Quod Fratres stantes in Costa S.tę Potentiæ possint lignare in ipsa Costa.

IV. Amore Dei Fratribus permanentibus in Costa Sanctę Potentię sit licitum lignare in dicta Costa de lignis et siccis tantum comodo (a) et benefactis; ita tamen quod de terra aliquid incidere non possint.

UFFICIO DEL REGISTRO
FOLIGNO
MARCA DA BOLLO
C.mi CINQUANTA

De Eleemosyna danda Fraternitati Laicorum.

V. Amore Dei, et Beatę Marię Virginis, et ad laudem, et reverentiam ipsius Beatę Virginis gloriosę Marię dentur, et concedantur de bonis Communis prędicti Fraternitati Laicorum de Mevania continue annuatim pro lumine dictę Fraternitatis, quando homines dictę Fraternitatis vadunt de nocte, duo Candelaria de cera, in quibus dentur, et ęstimentur de denariis dicti Communis tres Librę denariorum pro quolibet dictorum Candelariorum in Festo Sanctę Marię de Augusto; et plus per formam alicujus Statuti Populi, vel Communis habere non debeant.

De reparatione Hospitalium Thomæ, et Berardi.

VI. Si Domus Hospitalium Thomæ, et Berardi, dum ipsa Hospitalia, vel aliquod ipsorum pro aliqua defectione reparatione aliqua indigeret, de bonis ipsorum Hospitalium reparetur.

De reparatione

(a) Così nel Codice.

De reparatione Ecclesiæ S.ti Vincentii.

VII. Cum Ecclesia Sancti Vincentii minetur ruinam, prout a cunctis oculis cerni potest; propter quod ibidem timore mortis divina celebrari timentur officia: Cum etiam in damnum, et periculum dicti Communis non modicum, et specialium personarum ipsius posset realiter, et personaliter redundare, si tam periculosus casus (quod absit) accideret, de eodem; ideo presentes Statutarii volentes super predictis providere, statuerunt, et ordinaverunt, quod dicta Ecclesiam dictum Commune Mevaniæ reficere teneatur in totum expensis omnibus dicti Communis hinc ad quinque annos proxime complendos. Et predictis quilibet Potestas, et etiam Consules Populi, qui pro tempore fuerint, teneantur: Et debeant dare opem, et operam efficacem, ita, et taliter, quod dicta Ecclesia infra dictum tempus penitus reaptetur, ad poenam centum Librarum, et vinculo juramenti, ad hoc ut in ea possint divina officia celebrari, et tale periculum valeat evitari; Et ad hoc ut ipse Beatus Vincentius pro dicto Communi, et conservatione hominum, et personarum ipsius, et pacifici Status Terre Mevaniæ ad Dominum valeat, et dignetur benigne suas sanctissimas orationes porrigere fructuosas.

De duobus Candelariis dandis annuatim Ecclesiæ S.ti Vincentii.

VIII. In Festo S.ti Vincentii per Commune Mevaniæ quolibet anno dantur duo Candelaria (a)

Registrato a Foligno il Primo Settembre 1894 al N.ro 139 Lib. 3 fog 39 atti privati. Esatte Lire Una e Cent Ventisim—
£ 1.20 Il Ricevitore
De eleemosyna
Bartolini

(a) Lacuna di sette Linee nel Codice.

UFFICIO DEL REGISTRO
1 SET. 94
FOLIGNO

De Eleemosyna danda Fratribus Prędicatorum annuatim in Festo Beati Jacobi.

IX. Amore Dei, et Beati Jacobi Confessoris dentur, et concedantur Fratribus Prędicatoribus de Loco Mevanię pro subventione, et adjutorio Festivitatis ejusdem de bonis Communis secundum modum hactenus consuetum decem Librę denariorum; quas Camerarius Communis, qui pro tempore fuerit, ipsis Fratribus de mense Augusti in Festo ejusdem dare, et solvere teneatur.

Quod Prącones, et Bajuli Communis teneantur mandatis Dñorum Consulum obbedire.

X. Prącones, et Bajuli Communis Mevanię teneantur, et debeant in omnibus, et singulis mandatis, et pręceptis Consulum Populi obbedire in iis, quę eis pro eorum officio exercendo pręceperint. Et qui contrafecerit in quinque Solidos denariorum et plus arbitrio ipsorum Consulum, per Potestatem, vel ipsos Consules puniantur. Et si ipsi Prącones, vel Bajuli acceperint alicui aliquod pignus, et ipsum amiserint, illud teneantur, et debeant emendare in duplum illi, cui dictum pignus fuerit acceptum per eum, vel eos. Et si acceperint alicui aliquod pignus, recepto competenti salario, teneantur, et debeant reportare ad domum illius, cui acceptum fuerit dictum pignus, ad poenam quinque solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et stetur, et credatur sacramento illius, cui aliquod pignus acciperetur.

Poena arengantis sine licentia Potestatis et Consulum, quod aliqua condempnatio vel multa alicui remittatur.

XI. Nullus audeat, vel pręsumat sine licentia Potestatis, et Consulum Populi Mevanię in aliquo Consilio, vel alio loco

publico

publico, vel privato dicere, vel arengare, quod aliqua condempnatio, vel multa alicui remittatur. Contrafaciens in eodem in (a) Libras denariorum Communi Mevaniæ condempnetur.

Quod nullus audeat aliquid accipere de bonis Hospitalium Communis.

XII. Quicumque acceperint, seu abstulerint aliquid de bonis, arboribus, vel rebus aliis Hospitalis Fontanellæ, vel aliorum Hospitalium de Mevania, vel districtu, illud restituant, et assignent Procuratori ipsorum Hospitalium infra quindecim dies postquam de mandato Potestatis fuerit bannitum. Quod bannimentum Potestas, et Consules primo mense regiminis ipsius Potestatis fieri faciant. Et quicumque infra dictum terminum non reassignaverit, in decem Libras denariorum Communi Mevaniæ condempnetur. Et de prædictis Potestas, et ejus Officiales inquisitionem faciant vinculo juramenti: Et repertos culpabiles in prædictis, condempnare, et ablata, et occupata restitui faciant cum effectu, de facto, sine strepitu, et figura judicii. Et si fuerint negligentes de prædictis, vel in prædictis, Potestas in quinquaginta Libras, et quilibet Officialium in vigintiquinque Libras Communi Mevaniæ condempnetur.

Quod Consules Populi teneantur fieri facere omnes operas utiles, et necessarias per Mevaniam, et districtum.

XIII. Consules Populi Terræ Mevaniæ possint, teneantur, et debeant fieri facere omnes, et singulas operas utiles, et necessarias per Mevaniam, et ejus districtum, videlicet, Foveas, Fontes, Vias, Pontes, et iis similia, sive per Commune Mevaniæ, sive per adjacentes homines; apponere Superstites super ipsas operas fieri

(a) Manca il numero delle Lire.

fieri faciendas, prout eis placuerit, et videbitur expedire.

De Salario Famuli Consulum Populi Mevaniæ.

XIV. Famulus Consulum Populi Terræ Mevaniæ, sive ea qui servit dictis Consulibus habeat, et habere debeat de bonis Communis Mevaniæ pro suo salario cujuslibet mensis, quo eis servierit, quadraginta solidos denariorum sibi per Camerarium Communis solvendos in fine cujuslibet mensis; et ab omnibus oneribus personalibus dicti Communis penitus sit exemptus. Ita tamen quod quando Curia Ducalis Mevaniæ residentiam fecerit, teneatur Campanas Communis pulsare semper quando necesse fuerit, ad requisitionem etiam, et mandatum Dnorum Consulum: et nullam custodiam recipere debeat, nec habere possit.

Nulla Apodissa possit sigillari sine licentia Consulum Populi. vel trium ex eis.

XV. Nulla apodixa de aliqua quantitate pecuniæ alicui per Consules Populi possit, nec debeat sigillari, nisi esset permissum per formam Statuti, vel reformationem Consilii, et sine præsentia, et voluntate Dnorum Consulum, vel trium ex eis: et etiam sine præsentia Notarii ipsorum Dnorum Consulum. Quæ Apodixa sic sigillata registretur, et registrari debeat in Libro Communis prædicti per dictum Notarium Consulum, et manu ejusdem Notarii. Et in registro dictarum Apodixarum scribatur per ipsum Notarium juxta ipsam Apodixam ~~de~~ tempore solutionis faciendæ; de quantitate in ea contenta; de solutione, et satisfactione sibi facta, et etiam in ipsis Apodixis manu dicti Notarii fiat mentio de registratura dictarum Apodixarum, ad hoc ut Communo

 Commune in prędictis decipi non valeat, sive lędi. Et si dictę Apodixę aliter sigillarentur, quam dictum est, ipsę Apodixę non valeant, nec teneant, et pro non veris habeantur ipso jure.

De modo vendendi proventus, et redditus Communis conservando, et de mensuris habendis, et de modo, quo uti debent Conductores ipsorum Proventuum.

XVI. De venditione fructuum, redditaum, et proventuum Communis Mevanię, et quomodo, et qualiter fiat, remaneat in providentia Dnorum Consulum, et Consilii generalis Communis et Populi Terrę Mevanię. Et quod per dictum Consilium in prędictis, et de prędictis factum fuerit, valeat, et teneat, et effectui demandetur. Molendina autem, et Valcherię Communis Mevanię indifferenter, et omnes alii redditus Communis Mevanię non possint vendi nisi pro uno anno tantum: et tunc vendantur ad granum, vel ad denarios, prout placuerit Consilio generali. Quod granum debeat reponi, et conservari facere ita quod non vendatur, nec aliquo modo alienetur usque ad Kalendas Martii. Nec etiam possit de dicto grano dari in pagamentum alicui, qui deberet aliquid recipere a Communi, seu vendi indigentibus personis pro eorum victu. Nec possint vendi alicui personę, nisi quinque raserię tantum per mensem quemlibet. Et deinde granum vendatur Mevanię tantum, et non aliàs, in diebus martis. Et de ipso grano non vendatur alicui Panifaculę. Et totum dictum granum, quod percipietur ex ipsis Molendinis, et redditibus aliis reponatur in quodam certo loco intra muros Mevanię, prout Consulibus Populi Mevanię videbitur expedire. Et hoc Capitulum Potestas, et Consules Populi Terrę Mevanię in qualibet parte sui debeant observare.

Et

Et si Potestas, vel Consules contrafecerint in prędictis, vel aliquo prę=
dictorum, Potestas in centum Libras, et quilibet Consulum prędi=
ctorum in vigintiquinque Libras denarior; condempnentur per
Potestatem, et Consules subsequentes. Et Potestas, et Consules Popu=
li tempore correctionis presentis Statuti faciant jurare Statutari=
os, quod presens Statutum reponant in Statuto ad quod electi fue=
rint renovandum. Et hoc Capitulum sit precisum quod tolli non
possit Consilio, vel arenga. Et quod tempore, quo dicta Molendi=
na vendi contigerit, seu quo vendi vellent, banniantur ad denarios,
et granum: et postea mittatur ad Consilium generale prędictum: ad
quod Consilium vocentur, et sint vocati per Consules Populi quinque
homines per Guaitam de majori Libra; in quo deliberetur de ven=
dendo ad granum, vel ad denarios, prout eis videbitur expedire. Et
quod per eos deliberatum fuerit super prędictis, valeat, et robur obti=
neat firmitatis. Et Consules Populi habeant Catastum; et de ipso
extrahant omnes homines prędictos de majori Libra, et non alios.
Et si aliter fieret non valeat, nec teneat ipso jure. Et prędictę Gual=
cherię vendantur de mense Octobri. Et prędicta Potestas, et Consules
teneantur observare ad poenam decem Librarum denar; pro quoli=
bet. Et nullus Conductorum ipsorum Molendinorum possit aliquod ge=
nus bladi reponere in Hospitali Berardi, vel in domibus ipsius Hospi=
talis, sed intra muros Terrę Mevanię, ut dictum est, ad poenam vigin=
tiquinque Librarum denarior. Et ipsi proventus, et omnes alię utili=
tates Communis vendantur concedantur, et locentur; et etiam domus,
ferramenta, instrumenta, et ornamenta ipsorum dentur, et locentur
omni resico, periculo, et fortuna illorum, vel illius, qui ipsa condu=
xerit; scilicet incendii, furti, rapinę, ruinę, casus fortuiti; insultus
et aggressurę Astaranorum, et hostium; diluvii, inundationis aqua=
et plus offerenti dentur. Et dicta Molendina vendantur rum

aquarum, submersionis, et cujuslibet violentiæ, et fortuiti casus, et eventus. Et quæcumque persona dicta molendina conduxerit, nec non Mollarii, et Ligatii in dictis Molendinis morantes, et in posterum moraturi, seu eorum alter, non audeant, vel præsumant quoquo modo alicui, seu aliquibus in dictis molendinis, vel aliquo eorumdem violenter aliquam quantitatem farinæ, seu bladi, aut aliquam aliam multuram præter, et ultra multuram ei, vel eis concessam, et attributam ex forma Statutorum Communis Mevaniæ, accipere, vel auferre, seu petere, vel recipere. Et qui contrafecerit in prædictis, vel altero prædictorum in viginti Solidis denariorum puniatur. Et cuilibet liceat talem contrafacientem denumptiare, et accusare; et habeat medium banni, et teneatur ejus secretum; et ejus denumptiationi cum juramento stetur, et credatur. Et nulla persona prædictis conductis Mollariis, et Legatiis det aliquam multuram, vel bladum contra dictam formam. Contrarium faciens in viginti Solidis denariorum vice qualibet puniatur. Et cuilibet liceat talem delinquentem denumptiare, et accusare; et habeat medium banni, et teneatur in secreto, et denumptiationi, et accusationi ejus stetur, et credatur, cum juramento. Et Potestas Terræ Mevaniæ, qui nunc, et pro tempore fuerit teneatur, et debeat vinculo juramenti semel ad minus in hebdomada suos Officiales ad dicta Molendina transmittere ad rimandum pro contrafacientibus in aliquo prædictorum, et inquisitionem facere de præmissis. Et quos invenerit delinquentes punire poenis prædictis; et habeat medietatem omnium bannorum, et poenarum, quæ per hujusmodi rimationem, vel inquisitionem a contrafacientibus exegerit, et in Commune fecerit devenire.

Et

Et Syndici dicti Hospitalis Berardi non dent claves alicui personę ad poenam decem Librarum denar. Et quilibet emens, vel vendens vinum, teneatur emere, et vendere ad mensuram Communis, si ad mensuram Vinum vendiderit, et emerit. Et omnes mensurę Communis habeantur, et teneantur in quadam domo juxta Plateam. Et cum ipsis mensuris debeant mensurare tenentes ipsas mensuras ad petitionem petentis. Et quando mensuraverint cum ipsis mensuris, radant ipsas mensuras usque ad ferrum. Et mensuratores hujusmodi accipiant, et accipere debeant pro qualibet salma Vini ad magnam quatuor denarios; pro qualibet raseria grani duos denarios: pro quolibet caldarello salis duos denarios, et non plus. Et non accipiant granum, nec oleum ab aliquo occasione dictę mensurationis. Et ementes, et tenentes ~~vendentes~~ dictas mensuras a Communi Mevanię, teneantur ipsas mensuras habere, et tenere extra domum propriam, vel conductam, ita quod aperte videantur. Quę domus sit, et esse debeat juxta Plateam, et non alibi. Contrafaciens in aliquo capitulorum prędictorum, in viginti solidos denarior. pro quolibet, et qualibet vice Communi Mevanię condemnetur. Et cuilibet liceat accusare, et denumptiare, et denumptiationi, et accusationi cujuslibet stetur, et credatur cum juramento ejusdem, et habeat medietatem banni. Et prędicta omnia banniantur per loca consueta Mevanię, primo mense regiminis Potestatis, ad hoc ut perveniant ad notitiam singulorum. Et nulli liceat mensurare nisi cum ipsis mensuris, exceptis Conductoribus Molendinorum olivarum, et vendentibus calcem, qui possint suas mensuras habere adjustatas, et cum ipsis mensuris vendere. Et tales vendentes teneantur

dare

dare Conductoribus dictarum mensurarum pro qualibet salma calcis, quam vendiderint, unum denarium. Et quilibet possit mensurare cum aliis mensuris justis Rapas, Poma, et his similia, sive oliva (a). Contrafaciens in aliquo casuum prędictorum in viginti Solidos denariorų Communi Mevanię condempnetur; et cuilibet liceat accusare, ut supra dictum est. Et Conductores ipsarum mensurarum prędicta omnia, et singula jurent facere bona fide, et sine fraude. Et Potestas ad poenam quinquaginta Librarum denariorų prędictas mensuras fieri facere teneatur, quę factę non sunt; et quę factę sunt fieri facere revideri si justę sunt primo mense sui regiminis. Et vendentes Calcem debeant habere merengulũ, cujus doga sit alta unum palmum, et sit ampla in capite quantum in pede: et hoc non prejudicet prȩsentibus Conductoribus. Et si aliter dicti venditores vendiderint, puniantur in viginti solidos pro qualibet vice, et quolibet eorum. Et Camerarius Communis habeat penes se mensuras Olei; et omnes vendentes Oleum teneantur vendere dictum Oleum cum dictis mensuris adjustatis cum mensuris Communis: Et qui contrafecerit in viginti Solidos denarų pro quolibet, et vice qualibet condempnetur.

A quibus personis tolli debeat Pedagium, et Dogana: et quantum Salarium accipere teneatur Stateram Communis tenens: et quod nullus de Mevania, nisi de Pomis, et Oleribus Pedagium solvere teneatur.

XVII. Nullus de Mevania, nec qui fuerit habitator Mevanię a duobus annis citra, et fecit, et facit omnes, et singulas factiones reales, et personales prout alii Mevanates teneatur nec debeat solvere pedagium de aliquibus rebus, pomis, et oleribus

(a) Forse = Olera =

oleribus dumtaxat exceptis, pro quibus pomis, et oleribus quilibet
solvere teneatur ~~decimam partem~~ doganam Conductori dicti Communis. Et si
Conductor contrafecerit in accipiendo alicui aliquid contra dictam
formam, in decem Solidos pro vice qualibet condempnetur. Et qui=
libet extrahens aliquam Salmam Calcis, Copporum, sive Macto=
norum teneatur, et debeat solvere Pedagiario Communis unum
denarium, si prędicta portaverit extra Mevaniam, et districtum;
Et si in districtu Mevanię portaverit, pro iis nihil solvere teneatur.
Et nemo pro mensuratione Raparum, vel Pomorum aliquid solvere
teneatur. Poenam accipiens aliquid pro mensuratione hujusmodi vice
qualibet viginti Solidorum denar. incurrat. Et quilibet Doganarius,
seu qui Stateram Communis tenuerit, teneatur accipere a Mevanatibus
et Mevanię habitantibus, et facientibus factiones prędictas, pro quali=
bet ponderatura duorum centenariorum unum denarium tantum.
A forense vero pro quolibet centenario unum denarium; et plus reci=
pere non possit, nec debeat, ad poenam decem Solidorum denariorum
pro qualibet vice. Dogana autem, et de quibus rebus solvatur ipsa Do=
gana, et quantum solvatur de qualibet re, remaneat in providentia
Consilii generalis. Et ipsa Dogana, vel Pedagium alicui alterius non tol
latur, nisi illis dumtaxat, qui a Mevanatibus acciperent, exceptis Pe=
rusinis, quibus nullo modo tollatur. Et si inter Mevanates, et Perusi=
nos questio aliqua oritur, quia res quę portarentur, seu deferrentur
esse dicerentur alterius, quam Perusinorum, stetur juramento ipsius
Perusini. Dogana vero olerum, et Pomorum remaneat in providentia
Consilii generalis. Et ut sciatur de volentibus, et nolentibus accipere Pe=
dagium Mevanatibus, Potestas, et Consules Populi cum effectu faciant
quod omnes prope Mevaniam per sexdecim milliaria requirantur
per litteras Communis Mevanię, quod Dogana, Gabella, seu Pedagium

Mevanatibus

Mevanatibus non tollatur; cum ipsi Mevanates parati sint similes eis facere. Et procuretur ita quod antequam locentur sciatur quę sint Terrę volentes accipere Mevanatibus Doganam, Pedagium, vel Gabellam, et quę non. Et prędicta non prejudicent presentibus Conductoribus Pedagii. Et nullus de Mevania teneatur solvere Pedagium, nisi de Pomis, vel Oleribus, ut dictum est. Teneantur tamen pro eis solvere Doganam. Contrafaciens puniatur in poena superius declarata.

De modo dando Fornariis coquentibus Panem.

XVIII. Fornarii, et Fornarię Terrę Mevanię coquant, et coquere teneantur panem omnibus volentibus portare, et coquere ad furnum suum; et percipiant, et percipere teneantur pro cocitura, et eorum mercede de viginti panibus unum similem aliis, quos coquerent, et non ultra, donec raseria grani valebit duodecim solidos denariorum, et ab inde infra, et non aliquem ultra denarium. Si autem raseria grani valuerit viginti solidis, et ab inde supra usque in triginta, tunc Fornarii teneantur accipere a coquentibus panem de eorum mercede de triginta panibus unum. Contrafaciens in prędictis, vel aliquo prędictorum, solvat nomine poenę viginti solidos denarior. pro quolibet, et qualibet vice. Et cuilibet liceat accusare, et denumptiare contrafacientes; et accusationi, et denumptiationi cujuslibet stetur, et credatur, cum uno teste fide digno; et habeat medietatem banni, et in credentia teneatur. Et si raseria grani valuerit triginta solidis, et ab inde supra, teneantur accipere a coquentibus panem pro eorum mercede de quadraginta panibus unum, ad poenam prędictam. Et cuilibet liceat accusare, et denumptiare: Et denumptiationi, et accusationi cujuslibet stetur, ut supra dictum est. Et Notarius Potestatis teneatur qualibet hebdomada semel ad minus vinculo

juramenti

juramenti, et ad poenam decem Librarum, ire ad ipsos Furnos, et facere inquisitionem de prędictis, et delinquentes repertos culpabiles punire, et condemnare. Et si in dictis Furnis, vel aliquo eorum panis, seu panes amitterentur, vel nimis ~~nimis~~, seu male coquerentur, dicti Furnarii, seu Furnarię teneantur, et debeant ipsos panes amissos, seu nimis vel male coctos recipere, vel compensare pro suo Salario, seu furnatico. Et Potestas, seu Vicarius teneantur habere primo mense sui regiminis coram se omnes Furnarios, et Furnarias, et eos, et eas jurare facere observare omnia contenta in presenti Statuto. Et tunc quilibet Furnarius teneatur assignare Notario Potestatis omnia nomina illorum, qui consueverunt facere coqui panem in furno suo. Et dictus Notarius nomina ipsa scribat. Et quando iverit ad furnos, inter illos inquirere debeat de prędictis; de quibus Potestas teneatur vinculo juramenti inquirere quolibet mense semel. Et quicumque in futurum renuerit velle retinere furnum, vel habere, non possit furnum tenere, nec habere hinc ad quinque annos proxime complendos. Et nihilominus si contrafecerit in vigintiquinque Libras denariorum Communi Mevanię condemnetur. Et de prędictis talis Furnarius Potestati Communis Mevanię pro ipso Communi recipienti dare, et prestare teneatur idoneam cautionem.

De Alveo Lactoni allargando, et dirizzando, et de ripis ipsius aptandis, et manutenendis.

XIX. Statuerunt, et ordinaverunt Statutarii supradicti pro commodo, et utilitate Communis Mevanię, et adjacentium, Lactoni, sive Alvei dicti Lactoni, quod ipse

Alveus per adjacentes ipsius Lactoni allarghetur, et dirigatur ab Hospitale Fontanellę usque ad fossatum Castri Boni; et sicut recte protenditur a dicto fossato usque ad imboccatorium dicti Lactoni, quod est juxta territorium Castri Cannarii; et juxta terram Ecclesię S.tæ Marię de Laurentio, et filiorum Duguvettę, in illa latitudine, quę necessaria fuerit, et videbitur Consulibus Populi Mevanię, et Superstitibus super hoc eligendis. Et facta ipsa directione Alveus vetus ipsius Lactoni vendatur per Commune prędictum hominibus adjacentibus ipsius Alvei veteris pro pretio competenti; ad quod emendum ipsi adjacentes per Commune Mevanię, et Officiales ipsius Communis cogantur, omni exceptione cessante. Et quod Lipsę dicti Lactoni novi faciendi, et etiam Lipsę Lactoni veteris donec fiet Alveus novus aptentur, et manuteneantur ab utraque parte per adjacentes ipsius Lactoni, ita quod aqua, quę labitur per ipsum Lactonum, habentibus terras juxta ipsum Lactonum, propter multitudinem aquarum damnum aliquod inferre non possit. Ad quę omnia, et singula facienda, et executioni mandanda Consules Populi Mevanię, qui pro tempore fuerint, ad petitionem octo, vel duodecim de adjacentibus dicti Lactoni, teneantur, et debeant statim cum fuerit petitum, ad poenam vigintiquinque Librarum eligere, et apponere octo Superstites de adjacentibus dicti Lactoni, Bonos, et sufficientes, videlicet, duos de Castro Turris Collis, et duos alios de Villa Montevoni; duos alios de Castro Cantalupi; et duos alios de Castro Molendinorum plani Lactoni. Quorum Officium duret per unum annum. Et finito dicto anno, alii Superstites semper cum petitum fuerit, modo, et forma similibus eligantur. Qui

Superstites

Superstites sic electi teneantur, et debeant prędictas ripas facere aptari, et manuteneri per ipsos adjacentes, et expensis ipsorum adjacentium, et laboribus ad pœnam decem Librarum pro quolibet ipsorum. Et ipsi Superstites teneantur, et debeant jurare totum pręsens Capitulum in qualibet parte sui attendere, et observare, et prędicta omnia facere bona fide, ad dictam pœnam. Quibus Superstitibus, et cuilibet eorum quilibet debeat ex dictis adjacentibus obedire, ad pœnam quinque Solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et dicti Superstites teneantur, et debeant inobedientes quoslibet Potestati Communis Mevanię accusare, ad pœnam viginti Solidorum, et vinculo juramenti. Et quilibet habet terras, et poſseſsiones juxta ipsum Lactonum, teneatur, et debeat revelare, et aptare ripam ipsius Lactoni ad mandatum ipsorum Superstitum semper cum sibi mandatum fuerit, ad poenam viginti Solidorum: Et accusationi cujuslibet stetur, et credatur. Et prędicta omnia et singula Potestas Communis Mevanię observari facere teneatur ad pœnam centum Librarum, et vinculo juramenti. Et idem Potestas ad dictam poenam teneatur, et debeat mittere quolibet mense ad dictum Lactonum ad inquirendum si dictę ripę sunt bene aptatę, vel non. Et si in aliquo loco defectum aliquem inveniret, ejus Notarius statim faciat suppleri per illum, qui teneret juxta ipsam ripam defectuosam. Et omnes poenę prędictę a contrafacientibus de facto tollantur, et in Cippum Communis mittantur. Et si aliquis diceret, vel contenderet se non eſse adjacentem dicti Lactoni, super iis stetur, et credatur juramento Superstitum Castri, Loci, seu Villę talis contendentis, et dicentis se adjacentem non eſse. Et si homines et personę dictorum locorum

non

non fuerint in concordia ipsum Lactonum faciendi cavandi, et allargandi, et manutenendi communiter per omnes ipsos, quod quęlibet Universitas Locorum ipsorum teneatur, et debeat dictum Lactonum cavare, et allargare, et ripas ipsas ad ipsorum expensas manutenere aptatas, ipsumque Lactonum dirizzare quantum protenditur locus ipsorum; ita quod quęlibet Universitas, seu Syndicatus ipsorum locorum faciat partem suam. Et ad hęc omnia teneantur omnes homines alii, et personę habentes terras, et possessiones juxta ipsum Lactonum, habitantes extra prędicta, et eorum Laboratores, vel Fictajoli. In quo Lactono juxta terram Ecclesię Sancti Laurentii de Antignano, et terram Filiorum Colę Puzoli ad petitionem quatuor hominum de hominibus Castri Collis fiat nunc Pons de lignamine cum tribus Cossis lapideis muratis ad arenam et calcem, bene, et sufficienter, omnibus sumptibus, et expensis adjacentium dicti Pontis fiendi. Ad quod opus faciendum de Castro Collis prędicto, per Consules Populi statim cum petitum fuerit per prędictos duo Superstites eligantur, qui teneantur ipsum opus fieri facere. Quibus Superstitibus quilibet debeat obedire ad poenam decem Solidorum denariorum pro qualibet vice.

De restauratione damni facti ex cursu Lactonis.

XX. Volentes indempnitati cujuslibet de dicta Terra Mevanię providere, cum Alveus Lactoni propter excrescentiam aquę direxerit meatum, et cursum suum per quandam petiam terrę Andreoccoli Boctoni sitam in vocabulo Valiani juxta hęredum Petrutii Romoli, Rostellum Lombardi, Vagnocu-

Vagnaculum Colę, et heredum Rubei Puzoli, nec possit faciliter dirigi aliunde; ut indempnitati dicti Andreoccoli, qui ex hoc recepit, et recipit dampnum non modicum consulatur, statuerunt, et ordinaverunt, quod pro restauratione dicti dampni ipse Andreocculus habeat, et apprehendat tantum de Alveo veteri dicti Lacioni, quantum protenditur terra sua prędicta; ita tamen, quod ipse Alveus, qui est, et labitur, et transcurrit per dictam terram suam, per ipsum manuteneatur perpetuo; nec in eo de cetero impedimentum aliquod faciat aliquando, quominus per eum aqua ipsius Lacioni, ut modo, meatum habeat, et transcursum.

Quod habentes, et tenentes Molendina Centuminis, sive Olivarum, teneantur unicuique macinare.

XXI. Habentes, et facere volentes in Terra Mevanię, et districtu Molendina centuminis apta ad macinandum Olivas, teneantur, et debeant macinare Olivam ad voluntatem illius, cujus fuerit oliva, cuicumque macinare volenti, sine aliqua multura: Et ipsam Olivam macinatam torquere ad voluntatem illius, cujus fuerit ipsa Oliva. Et Mollarii dicti Molendini teneantur habere Sacchettas in equali mensura, et portione: Et bucce ipsarum Sacchettarum sint, et esse debeant largitudinis unius palmi ad plus, et non ultra. Quas dicti Mollarii implere teneantur ad sensum illius, cujus fuerit Oliva. Et ad torquendam ipsam Olivam habeant, et habere debeant Stangham longam quatuor pedibus ad pedem pertice ad minus. Et qui contrafecerit in prędictis, vel aliquo prędictorum, de facto decem Libras Communi Mevanię solvere teneatur.

Et

Et ad prędicta tam Dominus Molendini, quam etiam Mollarii stantes ad custodiendum, et serviendum dicto Molendino ad macinandum macinare volentibus, teneantur. Et de prędictis Notarius dampni dati tempore, quo Olivę macinantur, teneatur, et debeat ire per dicta Molendina ad inquirendum de prędictis, pęna pręstiti juramenti, et decem Librarum de suo Salario. Et repertos culpabiles in quolibet casuum prędictorum punire, et de facto a contrafacientibus poenas prędictas pro Communi exigere, sine processu, strepitu, et figura judicii.

De Salario Ambaxiatorum mittendorum per Commune Mevaniæ; et de illis, qui in Ambaxiatam ire non possunt: et quod Ambaxiatores cuilibet concedantur.

XXII. Quilibet Ambaxiator, et qui missus fuerit pro Ambaxiatore Communis Mevanię extra Mevaniam, si Pedes fuerit, habeat pro qualibet die decem Solidos denar: Et si Eques fuerit, pro uno Equo viginti Solidos; pro duobus vero Equis quadraginta Solidos. Et si pernoctaverit habeat pro quolibet Equo triginta Solidos. Et nullus possit ducere ultra duos Equos in aliqua Ambaxiata. Si vero iverit ad Romanam Curiam, tunc habeat quod per generale Consilium fuerit ordinatum. Salvo semper, quod generale Consilium inspecta temporis conditione super prędictis, et aliis possit providere prout viderit expedire. Et si duo Ambaxiatores iverint in aliquam Ambaxiatam pro Communi Mevanię, habeant tres Equos tantum: et si quatuor Ambaxiatores, habeant sex Equos tantum; et ab inde supra secundum distinctionem prędictam. Et quando contigerit aliquam abaxiatam fieri ab uno Ambaxiatore, ipse Ambaxiator sit de Syndicis Communis. Si

vero

vero Ambaxiatores plures sunt ~~contigerit fieri a pluribus~~, ad minus medietas ipsorum sint de Populo. Et Consules Populi non permittant, ipsam Ambaxiatam ab altero fieri ad poenam centum Solidorum; quos sequentes Consules, si contrafecerint, eis de facto accipere teneantur. Et Syndicus Communis quando iverit ad presentandum alicui Potestati, vel alicui alii Officiali electo per Commune Mevaniȩ aliquam electionem de eis factam, dictus Syndicus habeat pro suo Salario sex Solidos denar. pro qualibet die, et non plus. Et habentes, et tenentes Ronzinos in Mevania causa dandi, et prȩstandi ad vecturam, teneantur, et debeant ipsos Ronzinos, quando vadunt pro factis Communis in aliquam ambaxiatam, vel pro aliquo negotio dicti Communis, ad petitionem, et mandatum Dnorum Potestatis, et Consulum, prȩstare, et dare pro octo Solidis per diem; et plus accipere non valeant ad poenam decem Librarū. Et Ambaxiatores Communis Mevaniȩ dentur, et concedantur cuilibet petenti, sumptibus tamen, et expensis ipsius petentis, et non expensis Communis Mevaniȩ; et quot, et qui placuerint petenti. Et Potestas, vel aliquis Officialis forensis Communis, vel Populi Mevaniȩ non possit, nec debeat ire in aliquam ambaxiatā pro Communi, vel alia speciali persona. Et etiam nullus dicat, nominet, vel avenghet, quod Potestas, vel aliquis Officialis Communis, vel Populi vadat in aliquam ambaxiatam Communis, vel alicujus specialis personȩ. Contrafaciens in avengando, nominando, vel vocando eos, vel aliquem ipsorum, in decem Libras denariorum Communi Mevaniȩ condemnpnetur per Consules Populi subsequentes. Et si contigerit mitti oportere aliquos ambaxiatores extra Mevaniam, per Consules Populi eligantur; ita tamen quod Potestas, vel aliquis alius Officialis forensis Populi vel

Communis

Communis per eos eligi, vel vocari non poſsit, ut superius est expreſsum: et aliter dicta electio fieri non poſsit. Et si fieret, non valeat, nec teneat ipso jure. Et quod Camerarius Communis Mevanię, qui pro tempore fuerit, non poſsit, nec debeat eisdem Officialibus, nec alicui ipsorum satisfacere pro pręedictis, vel aliquo pręedictorum. Et si secus fieret, de suo proprio dare, et facere teneatur, et solvere. Et idem per omnia observetur in Consulibus Populi Mevanię, ut supra de Poteſtate, et aliis Officialibus forenſibus pręedictis superius est expreſsum. Poſsint tamen Officiales pręedicti omnes, et singuli in ambaxiatam ire semper cum fuerit oportunum, cum licentia, et voluntate Conſilii generalis Terrę Mevanię. ~~et non aliter~~.

Quod Officiales Communis Mevanię debeant eorum Officia bene, et legaliter exercere.

XXIII. Quilibet Officialis Communis Mevanię teneatur, et debeat suum Officium bene, fideliter, et legaliter exercere. Et si aliquis Officialis Communis Mevanię, vel Familiaris ipsius non faceret, vel exerceret diligenter, et legaliter suum Officium, poſsit, et debeat a Consulibus Populi, vel majori parte ipsorum removeri sine aliquo salario, vel mercede sibi promiſsis, vel promiſsa. Et ille offitialis, vel familiaris non reputetur in bene, legaliter, et diligenter suum Offitium exercere, quem Consules Populi ab ejus Offitio dixerint removendum, seu amovendum; et ipsa amotio habeatur pro plena, et legitima probatione. Et nihilominus talis offitialis, vel familiaris amotus, secundum quod commiserit, et neglexerit poenis debitis puniatur.

De Propositis non faciendis in aliquibus Consiliis, nisi de Consulum Populi processe=rit voluntate.

XXIV. Nulla Propositio possit fieri in Consilio, nisi fuerit de voluntate Consulum Populi, vel majoris partis ipsorum. Que Proposita scribi debeat antequam Consilium congregetur. Et de hoc Notarius, qui scripsit Propositam mentionem facere teneatur, dicendo semper, Scripta, et deliberata prius de voluntate Consulum, vel majoris partis ipsorum, antequam esset presens Consilium congregatum. Et si aliter fieret, quicquid in ipso Consilio fieret non valeat, nec teneat ipso jure. Et quandocumque contingeret aliquid in dicto Consilio proponi, et non consuleretur per aliquem sine mora; vel proponeretur aliquid contra Commune, vel specialem personam, Potestas, seu ille qui fecerit propositam, seu Notarius Consulum debeat super ipsa Proposita consulere, et ejus dictum mittere ad partitum; et fungatur in hac parte vice proponentis, consulentis, et reformantis. Et si non consuleretur per Potestatem, vel alium, consulat ille qui faceret dictam propositam. Et Potestas, et quilibet alius Officialis, qui dictam Propositam faceret, possit super ipsa consulere, et reformare de sic, et non; dummodo, si aliquid proponeretur contra Commune, semper debeat premittere affirmativam, sicut sibi videbitur. Et quicquid fieret in ipso Consilio, valeat, et teneat ac si esset in ipso Consilio per aliquem Consiliarium consultum, et arengatum.

Quod

Quod omnes non accataſtati accataſtentur.

XXV. Poteſtas infra quindecim dies sui introitus teneatur publice per Mevaniam banniri facere, quod omnes non poſiti, et accataſtati in Cataſto Communis, et bona ejus non sint appretiata, infra unum menſem se poni, et scribi faciant, et accataſtari in dicto Cataſto juxta communẽ ęstimationem. Contrafaciens in decem Libras denarĳ condemnetur. Et Pater cum Filio, Frater cum Fratre, Patruus seu avunculus cum Nepote, Mater cum Filio habitantes simul, et unũ focum facientes, et bona eorum indiviſa habentes, simul in appretio, et Cataſto ponantur; et negotia Communis pro uno foco facere teneantur. Et Poteſtas, et Consules primo menſe regiminis Poteſtatis banniri faciant, quod quicumquẽ non est accataſtatus in Cataſto Communis, et eſset a Patre, et suis consanguineis divisus, debeat se infra terminum in ipso banno aſsignandum facere accataſtari, et in brevi poni, poena viginti Solidorum. Et per Consules Populi eligantur duo homines per Guaitam ad videndũ, et inquirendum de illis, qui sunt diviſi, et diviſi habitant. Et quod omnes habentes terras, et poſseſsiones alicujus Eccleſię, Hoſpitalis, vel privatę perſonę aliquo titulo ad usufruendum, seu fructandum, teneátur ipsas terras in Cataſto Communis facere accataſtari, et poni, ad poenam decem Librarum denariorũ.

Quod omnes Mevanates, et Mevanię, et in districtu habitantes faciant omnes factiones reales, et personales.

XXVI. Omnes Mevanates, et singuli homines, et perſonę de Mevania, et in Mevania, vel districtu habitantes, teneantur, et debeant facere omnes, et singulas factiones, et obsequia realia, mista,

personalia

personalia, et Communis Mevanię, et pro ipso Communi, exceptis illis personis, quibus inmunitas aliqua est concessa per formam alicujus Statuti, vel ordinamenti.

Qualiter dativa imponatur, et exigatur, et de poena eam non solventi: Et quod cuilibet liceat dampnum dare in bonis non solventium eamdem.

XXVII. Si contigerit dativam aliquam colligi, vel imponi in Communi Mevanię, ipsa dativa colligatur, et colligi debeat per Libram. Et aliter colligi ipsa dativa non possit, nisi aliud placuerit Consilio generali. Quam dativam quilibet allibratus, et accatastatus in Catasto Communis Mevanię Collectoribus super hoc deputandis solvere teneantur. Et quicumque non solveret dativas, et collectas impositas, et imponendas per Commune Mevanię infra terminum in Consilio ordinandum, et postea per bannitores bannitum, suo Collectori, vel exactori ad ipsas dativas, et collectas colligendas posito, et ponendo, possit a quocumque licite, et impune offendi in rebus, et possessionibus suis. Et cuilibet sit licitum in suis bonis dare dampnum, et lignare, et alia facere, quę in dampnum non solventis facere voluerit. Et quod de maleficiis seu dampnis datis, commissis, seu factis in rebus cujuscumque non solventis, Potestas, Notarius ~~dampni dati~~ dampnorumdatorum, et quilibet alius officialis Communis Mevanię teneantur, et debeant non procedere quoquomodo. Et talis non solvens non possit habere aliquod Officium in Communi Mevanię, excepto Officio Bajulatus. Et quod in quolibet Consilio fiendo per Potestatem, et Consules, legantur per Notarium Consulum omnes non solventes: Et nihilominus exbanniantur per Preconem ad mandatum Potestatis in quadruplo exprimendo per nomina directa, et non respectiva. Et quolibet die martis in Platea banniantur per nomina, et pronomina exprimendo omnes

omnes, et singulos non solventes dativam. Et tale Bannimentum Pręcones Communis debeant facere quolibet die martis ad poe=nam decem Solidorum pro quolibet. Et nullus laboret de ter=ris, vel poſseſsionibus alicujus ipsorum non solventium, ad pę=nam decem Librarum. Et nihilominus tales laboratores ad solutionem dativarum hujusmodi pro domino rei teneantur, pro terris, quas laboraverint, et non pro aliis, quas non labora=verint. Et quod poſseſsores terrarum teneantur, et debeant sol=vere dativas, et alia onera incumbentia terris, quas poſsident, non obstante quod terrę hujusmodi reperiantur, et sint acca=tastatę in catastis aliorum ipso jure, et facto. Poſsint tamen laboratores hujusmodi contra dominum terrę habere re=cursum: Et Potestas Mevanię contra ipsum Dominum non solventem ad petitionem laboratorum suorum ipsis labora=toribus de facto facere summariam rationem. Et pro quolibet mense quo fuerit in mora solvendi duplicetur totum quod quis=que non solvens solvere teneretur. Et nihilominus poſsit cogi realiter, et personaliter ad voluntatem Poteſtatis, et Exactorum hujusmodi ad solutionem antedictam per guastum bonorum talis non solventis. Et tali non solventi in nullo casu jus red=datur in causis civilibus, sive agat, sive se defendat. Et si fuerit Advocatus, vel Notarius, vel exercens officium procu=rationis, vel Advocationis, vel ad scribendum contractus, vel alias quascumque scripturas faciendas nullatenus admittatur; et gesta per ipsos tales non valeant, nec teneant ipso jure. Et quicumque scienter eidem tali non solventi aliquod pręstiterit adjutorium, vel favorem, viginti solidos denariorum de facto in ipsum Communis solvere teneatur. Et ad prędicta omnia et sin=gula

singula observanda Potestas, et Consules ad poenam centum Librarum pro quolibet, et vinculo juramenti teneantur; et ea omnia debeant observare. Et si contingeret aliquem molestari in aliqua Curia occasione alicujus exequutionis faciendę in bonis alicujus non solventis, vel occasione alicujus dampni dati, vel guasti facti in bonis ejusdem, per Commune Mevanię, et expensis ipsius Communis penitus defendatur. Et ad hęc per Commune Mevanię semper cum ~~petitum~~ fuerit petitum, et fuerit oportunum Syndicus ordinetur, et fiat. Et quicumque Forensis habet, vel in futurum habuerit aliquas possessiones in districtu Mevanię, debeat, et teneatur solvere omnes dativas, et multas per Commune Mevanię imponendas, et impositas usque modo: Et omnia alia servitia realia, et mixta facere, secundum quod alii Castellani Mevanię faciunt. Et pro prędictis, et super prędictis Laboratores, et conductores terrarum, et possessionum prędictarum debeant compelli, et constringi ad solvendum, et satisfaciendum de prędictis secundum quod Consulibus Populi videbitur expedire. Et si aliquis Forensis extraheret bladum de Mevania, vel districtu de terris quas emisset, vel ad laboritium, vel ad fictum conduxisset, vel alio modo ab illo, qui non solverit Communi Mevanię dativam, vel multam, ut dictum est, Potestas teneatur, et debeat talem Forensem condemnare secundum formam Statuti loquentis de Grassia non extrahenda de Mevania, vel districtu, et habeatur ac si Grassiam hujusmodi extraxisset. Et si tales Forenses habentes possessiones in districtu Mevanię ipsas dativas, et collectas tam impositas, quam imponendas in dicto Communi non solverint, solvant, et solvere teneantur, et debeant venditores, et alienatores ipsarum terrarum, et possessionum. Et quod Potestas, nec aliquis of-

Officialis Terrę Mevanię non audeat, nec pręsumat destruere, nec destrui facere in Terra Mevanię, vel districtu aliquam domum in totum nec in partem occasione alicujus dativę non solutę, vel occasione alicujus debiti. Contrafaciens, si Potestas, in Centum Libras; et quilibet alius Officialis in vigintiquinque Libras Communi Mevanię condempnentur per Syndicum, qui eos syndicabit. Teneantur tamen Officiales prędicti executionem facere contra tales non solventes in Vineis, Arboribus, et aliis rebus eorumdem non solventium, et Locorum eorumdem.

Quod Potestas teneatur exigere omnes condempnationes, sententias, et exbannimenta a decem annis citra facta, et omnes dativas impositas, et imponendas.

XXVIII. Potestas, et sui Officiales ad petitionem, et requisitionem Consulum Populi Terrę Mevanię teneantur, et debeant ad poenam centum Librarum, et vinculo juramenti exigere, et executioni mandare omnes, et singulas condempnationes, et sententias, et exbannimenta factas, latas, et facta per suos Prędecessores a decem annis citra; quę exigi possint tam in persona, quam in rebus: Et omnes et singulas dativas, et collectas, ac denarios Sabatinos impositas a dicto tempore citra, et imponendos tempore suo: Et etiam omnes sententias, et condempnationes, et exbannimenta faciendas, et facienda tempore dicti Potestatis: Et pecuniam exigendam ex ipsis condempnationibus, sententiis, exbannimentis, dativis, et denariis Sabatorum penes Camerarium Communis de facto facere devenire, cogendo tales condempnatos, vel bannitos, et non solventes dictas dativas, et collectas, et denarios Sabatorum ad solvendum dicto Camerario totum

tum

totum, et quicquid solvere teneretur in personis, et rebus, sine aliquo salario, vel mercede habenda a dicto Communi, vel specialibus personis. Et Consules Populi Mevanię, et eorum Notarius teneantur, et debeant Potestati, et suis Officialibus ad poenam decem Librarum, et vinculo juramenti dare, et assignare in scriptis abstractum (a) condempnatorum, et exbannitorum, ac dativarum, et denariorum sabatorum non solutorum; et protestari eidem Potestati, quod executionem hujusmodi faciat contra eos. Quam protestationem Notarius Consulum scribere teneatur in libro dicti Communis; ita quod tempore syndicatus dicti Potestatis appareat evidenter, ad poenam centum solidorum denariorum de suo salario. Et Consules Populi, qui pro tempore fuerint non proponant, nec proponere faciant in aliquo Consilio publico, vel privato, quod Potestas, vel aliquis alius Officialis terrigena, vel forensis aliquid habeat, nec habere debeat, aut sibi concedatur de bonis Communis, vel specialium personarum occasione exactionis, seu executionis per eum, vel eos facienda de prędictis, ad poenam decem Librarum denariorum, et vinculo juramenti. Et nullus in aliquo Consilio publico, vel privato dicat, vel arenghet, nec consulat, quod alicui Officialium prędictorum occasione prędicta aliquid concedatur de bonis Communis, vel specialium personarum ipsius, ad poenam centum solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et si secus fieret, non valeat, nec teneat ipso jure. Immo quicquid factum fuerit contra prędicta, vel aliquod prędictorum ex nunc pro casso, et irrito habeatur, et nullius valoris sit auctoritate pręsentis Statuti. Et si Potestas, vel sui Officiales in prędictis, vel aliquo prędictorum negligentes fuerint, vel remissi, perdat ipse Potestas de suo salario totum illud, quod exigere deberet de dictis sententiis, condempnationibus, exbannimentis, dativis, et denariis Sabatorum. Et ipsa quan-

titate

(a) forse = extractum =

quantitate non exacta de prędictis per eum, et suos Officiales habe=
atur ac si de ea ipsi Poteſtati fuiſset per Camerarium Commu=
nis integre satisfactum. Et ipsa quantitas tota non exacta ei=
dem Potestati de suo Salario excomputetur, et in suo Salario com=
putetur. Et nihilominus in poenis prędictis per Syndicum, qui eum
syndicabit, debeat condempnari. Et idem intelligatur de Notario
dampni dati, qui exigere debeat, et teneatur exigere omnes con=
dempnationes et banna~~menta~~ a delinquentibus, tam tempore suo,
quam tempore sui prędeceſsoris, ad poenam decem Librarum dena=
riorum. Et Consules Populi, qui pro tempore fuerint teneantur, et
debeant ad poenam prędictam, et vinculo juramenti tempore syn=
dicatus ipsorum Poteſtatis, et Notarii, facere videri, et examina=
ri omnes sententias, condempnationes, exbannimenta, Libros dati=
varum, et denariorum Sabatorum, tam tempore eorum, quam Prę=
deceſsorum suorum, si sint exacta, et poſsunt exigi. Et protestentur
Syndico, qui eos syndicaverit, quod per ipsos Potestatem, et Notarium,
si deliquerint, debeant condempnare secundum formam Statuti dicti
Communis. Et prędicta locum non habeant in condempnationibus,
sententiis, et exbannimentis suspensis, vel quę suspenderentur in fu=
turum, nec in habentibus immunitatem a Communi vigore ali=
cujus Statuti, vel ordinamenti dicti Communis. Et quilibet debeat
solvere condempnationem de eo factam infra decem dies a die la=
tę sententię computandos: Quam si non solverit infra dictos decem
dies, teneatur solvere dictam condempnationem, et quantum plus
ejus quod condempnatus eſset. Et si solverit infra dictas decem di=
es, diminuatur, et detrahatur sibi de dicta condempnatione quarta
pars ejus quod condempnatus eſset. Et omnes Collectores dativarum
imponendarum in Communi per Consules Populi eligantur, et ha=

beant

habeant vigintiquinque solidos denarior. pro qualibet Guaita Terrę Mevanię.

Quod Consules Populi, nec Syndicus qui erit super bona exbannitorum non possint emere durante eorum officio de bonis prędictis.

XXIX. Consules Populi Terrę Mevanię, qui pro tempore fuerint, nec non Syndicus Communis, qui fuerit pro tempore super bonis exbannitorum, vel condempnatorum Communis Mevanię, durante eorum officio teneantur vinculo juramenti, et ad poenam vigintiquinque Librarum pro quolibet, non emere, nec emi facere; nec accoptumare, nec accoptumari facere; nec conducere, vel conduci facere aliquid de bonis dictorum exbannitorum, nec Communis Mevanię; nec tenere ad partem aliquam cum emente, vel accoptumante de ipsis bonis; nec aliquod laboritium quod fieret per Commune, vel expensis Communis accoptumare, vel accoptumari facere per se, vel alium, directe, vel per obliquum. Et Potestas, qui tunc esset, et Consules subsequentes teneantur, et debeant ad poenam vigintiquinque Librarum pro quolibet super prędictis inquirere, et inquisitionem facere, et ipsos, et quemlibet ipsorum repertos culpabiles in quinquaginta Libras denarior. condempnare pro qualibet vice; et res sic empta per eum sic amittatur, et deveniat in Commune.

De iis, qui tenentur aliquid dare Communi.

XXX. Quicumque teneretur, vel deberet aliquid dare Communi Mevanię aliqua occasione, Potestas, et ejus Officiales possint, teneantur, et debeant ad petitionem Camerarii Communis talem debitorem constringere ad ipsum debitum persolvendum summarie, de plano, sine strepitu, et figura judicii, et sine petitione Libelli,

vel

vel aliquo ordine, seu solempnitate juris. Et idem intelligatur de illis, qui emerint aliquam nummatam a Communi: quibus fiat summarium jus ad eorum petitionem per Potestatem, et ejus Offitiales contra debitores eorum occasione cujuscumque nummatę per eas emptę a dicto Communi Mevanię, et venditę per eum tali debitori, seu datę.

Quod granum Communis accipiatur concium, et corredatum ad gigliariam.

XXXI. In omnibus, et singulis locationibus, quas Commune Mevanię in posterum faciet de Molendinis, Palude Fecciolę, Terreno Ciriani, et quibuscumque redditibus Communis, ex quibus aliqua quantitas grani ad ipsum Commune pervenire deberet, ponatur in instrumentis Locationis hujusmodi, quod Conductor solvet granum concium, et corredatum ad gigliariam de certa (a) in Logia Communis, vel alibi ad voluntatem Camerarii Communis. Et ipse Camerarius poena vigintiquinque librarum teneatur, et debeat antequam ipsum granum (b) conciari, et corredari (c) expensis Communis, ita quod aliquod brucimen in illo non remaneat. Et Conductor ipsum granum ita concium ipsi Camerario dare, et mensurare teneatur ad dictam poenam. Et si prędicta verba in instrumentis locationis hujusmodi non apponerentur, auctoritate pręsentis Statuti intelligantur posita, et declarata, et ita pactum, et conventum esse inter Commune, ejusque Syndicum, ac Conductorem prędictum. Et prędicta Consules observari faciant ad poenam vigintiquinque Librarum denariorum pro quolibet.

(a) Manca forse die, o altra voce.

(b) Manca recipiat.

(c) Manca facere

Quod Contractus

Quod Contractus Locationum, et instrumenta facta inter Commune Mevaniæ, et spetiales personas valeant.

XXXII. Omnes contractus facti, et qui fierent in futurum inter Commune Mevaniæ, et aliquas spetiales personas dicti Communis cujuscumque generis, et cujuscumque rei: et promiſsiones, et Locationes hujusmodi factæ, vel quæ in futurum fierent, sint validæ, et plenum robur obtineant firmitatis. Et Potestas, et Consules, vel aliquis eorum non proponant, stantient, et reforment quod contractus, promiſsiones, vel Locationes prædictæ non valeant, vel aliquæ eorum inter quoscumque tollantur, vel remittantur; vel quomodolibet impediantur, quin ipsi contractus, promiſsiones, et locationes in omnibus observentur. Et si Potestas, vel Consules, vel aliquis proponerent, vel reformarent contra dictam formam Potestas in centum Libris, et quilibet Consulum in quinquaginta libris denariorum condemponetur. Et hoc Capitulum sit præcisum quod tolli non poſsit Consilio Populi, vel Communis, vel aliquo alio jure, aliquo Statuto Communis, vel Populi sub quacumque forma, et conceptione verborum, opposito non obstante.

Quod Mulieres pauperes non graventur in factionibus personalibus faciendis.

XXXIII. Nulla Mulier, quæ non habeat masculum in domo majorem quatuordecim annis, qui secum continue moretur; vel quæ non habeat, et poſsideat in bonis valorem centum librarum denariorum cogatur, nec cogi poſsit ad aliqua communia facienda, vel fieri facienda, nec ad custodiam Terræ Mevaniæ, vel exercitum ire generalem, nec aliquas alias factiones personales. Et idem intelligatur de septuagenariis non poſsidentibus

poſsidentibus in bonis quantitatem centum Librarum denariorum ut superius est expreſsum: et in dictis bonis tam Mulierum, quam Septuagenariorum non intelligatur domus.

Quod Camerarius Communis teneatur facere inventarium de balistis, et aliis rebus Comunis.

XXXIV. Camerarius Communis Mevaniæ teneatur, et debeat fieri facere inventarium de bonis Communis, et de omnibus et singulis maſsaritiis, quæ sunt in Palatio Communis tam in coquina, quam alibi; et de banchis, dischis, thobaliis, scrineis, et omnibus aliis, et Potestati aſsignare. Et quilibet Potestas omnia supradicta in fine sui offitii Camerario Communis Mevaniæ reddere, et aſsignare teneatur. Et si invenerit aliquid fraudatum, vel diminutum, illud Potestas teneatur penitus emendare supradicto Camerario de suo. Et idem Camerarius teneatur tantum de ipsius Potestatis Salario retinere, quantum valere poſset quod non inveniretur. Et si Camerarius fuerit negligens in prædictis, vel aliquo prædictorum, in centum Solidis Communi Mevaniæ condempnetur.

Quod licentia armorum concedatur per Potestatem, et Consules pro justa causa.

XXXV. Potestas, et Consules Populi Terræ Mevaniæ teneantur, et debeant licentiam armariorum defendebilium tantum dare omnibus petentibus pro justa, et evidenti causa, dando impetrandi predicta ipsi Poteſtati, et Consulibus pro Communi recipientibus idoneos fidejuſsores de non offendendo. Et si offenderint, teneantur solvere duplum poenarum contentarum in Statutis Communis, et Populi loquentibus de malefitiis, quæ per eos committerentur. Et Potestas Communis Mevaniæ teneatur, et debeat dare licentiam

cuilibet

cuilibet petenti, et habenti inimicitias capitales cum aliquo Forense inimico Communis Mevaniæ pro malefitio, vel cum eo, qui modo poſset de portatione armorum per Commune Mevaniæ condempnari, portando arma offendibilia, et defendibilia; dummodo talis petens licentiam sit de Mevania, et det idoneas cautiones de non offendendo aliquem in Mevania, vel districtu; et de condempnatione solvenda si offenderit. Et dicta arma offendibilia, de quibus licentiam obtinuerit, debeat portare secrete: et si ea secrete non portaverit, puniatur de portatione armorum offendibilium, ac si de ipsis portandis licentiam non obtinuerit. Et si aliquis Forensis impetraverit licentiam arma portandi, et ei conceſsa fuerit, det, et dare teneatur idoneos fidejuſsores de solvendo quadruplum poenarum contentarum in dictis Statutis loquentibus de malefitiis, seu malefitio hujusmodi. Et si data fue fuerit ei licentia, et offenderit aliquem Mevanatem, subjaceat ipsis poenis quadruplicatis, et debeat condempnari pro qualibet vice qua deliquerit.

Quod Clericis de Populo Mevaniæ detur consilium, auxilium, et favor ad obtinenda beneficia impetrata.

XXXVI. Potestas, et Consules Populi Mevaniæ, qui pro tempore fuerint teneantur, et debeant vinculo juramenti dare auxilium, consilium, et favorem cuicumque, vel quibuscumque Clericis de Populo Mevaniæ oriundis, qui impetrabunt in quacumque Ecclesia de Mevania a Sede Apostolica, vel alio jurisdictionem habente beneficium, sive dignitatem cum Cura, vel sine Cura, ad requisitionem ipsius impetrantis, quotiens, et quando fuerint requiſiti, communiter, vel divisim, ita quod iidem impetrantes

obtineant

obtineant cum effectu beneficia impetrata: et dare auxilium brachii super obtinendo, et possidendo hujusmodi beneficia impetrata, quotiens per executores eis datos fuerint requisiti. Et si Potestas, vel aliquis ex Consulibus in iis extiterint negligentes, incurrant poenam perjurii ipso facto. Et hoc Capitulum sit pręcisum quod tolli non possit, cum sit in favorem Populi, et Ecclesiasticę libertatis.

Quod balistę, et paveses Communis Mevanię, reinveniantur.

XXXVII. Potestas Communis Mevanię banniri faciat per Terram Mevaniam, quod omnes, et singuli, qui habent, vel sciunt aliquem habentem de ~~manearij, targiis~~ balistis, manarijs, targiis, vel pavesibus dicti Communis debeat illa restituere, et assignare Camerario Communis infra tertium diem a die facti bannimenti computandum poena centum solidorum denar., quos de facto Potestas tolli faciat, et mitti in cippum Communis. Et Potestas, et ejus Vicarius de mense Julii, et Augusti proxime venturi ad poenam quinquaginta librarum inquisitionem faciant de dictis armis reinveniendis in quolibet brevi per quatuor personas ipsius.

Quod nullus habeat aliquod ostium in muro Communis, qui circumdat Terram Mevaniam.

XXXVIII. Nulli liceat habere in muro Communis, qui circumdat Mevaniam aliquod ostium, sive foramen, quod esset tantę magnitudinis, quod inde possit aliquis introire. Et siquis haberet, ipsum teneatur restringere, et murare, ita quod per ipsum aliquis intrare non possit, nec exire, infra quindecim dies postquam sibi per Potestatem, vel Consules Populi ipsi tali mandatum fuerit, ad poenam decem Librarum denar. Et Potestas infra

infra unum mensem post suum introitum una cum Consulibus Populi ad poenam vigintiquinque Librarum ire teneatur, et debeat circumcirca Mevaniam ad inquirendum de prędictis: Et si invenerit in aliqua parte prędicta foramina, sive ostia, quod ea die faciat per eos, in quorum domibus essent aptari: et eis mandet, quod prędicta remurari faciant de lapidibus, calce, et arena, et serrari, ita quod non possit aliquis intrare, vel exire, ad dictam poenam: Dummodo non intelligatur de ostiis, et foraminibus a sexdecim pedibus manus supra.

De claudendo, et clausum tenendo juxta fossum Sancti Nicolai.

XXXIX. Cum bladum per certa loca extrahatur noctis tempore, et spetialiter juxta flumen formę Molendinorum existens juxta fossatum S.ti Nicolai, statuimus, quod adjacentes claudant, et clausum tenere possint expensis ipsorum, et claudere volentium; ita quod nulla persona possit inde transire, vel exire cum bestiis, vel sine bestiis, prope, vel infra formam prędictam, et ubicumque esset aliquod iter, unde posset exire, spetialiter de nocte cum blado, vel grassia. Sit licitum unicuique claudere, ad hoc ut omnis materia suspitionis tollatur. Et nullus in dictis clausuris, vel aliqua eorum impedimentum prestet, nec ipsam clausuram devastet, ad poenam centum Solidorum denarr. Et cuilibet liceat accusare contrafacientes, et habeat tertiam partem banni: Et ejus accusationi credatur cum uno teste; et in credentia teneatur.

Quod proponatur in Consilio de oleo amaro extrahendo de Mevania, et districtu.

XL. In generali Consilio Terrę Mevanię de mense Septembri

Septembri proxime venturo per Potestatem, vel Consules Populi Mevanię proponatur de oleo amaro extrahendo de Mevania, et districtu, vel non. Et quicquid per dictum Consilium fuerit de ipso oleo amaro extrahendo decretum servetur, et executioni mandetur. Si vero nihil de ipso oleo amaro in dicto Consilio proponeretur, vel quod poſsit extrahi non deliberaretur, intelligatur eſse de eo vetitum, et de graſsia vetita condempnetur extrahens dictum oleum. Oleum dulce nullus extrahere poſsit de Mevania, et districtu. Contrafaciens in vigintiquinque Libras denariorum pro qualibet Salma, et vice qualibet condempnetur; et perdat Salmam, et bestiam. Et quilibet poſsit accusare, et denumptiare, et credatur suo Sacramento cum uno teſte fide digno, et habeat medietatem banni, et in credentia teneatur. Et cuilibet liceat talem extrahentem capere, et in fortiam Communis ducere sine poena, et banno.

De modo, quo uti debent Panifaculę, et panem vendentes.

XLI. Panifaculę, seu vendentes panem debeant stare, et sedere ad vendendum panem in pede Plateę Communis juxta Trasannam Communis, seu in ipsa Trasanna, et non alibi per Plateam; hę scilicet, quę consuetę sunt panem vendere in dicta Platea juxta ipsam Trasannam, et in ipsa Trasanna. Et quęlibet debeat habere discum, et in ipso disco ponere canistrum cum pane: et in ipso caniſtro habere debeat tobaliam albam. Et quęlibet ipsarum habere debeat bacchettam; et nulla persona tangat panem cum manu, sed cum dicta bacchetta. Et quę con=

trafecerit

contrafecerit in prędictis, vel aliquo prędictorum, in quinque solidis denar: condempnetur. Et hęc Potestas teneatur, et debeat facere observari ad poenam vigintiquinque Librarum, et vinculo juramenti: et de prędictis inquisitionem facere qualibet septimana: et Notarium suum super prędictis ad inquirendum mittere teneatur. Et dictę Panifaculę non debeant habere, nec tenere Roccam, nec filare cum ea: nec tenere puerum in brachio, nec in cuna juxta ipsas dum stant ad vendendum panem, ad poenam decem Solidorum. Et dictę Panifaculę, et quęlibet alia persona panem vendens teneatur, et debeat vendere panem secundum modum eis per generale Consilium concedendum, et dandum. Et de modo ipsum panem vendendi, et de pondere ejus remaneat in providentia dicti Consilii generalis. Et cuilibet ex dictis Panifaculis consuetis liceat vendere panem in Platea, vel ad domum earum propriam, vel conductam pro earum libitu voluntatis. Et dictę Panifaculę, et quęlibet alia persona panem vendens solvat, et solvere teneatur, et debeat Camerario Communis pro ipso Communi recipienti singulis sex mensibus decem Solidos denar: pro qualibet earum. Ita tamen, quod prędicta non vendicent sibi locum in hospitante, qui nihil solvere teneatur, nisi illis, qui aliis, quam hospitibus in eorum hospitiis panem venderent, seu vendi facerent. Et dictę poenę per Potestatem a contrafacientibus de facto tollantur, et in cippum Communis mittantur, non obstantibus supradictis clausulis, ubi dicitur, quod condempnetur.

De modo dando Piccicarolis vendentibus olera, et in quo loco sedere debeant.

XLII. Piccicarolę seu vendentes olera, vel poma sedere debeant

debeant sub dicta trasanna inferiori Plateę Communis juxta
domum olim Nicoluccię Iacobutii, et non alibi per Plateam, ad
poenam decem Solidorum. Et quęlibet ipsarum debeat habere
discum, et in ipso disco tenere canistrum cum oleribus, et pomis.
Et quę contrafecerit solvat de facto in cippum Communis decem
Solidos pro qualibet vice. Et prędicta Potestas ad poenam vi=
gintiquinque Librarum, et vinculo juramenti teneatur prę=
cise facere observari, et executioni mandare. Et nulla ipsarũ
debeat habere Roccam ad cincturam, nec filare cum ea, nec te=
nere puerum in brachio, nec in cuna juxta ipsas, ad dictam
poenam. Et de prędictis Potestas ad poenam prędictam quali=
bet septimana contra eas inquirere teneatur. et repertas cul=
pabiles punire in poenis prędictis. Et cuilibet liceat eas contrafa-
cientes in prędictis, vel aliquo prędictorum accusare, et denum=
ptiare, et ejus accusationi, et denumptiationi stetur, et credatur,
et habeat medietatem banni, et in credentia teneatur: Dummo=
do probetur talis accusatio per unum testem fide dignum. Et
cuilibet habenti domum propriam vel conductam in Platea, et
extra Plateam, in domo, et extra domum liceat habere ad ven=
dendum, et tenere olera, et poma: dummodo in banco confic=
cato tantum ante ipsam domum habeat, et teneat. Et liceat
vendentibus, et vendere volentibus poma, et olera ipsa vendere, et
tenere ad vendendum in trivio a capite Mevanię, sine poena,
et banno. Et etiam liceat cuilibet alii in domo, et ante domũ
propriam, vel conductam poma, et olera vendere sine poena, et
banno, Statuto aliquo non obstante quod in contrarium loque=
retur. Et dictę Piccicarolę, et quęlibet earumdem teneatur, et
debeat quolibet sero mundare, et scopare locum, in quo ipsę,

vel

vel ipsarum aliqua sederet ad predicta vendenda, ad poenam quin=
que solidorum pro qualibet earum, et qualibet die. Et predictę
Picciarolę, et quęlibet earum, et quęlibet alia persona oleva, et
poma vendens teneatur, et debeat solvere, et dare Camerario
Communis pro ipso Communi recipienti singulis sex mensi=
bus decem solidos denarȝ: pro qualibet ipsarum: dummodo prę=
dicta sibi locum non vendicent in vendentibus oleva, et poma
suę possessionis, quę aliquid Communi dare, vel solvere mi=
nime teneantur.

De modo vendendi Vinum ad minutum; et de mensuris habendis: et quando Vinum forense apportari potest in Mevania, et districtu ad vendendum.

XLIII. Quilibet vinum vendens, vel vendere volens ad minutum,
antequam vendat habeat pitictum, mezettum, et fogliettam, et
nummatam sigillatas sigillo Communis Mevanię. Ad quas
mensuras quilibet vinum vendens, vel vendere volens, et vendi fa=
ciens, vendere, et vendi facere teneatur vinculo juramenti, et ad poe=
nam viginti solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et qui dictis
mensuris, vel aliquam ipsarum fraudaverit, vel falsaverit in de=
cem Libras denarȝ: condempnetur. Ad quam sigillationem facien=
dam superſit Camerarius Communis, vel ille, qui dictam sigillatio=
nem conduceret a Communi, si dicta sigillatio cum Dogana, vel sine
per Commune Mevanię venderetur. Et sigillatores qui pro tempore fue=
rint ipsam, seu ipsas mensuras sigillent ad petitionem cujuscumque
petentis, et recipiatur pro sigillatura cujuslibet vasis unus denarius
tantum, et non ultra, ad poenam viginti solidorum denarȝ: pro quoli=
bet, et qualibet vice. Et quando vinum venderetur ad minutum sex

denariis

denariis, vel novem, vel quindecim, vel decem et octo, vel simili modo tunc fiat, et habeatur terzavola. Et si pitictus venderetur quinque, vel septem, vel undecim denariis, loco piticti, mezetti, fogliettæ habeatur aliæ mensuræ ~~Communis~~ convenientes, prout Sigillatori videbitur convenire. Et vendens Vinum teneatur ipsas mensuras bene implere bona fide, sine fraude, ad poenam viginti Solidorum. Et non debeat habere, nec tenere in Banca ubi Vinum venderet aliquod vas non sigillatum minus piticto, poena decem Solidorum pro quolibet vase, et qualibet vice. Et non debeat dare unum vinum pro alio, ad poenam quadraginta Solidorum pro qualibet vice. Et quilibet possit accusare, et denumptiationi, et accusationi cujuslibet stetur, et credatur cum uno teste fide digno. Et nullus inmisceat aquam in Vino quod venderet, ad poenam decem Librarum. Et dictæ mensuræ omnes et singulæ habeant os strictum, sicut Consulibus Populi Mevaniæ videbitur convenire. Et Potestas teneatur vinculo juramenti, et ad poenam centum Librarum singulis mensibus inquirere de omnibus in præsenti capitulo contentis, et repertos culpabiles punire in poenis prædictis: et ipsas poenas viginti Solidorum a contrafacientibus de facto auferre, et mitti facere in cippum Communis. Et cuilibet liceat Vinum forense in Mevania, et districtu a Kalendis Augusti usque ad Kalendas Novembris subsequentes proxime, et per ipsum tempus apportare, et vendere sine poena, et banno. Aliis vero temporibus, seu tempore Vinum forense in Mevania, vel districtu vendi, vel apportari non possit. Contrafaciens in vendendo, vel apportando centum Solidos denariorum de facto in cippum Communis pro quolibet, et qualibet vice solvere, et mittere

tere

mittere teneatur. Et talis apportans, seu vendens dictum Vinum forense, ipsum Vinum forense dare, et vendere teneatur pro eo pretio, quod per Consules Populi fuerit ordinatum. Et cuilibet liceat vendere Vinum ad minutum cum mensuris justis sigillatis pro eo pretio quod voluerit, solvendo Camerario Communis Mevanię, vel Gabellario Communis sex denarios per Libram denariorum totius Vini, quod venderet secundum Saaomum faciendum per magistrum, vel magistros ad ipsum Vinum saaomandum deputandos. Et quilibet possit Vinum forense prędictum in Mevania, et districtu apportare, et vendere, ut supra dictum est a dictis Kalendis Augusti proxime venturi in antea, usque ad Kalendas dictas Novembris proxime subsequentes. Aliis vero temporibus nullus tam terrigena, quam forensès ipsum Vinum forense apportare, nec vendere pręsumant ad poenam centum solidorum. Et quilibet vendens ipsum vinum forense pro quocumque pretio, gabellam sex denariorum per Libram denariorum Camerario, vel Gabellario Communis dare, et solvere teneatur. Et nullus possit vendere Vinum ad minutum in Mevania, et districtu sine licentia Conductoris Gabellę Vini, poena decem Solidorum. Et Gabellarius teneatur, et debeat cuilibet petenti dare licentiam vendendi Vinum ad dictam poenam. Quam licentiam si Gabellarius non daret, talis Vinum vendere volens possit vinum vendere sine poena, et banno. Et Potestas de prędictis inquirere teneatur vinculo juramenti, et poenas prędictas a contrafacientibus de facto auferre, et in Commune facere devenire. Et quod quilibet de Mevania, qui apportavit mustum tempore vindemiarum extra Mevaniam, et districtum, et ipsum reposuerit, vel reponeret in caratibus, vel Vegetis in Mevania, vel districtu, dictam gabellam sex

denariorum

denariorum per Libram denariorum; nihilominus solvere teneatur. Et si aliquis de Mevania vel districtu venderet Vinum alicujus non suppositi jurisdictioni Communis Mevanię, qui gabellam pro eo solvere recusaret, seu solvere nollet, talis ipsum Vinum vendens ipsi non supposito ipsam gabellam pro ipso Vino solvere teneatur.

De modo, quo uti debent Macellarii, et de modo eis dando in venditione carnium cujuslibet animalis.

XLIV. Omnibus, et singulis Macellariis de Mevania, qui macellare voluerint detur modus in scriptis, videlicet, quod Potestas, et Consules Populi Mevanię, vel ipsi Consules tantum teneantur, et debeant singulis quindecim diebus ad minus, et plus, si eis videbitur, pro assectu carnium mittere litteras Communis, vel Numptium strictum juratum Fulgineum, Trevium, ~~ad~~ et ad Montem Falconis, et non alio, ad sciendum quantum venditur libra carnium cujuslibet animalis, et procuret ab eis claram responsionem habere. Et prout invenerit per ipsas Terras per majorem partem ipsarum carnes ipsas vendi; ad illum modum, et assectum in venditione ipsarum carnium dent, et assignent Macellariis supradictis; et sufficiat, quod duę Terrę ipsarum sint in concordia. Et si prędicta loca, vel duę ex ipsis Terris se non concordarent, ita quod in una sententia non concurrerent, seu consentirent, tunc per Potestatem et Consules capiatur convenientior, et utilior tam pro Macellariis, quam etiam pro aliis Mevanatibus, et aliis personis. Et tunc ipse modus per eos ipsis Macellariis assignetur, et detur. Quę Litterę per Notarium

Notarium Populi registrentur, ita quod quilibet possit habere copiam earumdem. Quem modum ipsi Macellarii, et quilibet ipsorum teneantur, et debeant observare ad poenam viginti solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et dicti Macellarii non occidant, scannent, vel abruscent aliquam bestiam in Strata aliqua mactonata, vel publica, si haberet casalenum juxta domum suam, ubi prędicta commode fieri possent, vel prędicta fieri non possent in domo propria, vel conducta, et non alibi, ad poenam viginti Solidorum. Et nulla turpitudo in ipsis locis mattonatis, vel publicis fiat per ipsos, vel aliam personam ad poenam viginti Solidorum pro quolibet, et qualibet vice, qua contrafecerint in prędictis, vel aliquo prędictorum. Et non ponant grassiam unius bestię in aliam bestiam, nec ponderent crura, vel capita cum carnibus alicui eunti ad emendum carnes ipsas, ad poenam quadraginta solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et de mense Maji, Junii, Julii, et Augusti non occidant, vel vendant Scrofas, Pecudes, Beccos, vel Castrabeccos, vel Verros, ad poenam quatuor Librarum pro quolibet, et qualibet vice. Et non dent, nec vendant unam pro alia ad poenam quatuor Librarum pro quolibet, et qualibet vice. Et habeant Stateras, et pondera signata signo Communis adjustata ad poenam quatuor Librarum pro quolibet pondere, et qualibet vice. Et habeant mediam libram de ferro per se; unam libram per se; duas libras per se; tres libras per se; quatuor libras per se; quinque libras per se; sex libras per se adjustatas, ut dictum est, ita quod quodlibet pondus per se habeat tot signa ad arma Communis, quot sunt librę. Et ad aliud pondus carnes non vendant, ad poenam quatuor

quatuor Librarum pro quolibet, et qualibet vice. Et debeant vendere cuilibet petenti carnes ad mediam libram, ad unam libram, et plus, prout petentis fuerit voluntas, ad poenam viginti Solidorum pro quolibet, et qualibet vice; et usque ad sex libras vendant cum dictis ponderibus, et bellance (a)

In qua carnes emuntur stet in alto, et altiori banco uno palmo. Quas belanceas quilibet habere debeat presente se: Et belancea, in qua ponuntur pondera stet infra, ita quod sine aliquo tactu manus belancea illa elevetur a bilancia ubi sederent carnes: Ita quod quilibet justum pondus reportet. Contrafaciens in predictis, vel aliquo predictorum, solvat nomine poene de facto in Cippum Communis quadraginta Solidos denarior; pro quolibet, et qualibet vice. Et Scrofe, Bicci, Pecudes, Montones, Verri, Capre, Castrabicci macellentur extra macellum ad poenam quadraginta Solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Carnes vero morticine, et morbose vendantur, et vendi debeant extra portas veteres, ubi dictis Macellariis placuerit, ad poenam decem librarum pro quolibet, et qualibet vice. Et cuilibet liceat accusare, et habeat quartam partem banni, et in credentia teneatur. Et accusationi cujuslibet stetur, et credatur. Et nulla bestia, que vendi debet in Macello, exceptis Bobus, excorietur, nisi in Macello; vel saltim cum ipsa pelle usque ad caput, et a capite non divisa appendatur, ad poenam quadraginta solidorum

(a) Lacuna nel Codice di otto linee.

Solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et in dictis locis, vel stratis nullus ponat, vel teneat, niſi in die martis tantum, causa vendendi coria ad siccandum, nec alia coria fętida ad poenam quadraginta Solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et dictum Macellum debeat eſse sine camera, vel paramento subtus bancum; nec desuper poſsint tenere ventrem, nec coria fetida, ad poenam quadraginta solidorum pro quolibet, et qualibet vice: nec malas carnes, ad poenam quatuor librarum pro quolibet, et qualibet vice. Et homines, quorum sunt Camerę, sive banchę, vel banchi existentes in Macello, sive domo Macelli, debeant ipsas communicare aliis macellariis ibi partem non habentibus, volentibus ibi macellare, et partem habere pro pretio competenti. Et ad hęc ponantur duo homines, alter pro parte habentis, et alter pro parte non habentis ad concordandum eos tam de domo, quam de pretio. Et si non concordaverint, per Potestatem tertius eligatur, et eorum, vel majoris partis ipsorum judicio, et definitioni stetur. Et ipsi Macellarii non poſsint retinere bancas extra terminos dicti Macelli, juxta tantum per unum pedem ad pedem manus, versus Plateam, et Ecclesiam S.ti Sylvestri, et non versus Stratam majorem: nec in Platea stare, vel macellare versus Plateam; nec in ipsa Platea bonas, vel malas carnes, niſi de die Sabbati Sancti; in Vigilia Nativitatis Domini; et in festo Carnis privii. Et tunc in Platea macellare poſsint, et macellent bonas carnes; non macellent malas carnes, ad pęnas quadraginta Solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et dictas malas carnes in Macello, vel extra Macellum habere non poſsint. Et Macellarii carnes ad bancum teneant

bonas

bonas, et mundas, ad poenam quadraginta solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et nulla persona in Platea extra domum, vel in confinibus Plateę, vel in strata mattonata debeat aſsugnam infrigere, vel aliquam turpitudinem facere, quę fetorem dare, vel reddere poſsit, ad poenam quadraginta solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et dicti Macellarii non poſsint habere, facere, vel tenere malas carnes in locis, et Macellis, ubi fiunt carnes bonę, ad poenam quatuor Librarum denariorum pro quolibet, et qualibet vice. Et Potestas de iis inquirat quolibet mense, et repertos culpabiles punire teneatur dicta poena sub vinculo prępstiti juramenti. Et ipsi Macellarii, nec alii Mevanates non deferant Mevaniam, nec extra districtum Mevanię aliquas carnes morticinas, ad poenam quatuor Librarum. Et dicti Macellarii, nec aliquis ipsorum, vel alia persona poſsint, nec debeant eſsasciare (a) aliquam beſtiam, nec suzzuram sanguinis facere in aliqua via mattonata, nec prope aliquam viam mattonatam unam mezzengam in domo, vel extra domum ad poenam quadraginta solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et hoc locum habeat in illis, qui habent Casalenum juxta domum ipsius, vel prope domum ipsius. Et dicti Macellarii teneantur, et debeant carnes Scrofinas dare, et vendere pro duobus denariis minus libra, quam carnes porcinas. Et non vendantur carnes Scrofinę in eodem loco, ubi venduntur carnes porcinę, ad poenam quatuor Librarum denariorum pro quolibet, et qualibet vice. Et carnes seminutę modo aliquo in Mevania non vendantur, poena, et banno quatuor Librarum denariorum pro quolibet, et qualibet vice. Et nullus beccarius poſsit, nec debeat habere, vel tenere in banca carnes incisas minutatim

a tribus

(a) Forse exasciare da ascia

a tribus libris carnium supra: Sed ipsi Macellarii teneantur, et debeant incidere, et dare de quacumque bestia, et de quolibet loco, quod petitum fuerit ab emere volentibus: et tunc incidere debeant, et de quanto prout petenti placuerit. Et hoc non intelligatur de carnibus Bovinis. Et nullus Macellarius carnes, quas dixerit esse venditas debeat in Macello tenere, ad poenam viginti Solidorum pro quolibet, et qualibet vice. debet ad poena

pro quolibet

pro eo pretio, quod videbitur Macellarii

super hoc per Consules ordinatum. Et quod carnes Scrofarum, Pecudum, Verrorum, Porcorum, Montonum, Castrabeccorum, et Caprarum vendantur extra Macellum, et non ubi aliæ bonæ carnes, vendantur; sed in Macellis, et banchis, quæ distant ab aliis banchis per tres perticas ad justam perticam Communis Mevaniæ; et in aliis locis, in quibus permissum est per formam Statuti Populi vel Communis, quod vendantur. Et dicti Macellarii teneantur, et debeant vendere Sanguinem purum pro duobus denariis plus, ultra quod venduntur aliæ carnes Porcinæ, vel Scrofinæ secundum aspectum Communis Mevaniæ datum, et aspectuatum in venditione ipsarum carnium, ad poenam quadraginta Solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et dicti Beccarii non incidant carnes alicujus generis, nisi primo per Notarium Potestatis prædicti fuerint sigillatæ, ad poenam quatuor librarum denar. pro quolibet, et qualibet vice. Et dicti Macellarii, vel aliquis ipsorum, seu alia persona

pro

pro eis non occidant, nec scannent aliquam bestiam in Ma=
cello, vel juxta ipsum Macellum; nec in eo aliquam turpitudi=
nem faciant, ad poenam quatuor Librarum denar. pro quolibet,
et qualibet vice. Et Consules Populi Terrę Mevanię teneantur, et
debeant infra secundam diem eorum introitus eligere supra
ipsis Macellariis pro Superstitibus duos bonos, et legales homi=
nes, qui sint accatastati a sexagintaquinque libris denar. et
non minus, quorum offitium duret duobus mensibus tantum,
qui habeant a Communi pro eorum salario quinque solidos
denar. pro quolibet ipsorum: Et qui fuerint Superstites dictorũ
Macellariorum duobus mensibus, non poſsint ad dictum offitiũ
eligi pro aliis duobus mensibus sequentibus. Nec poſsit eligi
aliquis, qui sit Macellarius, Hospitator, vel Tabernarius. Et di=
cti Macellarii, nec aliquis ipsorum non debeant occidere aliquam
bestiam causa macellandi sine licentia unius ex Superstitibus
supradictis, ad poenam quadraginta Solidorum pro quolibet,
et qualibet vice. Et etiam non poſsit eſse de dictis Supersti=
tibus, nec in Superstitem eligi aliquis consanguineus, vel affi=
nis alicujus Macellarii, Hospitatoris, vel Tabernarii usque in
secundum gradum. Et ipsi Superstites teneantur, et debeant ju=
rare eorum offitium facere bona fide, sine fraude, et denumptia=
re, et accuſare omnes contrafacientes in prędictis, vel in aliquo prę=
dictorum Potestati, et suę Curię. Et semper cum fuerint per ipsos
macellarios, vel aliquem ipsorum requiſiti, debeant ad ipsorum
offitium exercendum ad poenam quadraginta Solidorum denarior.
pro quolibet, et qualibet vice, ire, et accedere. Et non debeant co=
medere, vel bibere, vel ensenium aliquod recipere ab eisdem du=
rante eorum offitio, ad poenam decem Librarum pro quoli=
bet, et qualibet vice. Et si dicti Macellarii, vel ipsorum

aliquis

aliquis cum eis comederent, vel biberent, seu eis, vel ipsorum ali=
cui ensenium darent, puniantur in quatuor Libris denariorum pro
quolibet, et qualibet vice. Et Potestas infra quindecim dies sui
introitus vocari, et coadunari faciat omnes Macellarios, et eis
hoc Statutum de verbo ad verbum legi faciat, ita quod illud
bene intelligant. Et quod quilibet Potestas qualibet hebdoma=
da inquirat, et inquisitionem faciat contra dictos Macella=
rios si fecerint contra prędicta, vel aliquod prędictorum. Et
si aliquem in prędictis culpabilem invenerit, puniat secun=
dum dictam formam. Et nihilominus teneatur, et debeat i=
dem Potestas quolibet mense bis mittere Notarium suum per
diversos dies ad inquirendum si habent ipsi Macellarii justa
pondera, et justas belanceas, et Stateras. Et etiam teneatur, et
debeat bis, et pluries si sibi videbitur Notarium suum mit=
tere ad accipiendum, et reponderandum carnes, quę a macello
deferuntur per emptores ipsarum, vel per alias personas.
Et scito a deferentibus quot libręę sunt, et a quo emit, Nota=
rius Potestatis in pręsentia ementis ipsas carnes sic emp=
tas faciat ponderari, et videri si sunt justi ponderis, vel non.
Et si eas invenerit minoris ponderis, quam ~~fuerunt pondera=~~
~~tę~~ pondus ad quod fuerunt ponderatę (de quo verbo empto=
ris stetur, et credatur) puniatur vendens, et ponderans ip=
sas carnes in quatuor Libras pro quolibet, et qualibet vice.
Et Potestas primo mense

signatas signo Communis, et adjustatas marcho Commu=
nis prędicti, cum quibus Staterę, et pondera Macellariorum

adjustentur

adjustentur. Et faciat etiam fieri bilancias modo prędicto ———— quę apud Camerarium Communis, vel Custodd Communis conserventur ante publicum carcerem. Cum quibus omnes poſsint mensurare, et ponderare carnes, quas emerint in Macello, ad sciendum si est decepstus, vel fuit. Et Notarius Potestatis teneatur qualibet hebdomada bis ire ad Macellum ad inquirendum de prędictis. Et liceat unicuique macellare ubicumque, et quandocumque voluerit, servando semper hoc Statutum in qualibet parte sui. Et quolibet mense Consules Populi teneantur protestare Potestati, quod prędicta omnia faciat, et debeat observare. Et Notarius maleficiorum Potestatis teneatur, et debeat ad poenam Centum Solidorum qualibet hebdomada tempore quo carnes venduntur ire, et accedere ad dictum Macellum, et inquirere de venditione carnium in Platea, et alibi, ubicumque sibi videbitur, si vendantur secundum formam dicti Statuti. Et quos invenerit delinquentes, secundum formam dicti Statuti per Potestatem puniantur. Et etiam inquirat si carnes sunt abun-
(a) dantes, quę abundantes macellari debeant per eos ad poenā quadraginta Solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Quę omnia et singula supra et infra scripta prędicti Macellarii teneantur, et debeant observare ad poenam, in qua tenerentur in quolibet casuum prędictorum. Et si dicta forma per Potestatem, et suos Offitiales integre non fuerit observata; nihilominus Processus qui fieret contra eos, vel eorum aliquem valeat, et teneat; ita tamen quod de maleficiis constet. Et Consules Populi teneantur, et debeant singulis duobus mensibus eligere quatuor homines ad denumptiandum omnes

(a) Sarebbe meglio detto abundantiores anche la seconda volta

omnes et singulos Macellarios delinquentes in prędictis, vel aliquo prędictorum. Et jurent ad Sancta Dei Evangelia eorum Offitium bene, legaliter, et fideliter exercere; et prędictos controfacientes in prędictis, vel aliquo prędictorum accusare, et denumptiare Potestati prędicto: et eorum, et cujuslibet eorum accusationi stetur, et credatur, et habeat medietatem banni; et in credentia teneatur. Et cuilibet alii personę sit licitum prędictos macellarios, et quemlibet ipsorum de prędictis, et quolibet prędictorum accusare, et denumptiare cum uno teste fide digno. Et accusationi, et denumptiationi cujuslibet stetur, et credatur cum dicto teste. Et nomen accusatoris, vel denumptiatoris, seu relatoris scribatur in quaterno Communis, et in credentia teneatur. Et prędicta omnia, et singula Potessas, et Consules teneantur, et debeant observare, et observari facere ad poenam centum Librarum Potestas, et quilibet Consulum ~~in~~ vigintiquinque librarum denar. et vinculo juramenti in qualibet parte sui. Et idem Potestas possit, teneatur, et debeat omnes poenas prędictas a delinquentibus de facto exigere, et auferre, et ipsas mitti facere in cippum Communis. Et si idem Potestas, vel sui Offitiales in prędictis, vel in aliquo prędictorum negligentes fuerint vel remissi, in poenis prędictis per Syndicum, qui eos syndicabit debeant condempnari. Et liceat cuilibet vendere, et vendi facere, ubicumque, et quandocumque carnes Bovinas, et Agninas tantum sine poena, et banno. Et in festivitatibus, et vigiliis Nativitatis, Paschatis, Carnisprivii, et S.t Vincentii carnes omnes, et singulas cuilibet liceat macellare, et macellari facere ubicumque voluerit, sine poena, et banno: dummodo ipsas carnes, pręter Agninas, vendat, et vendere teneatur, et debeat secundum modum, et ordinem aliis macellariis

concedendum

concedendum, et dandum. Et nullus dictas carnes ad alium modum vendat, nec ultra ipsum modum, ad poenam quatuor librarum denar: pro quolibet, et qualibet vice: quas de facto in cippum Communis mittere, et solvere teneatur. Et liceat dictis Macellariis, et macellare volentibus, ac vendentibus, carnes Bovinas minutatim incisas habere, et tenere in banca sine poena, et banno, Statuto aliquo non obstante.

Quod Castra Turris Collis Gaglioli, et Molendinorum aptentur per habitatores ipsorum.

XLV. Omnes expensę faciendę pro concimine faciendo in Castris S.[ti] Laurentii, Gaglioli, Cantalupi, et Molendinorum plani Lactonis, fiant, et solvantur per habitatores, vel ipsorum, et per eos qui habitant in dictis Castris, vel aliquo ipsorum. Et quilibet ipsorum secundum quod est accatastatus in Catasto Communis partem suam expensarum hujusmodi in deposito cor-
(a) dare, et solvere teneatur. Salvo quod Commune Mevanię pro muris Castrorum Gaglioli, et S.[ti] Laurentii calcinam oportunam dare teneatur.

De modo quo uti debent Conductores, et Mollarii molendinorum Communis, et de Coppulo tenendo, et habendo in eis.

XLVI. In Molendinis Communis Mevanię sitis juxta Portam Malvicinorum sit unus Coppulus de metallo adjustatus, ita quod Rasaria Communis Mevanię teneat triginta Coppulos. Et sint in dictis Molendinis duo Mezenghi de ligno adjustati, ita quod Rasaria teneat duos. Et sit unus Quartengus, de quibus Raseria teneat quatuor. Quas mensuras predictas (b) infra unum mensem sui introitus

(a) Forse condare, o concordare.
(b) Manca Potestas, o altro soggetto.

introitus faciat adjustari. Et ipsę mensurę sic adjustatę teneantur semper in ipsis Molendinis. Et similes mensurę et simili modo adjustatę sint, et teneantur in Molendinis Communis sitis in Castro Molendinorum plani Lactonis. Et Mollarii dictorum Molendinorum recipientes multuram, vel alii multuram recipientes cum illis, recipiant de triginta mensuris unam, et non ultra. Et cum dictis mensuris ponant frumentum in tremogiam, seu in tremogias: De quo frumento vero recipiant de quindecim mensuris unam, et non ultra. Et cum dictis mensuris recipiant multuram, et accipiant: ita quod illa mensura cum qua recipiunt multuram non sit magis plena, quam alię mensurę, cum quibus frumentum ponunt. Et dictas mensuras Conductores Molendinorum in ipsis retinere teneantur, et debeant ad poenam centum Solidorum pro qualibet vice. Et si cum aliis mensuris bladum mensurarent, vel multuram acciperent; vel si cum aliis mensuris bladum mensurarent in tremogiam, in tribus libris denar: pro qualibet vice puniantur. Et farinaria circum circa ipsa Molendina sit ampla quatuor digitis ad digitum Camerarii, qui pro tempore fuerit. Et Camerarius Communis faciat fieri, si non est in Camera Communis, unum Coppulum, cum quo adjustentur. Et quęlibet mensura Coppuli Molendinorum cum dicto Coppulo esciagometur, si sunt justę, vel non. Qui Coppulus semper penes Camerarium Communis remaneat. Et si reperirentur majores Coppuli Molendinorum, seu non justi, seu dictę mensurę non justę, Conductores Molendinorum in decem Libris denar: puniantur pro qualibet mensura, et qualibet vice. Et a forense non habitante in Mevania, vel districtu

de

de viginti Rasariis unam: Et de misturo de quatuordecim Rasariis unam. Et dicti Conductores Molendinorum teneantur habere in dictis Molendinis in qualibet catasta sex bonos Rigatios tantum, bonos, et abiles ad carcandum bladum, et farinam, et alia facienda, quę utilia, et necessaria fuerint in ipsis Molendinis hominibus ad ea euntibus ad macinandum. Qui Rigatii habeant mercedem suam a Conductoribus Molendinorum, et non farinam, vel aliquid aliud per se, vel aliam interpositam personam recipere possint, vel habere ab aliqua persona terrigena, vel forense, quę in ipsis macinaverint, vel in ipsis macinare voluerint. Contrafaciens in prędictis, vel aliquo prędictorum in quadraginta libris denar. pro quolibet, et vice qualibet puniatur. Et si ipsi Conductores contrafecerint retinendo, vel permittendo quod plures Regatii in ipsis Molendinis morentur, vel permittendo quod prędicti Regatii, vel aliquis ipsorum ultra Salarium concessum aliquid recipiant, puniantur in decem libris denar. pro qualibet vice, et quolibet ipsorum. Et nihilominus qui plures reperirentur de dictis Molendinis expellantur. Et ipsi Conductores, vel eorum Regatii bene impleant de terra dicta Molendina undique, ac ipsorum farinaria, ita quod nullum foramen, vel garavotta inveniatur in aliquo dictorum Molendinorum Et si contrafecerint, in centum Solidis denar. pro quolibet, et vice qualibet puniantur. Et ipsi Conductores teneantur, et debeant macinare omnibus euntibus ad ipsa Molendina causa macinandi, bene, fideliter, et legaliter, sine fraude, et prędicere omnibus macinantibus in eis,

quod

quod debeant recolligere totam farinam jacentem ante, et post ipsa Molendina, seu retro ipsa Molendina, ad poenam centum Solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et nisi pri=mo ipsa farina recollecta fuerit, ipsi Conductores, vel eorum Re=gatii non permittant quod aliqui bladum imponant, vel imponi faciant in tremogia: Et contrafaciens in centum so=lidis pro quolibet, et vice qualibet puniatur. Et ipsi Conducto=res teneantur, et debeant infra quindecim dies post locatio=nem ipsorum Molendinorum facere fieri eorum expensis omnia farinaria, et clusimina ipsorum Molendinorum un=dique circa ipsa Molendina de bonis aſsidibus (a) bene clausis juncta sine aliquo foramine: Et clausura sedentia un=dique circa ipsa Molendina sint tantum alta, quod Scaletta tremogię sedeat in dictis clausiminibus sine aliqua esbarra, quę non sedeat in aliquo dictorum clausiminum. Contrafaci=ens in centum Solidis pro qualibet vice puniatur. Et Came=rarius Communis Mevanię, qui pro tempore fuerit, tempo=re ęstimationis fiendę de ornamentis ipsorum Molendinorum teneatur, et debeat ipsis Conductoribus restituere de bonis Com=munis prędicti totum pretium quod constiterit dictum opus. Et Mollarii, seu Regatii dictorum Molendinorum non poſsint dare, nec debeant alicui aliquam vicennam, sed solum Con=ductor, seu Conductores ipsorum Molendinorum, ad poenam centum Solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et nulla per=sona audeat, vel pręsumat aliquod genus bladi vendere, donare, vel alio modo credere Conductoribus ipsorum Molendinorum, vel tenentibus, seu partem habentibus in eis, seu Mollariis, vel Rigatiis, vel familiaribus eorumdem, vel alii pro eis,

vel

(a) Forse absidibus. Meglio però sarebbe axibus, significando tal voce Tavole segate.

vel eorum alteri. Nec prędicti, vel eorum aliquis illud emere possit, nec debeat per se, vel alium, nec alio modo, vel titulo recipere sine licentia Consulum Populi Mevanie, qui pro tempore fuerint. Qui Consules non possint, nec debeant dictam licentiam dare sine evidenti causa. Contrafaciens in prędictis, vel aliquo prędictorum in viginti solidis pro qualibet Rasaria vice qualibet condempnetur, et perdat bladum. Et Coppulus dictorum Molendinorum debeat stare continue ligatus ad catenam Molendinorum; et inde dissolvi non debeat ad poenam centum solidorum pro qualibet vice. Et nullus Regatius Molendinorum debeat farinam de farinariis recolligere, nisi fuerit de voluntate macinatorum. Et idem de Coppulo, et catena observetur per Conductores Molendinorum plani Lactonis, et in ipsis Molendinis. Et dicti Molendinarii, sive Conductores Molendinorum debeant habere, et tenere continue eorum expensis unum mezengum adjustatum ad mezengum Communis, ferratum, et sigillatum signo Communis ad poenam viginti solidorum pro qualibet vice. Et totum pręsens Capitulum de verbo ad verbum tempore locationis dictorum Molendinorum per Notarium Populi legatur vulgariter ipsis Conductoribus Molendinorum hujusmodi, Mollariis, sive Rigatiis dictorum Molendinorum. Et pręsens Statutum idem Notarius ipsis Conductoribus, Mollariis, et Rigatiis de verbo ad verbum vulgariter legere teneatur ad poenam decem Librarum denar. et vinculo juramenti. Et ipso Statuto lecto, et vulgarizato eis ipsi Conductores, Mollarii, et Rigatii teneantur, et debeant jurare ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tactis Scripturis pręsens Capitulum in qualibet parte sui attendere, et observare, et in nullo contrafacere, vel venire

venire per se, vel interpositam personam: Et prędicere omnibus ve=
nientibus ad macinandum ad ipsa Molendina, quod recolligant to=
tam farinam circum circa ipsa Molendina, et quolibet ipsorum:
Et ipsam farinam recolligere ad petitionem cujuslibet macinan=
tis, ut superius est expreſsum: Et non recipere, ut dictum est,
farinam, nec aliquod aliud Salarium contra formam pręsen=
tis Statuti, ad poenam in supradictis capitulis contentam.
Et cuilibet accusare, et denumptiare liceat contrafacientes in
prędictis, vel aliquo prędictorum: et accusationi, et denumptia=
tioni cujuslibet stetur, et credatur: et accusator, seu denumptia=
tor habeat medietatem banni, et in credentia teneatur. Et nihi=
lominus Consules Populi primo mense regiminis Potestatis tene=
antur eligere in qualibet catasta Molendinorum duos Custodes
secretos, qui denumptient, et accusent omnes contrafacientes in
prędictis, vel aliquo prędictorum. Et ad prędicta prędicti Potestas,
et Consules teneantur ad poenam viginti quinque Librarum denar.
et vinculo juramenti. Et nihilominus idem Poteſtas teneatur ad
poenam centum Librarum, et vinculo juramenti de prędictis, et
quolibet prędictorum quolibet mense inquirere, et super ipsa in=
quisitione examinare illos, quos voluerit de majori libra, vel eo=
rum famulos, vel familiares. Et nihilominus qualibet septi=
mana ad dictam poenam Notarium suum ad inquirendum de
prędictis mittere teneatur ad Molendina juxta Portam Malvi=
cinorum. Et semper quando dicta Molendina venduntur, ven=
dantur, et dentur, seu locentur sub conditionibus, et pactis prędi=
ctis, et aliis pactis, et conditionibus in Capitulo suprascripto sub
rubrica de modo vendendi Proventus Communis &c. expreſsis,
et declaratis. Et si aliter fieret, non valeat, nec teneat ipso jure.

Et

Et Potestas, et sui Offitiales teneantur, et debeant delinquentes in prędictis, vel in aliquo prędictorum in presenti Capitulo contentorum punire, et condempnare in poenis, et bannis superius declaratis. Et si ipse Potestas, vel sui Offitiales in prędictis, vel aliquo prędictorum negligentes fuerint, vel remissi, incurrant poenam perjurii: et nihilominus in centum Libris denariorum Communi Mevanię condempnentur. Et Consules Populi Mevanię antequam fiat venditio, seu locatio ipsorum Molendinorum ad poenam vigintiquinque Librarum teneantur, et debeant fieri facere circum circa macinam cujuslibet Molendini expensis Communis Mevanię unum Rotulum de ligno altum super ipsa macina quatuor digitis, et longe ab ipsa macina duobus digitis. Et hoc Capitulum sit pręcisum in qualibet parte sui quod tolli non possit consilio, vel arenga.

Quod Popularis non solvat suam condempnationem, si non solverit non suppositus jurisdictioni Communis Mevaniæ.

XLVII. Quicumque Popularis de Mevania fuerit, vel esset condempnatus propter injuriam factam alicui non supposito jurisdictioni Communis Mevanię, et Potestati Communis prędicti, non cogatur per Potestatem, vel suos offitiales ad solvendum condempnationem de ipso Populari factam, nisi prius talis non Suppositus offensus suam condempnationem, vel exbannimentum, quod, vel quę reperiretur in Libris Communis Mevanię de eo facta, vel factum per Offitiales prędictos, solverit integram, et cum effectu Camerario dicti Communis. Et Potestas, et quilibet Offitialis teneatur prędicta observare vinculo juramenti, et ad poenam quinquaginta

quinquaginta Librarum denar. Et predicta locum habeant, et se extendant ad preterita commissa, et facta ab uno anno citra, et presentia, et futura.

Quod Flumicciolus Communis aptetur, et manuteneatur per adjacentes.

XLVIII. Flumicciolus Communis Mevanię aptetur per adjacentes, et aptatus manuteneatur per adjacentes ipsius Flumiccioli; ita, et taliter, quod semper per ipsum aqua vadat, et semper in aestate, et hyeme ire debeat. Et siquis ipsum non aptaverit, et impedimentum aliquod prestiterit, in viginti solidis denar. Communi Mevanię condempnetur. Et cuilibet liceat accusare, et habeat medietatem banni, et in credentia teneatur. Salvo quod de mensibus Iunii, Iulii, et Augusti ire debeat per Hortum hospitalis, et exire in flumen.

Quod cuilibet de Mevania habenti filium, seu fratrem ad studendum extra Mevaniam sit licitum sibi portare victualia sine poena.

XLIX. Quicumque de Mevania haberet filium, seu fratrem extra Mevaniam, et districtum ad studendum, liceat sibi mittere, et portare quolibet anno, si per annum steterit, duodecim Raserias grani, quatuor Salmas vini, et unam Raseriam leguminis. Si vero non steterit per annum, non possit sibi mittere nisi pro rata, capitulo non obstante, sine poena, et banno.

Quod omnes forenses de Mevania recedant.

L. Quandocumque fieret bannimentum quod omnes forenses de Terra Mevanię recedant, banniatur hoc modo, videlicet, quod

quod quicumque inventus fuerit post terminum datum in bannimento cum conditionibus dictis in ipso, quod solvat decem Libras denar. Et si post elapsum terminum quisquam foretanus inventus fuerit per Familiam Curię, ponatur in carcere captivitatis; et inde exire non poſsit fidejuſsoris rogaminibus, vel quibuscumque aliis conditionibus intervenientibus, nisi pręsens in pecunia numerata solverit dictum bannum. Et si secus pręsumpserit exeundo carcerem Communis quocumque ingenio, et fugeret, si contigerit postea ipsum capi, solvat nomine banni quinquaginta Libras denar. Et ipse iterato ponatur in carcere, et de carcere non poſsit exire, nisi primo solvat bannum modo prędicto, scilicet, primum, et secundum. Et prędicta Dnus Potestas cum sua Curia executioni mandare debeat ad poenam centum Librarum, et vinculo juramenti. Et hujus Statuti forma, et bannum banniatur primo mense sui regiminis per omnia loca consueta Terrę Mevanię.

Quod homines de Fraternitate poſsint ire diebus festivis per Terram Mevaniæ de nocte.

LI. Omnes homines de fraternitate locorum de Mevania poſsint, et eis liceat ire diebus festivis de mane, de nocte per Mevaniam sine poena. Et quod dicti homines sint de fraternitate credatur, et stetur verbo Prioris ipsius fraternitatis, qui pro tempore fuerit.

Quod Potestas, vel ejus Offitialis non acquirat Equum ab aliquo Mevanate.

LII. Potestas, vel aliquis offitialis forensis Communis Mevanię Equum aliquem non acquirat, vel acquiri faciat per se,

vel

vel alium ab aliquo de Mevania, niſi ab illis, qui soliti sunt Equos, sive Ronzenos locare ad victuram. Et si Potestas, vel aliquis Offitialis contrafecerit in prędictis, perdat de suo pro quolibet ipsorum florenos duos: Et illi qui Equum commodaverint in decem Libras denar. per Consules Populi vice qualibet condempnentur. Et Consules Populi, qui pro tempore fuerint teneantur, et debeant vinculo juramenti contrafacientes in prędictis punire, et condempnare poenis prędictis.

Nulla fidejussio fiat per Commune alicui Communantiæ

LIII. Nulla fidejussio, seu obligatio fiat per Commune Mevanię, vel speciales personas de Mevania alicui Castro Communantię, vel Civitati. Et nullus prędicta proponat in Consilio, vel arenga, seu alio loco. Et si proponeretur, vel reformaretur in contrarium, illa talis propoſita, vel reformatio non valeat, nec teneat ipso jure. Et si occaſione prędicta Commune Mevanię aliquod dampnum incurreret, quod talis proponens ipsum dampnum ipsi Communi in totum teneatur, et debeat emendare. Et nihilominus Potestas, et Consules si prędicta permiserint, in ducentis Libris denar. pro quolibet ipsorum Communi Mevanię condempnentur per Consules subsequentes. Et idem statutum est, quod nullus de Mevania fidejuſsionem faciat alicui forensi; et qui contrafecerit in vigintiquinque Libris Communi Mevanię condempnetur. Et hoc Capitulum banniatur in locis consuetis Terrę Mevanię.

Quod quilibet faciat se accataſtari.

LIV. Quilibet de Mevania, et Mevanię habitans non habens bona stabilia, videlicet, Terras, Vineas, vel Poſseſsiones

in

in districtu Mevanię, accatasteтur ad minus vigintiquinque Libris, et deinde supra secundum voluntatem ipsius.

Quod nullus cogatur vendere alicui aliquam poſseſsionem.

LV. Nullus de Mevania, vel districtu cogatur per Potestatem vel Consules ad vendendum alicui, vel aliquibus aliquam suam poſseſsionem aliqua causa. Et si contrafecerint, Potestas in quinquaginta libris, et quilibet Consulum in vigintiquinque libris denar. Communi Mevanię condempnentur. Et hoc non vendicet sibi locum in emendis per dictum Commune Mevanię, et pro ipso Communi.

Quod nullus de Castro Collis S.t Laurentii poſsit vendere alicui non Supposito aliquam poſseſsionem.

LVI. Nulla persona de Caſtro S.t Laurentii, vel alia persona audeat, vel pręsumat vendere, donare, alienare, vel permutare, ad scripturam, fictum, vel laboritium concedere, vel alio titulo transferre alicui non Suppoſito jurisdictioni Communis Mevanię, vel alii pro eo aliquam poſseſsionem positam intra dictum Caſtrum, vel prope ipsum Caſtrum, ante (a) aliquam domum sitam in ipso Caſtro, vel prope ipsum Caſtrum ad centum pertica*s*, sine licentia Potestatis, et Consulum dictę Terrę Mevanię, qui pro tempore fuerint. Qui vero contrafecerit, in centum libris denar. pro vice qualibet, et poſseſsione, vel domo qualibet condempnetur. Et nihilominus si contrafactum fuerit, poſseſsio, seu domus sic vendita, donata, alienata, permutata, locata, vel translata, statim sit, et deveniat in Commune Mevanię. Et hoc Capitulum sit pręcisum in qualibet parte sui, quod tolli

(a) deve dire aut.

quod tolli non poſsit Consilio, vel arenga.

Quod Notarius Consulum teneatur facere unum librum, in quo scribat nomina hominum, qui serviunt Communi.

LVII. De omnibus, et singulis hominibus, et personis, qui, seu quę Communi Mevanię serviunt, et in futurum servient in aliquo opere, seu negotio Communis Consules Populi faciant fieri per Notarium eorum unum Librum, in quo scribantur per eum nomina eorumdem. Et qui primo serviunt, vel servient, primo faciat satisfieri per Camerarium dicti Communis. Et ad prędicta dicti Consules teneantur vinculo juramenti.

De dampno emendando Communi per illum, qui aufugeret jurisdictionem Communis, si Commune aliquod dampnum incurreret pro eodem.

LVIII. Si Commune Mevanię dampnificaretur in aliquo, vel subtraheretur, vel minueretur jurisdictio dicti Communis Mevanię occaſione alicujus, qui aufugeret, vel aufugiſset jurisdictionem Communis Mevanię, vel aliquas expensas incurreret, vel jam incurriſset, quod illud dampnum talis aufugiens emendare teneatur, et de facto cogatur ad ipsam emendationem faciendam. Et si Potestas negligens fuerit in prędictis, perdat de suo Salario centum Libras denariorum, et sit infamis niſi prędicta fecerit observare. Et nihilominus debeat de iis ratiocinari, et syndicari omnimodo. Et si defecerit in prędictis, per Syndicum, qui eum syndicabit debeat condempnari in poenam prędictam. Et si Commune incurreret, vel incurrere poſset aliquod dampnum in poſterum occaſione

alicujus

alicujus criminis, vel delicti alicujus spetialis personę, talis spetialis persona de facto cogatur per Potestatem, vel Offitiales ad conservandum indempne dictum Commune; ita quod Commune prędictum ex hoc damponum aliquod minime patiatur. Et hoc Statutum Potestas, et Consules ad poenam, Potestas centum librarum, et quilibet Consulum vigintiquinque librarum, et vinculo juramenti observare inmobiliter teneantur. Et dictum Capitulum sit pręcisum, quod tolli non poſsit Consilio, vel arenga.

Quod Camerarius non poſsit facere aliquam solutionem alicui, nec aliquid recipere sine apodiſsa Consulum Populi.

LIX. Camerarius Communis Mevanię, qui pro tempore fuerit, non poſsit, nec debeat facere aliquam solutionem a quinque solidis supra absque apodixa Dñorum Consulam Populi Mevanię, qui pro tempore fuerint, eorum sigillo sigillatas. Quę apodixę omnes recipiantur per Notarium Consulum. Et ipse Notarius apodixas husmodi registrare teneatur in libro dicti Communis. Et ipsis registratis, ipsas ponat in filza, ad poenam pręstiti juramenti. Et hoc Capitulum sit pręcisum, et firmum in qualibet parte ipsius quod tolli non poſsit Consilio, vel arenga.

De musto extrahendo de Mevania, et districtu, et quantum solvant per salmam.

LX. Cuilibet sit licitum extrahere de Mevania, et ejus districtu mustum, quando muſti fuerit abundantia, sine poena, et banno, solvendo Camerario Communis pro ipso

Communi

Communi recipienti duos Solidos denariorum pro qualibet Salma ad magnam. Et abundantia musti esse intelligatur quando Salma musti communiter venderetur in Mevania, et districtu vigintiquinque Solidis, et ab inde infra.

De permutationibus de Casalenis Ecclesiarum Terrę Mevaniæ.

LXI. Potestas, et Consules Terrę Mevanię teneantur vinculo juramenti, et ad poenam centum Librarum denar. pro quolibet procurare cum Dño Episcopo Spoletano, et cum Prioribus Ecclesiarum de Mevania, quod fiat permutatio de Casalenis, quę ipsę Ecclesię habent in Terra Mevania, cum hominibus de dicta Terra, qui vellent ipsam permutationem facere cum eis. Et Potestas, et Consules teneantur vinculo juramenti permutationem de ipsis Casalenis procurare, et ea omnia executioni mandare.

Quod forenses habentes possessiones in districtu Mevaniæ non possint extrahere bladum, nec legumina.

LXII. Nullus forensis habens aliquam possessionem in districtu Mevanię propriam, vel ad Laboritium, sive ad fictum, possit extrahere, vel extrahi facere extra districtum Mevanię, vel de ipso districtu aliquod genus bladi, vel leguminis: Nec ipsis forensibus, vel alteri pro eis aliqualiter per Potestatem, vel Consules, aut alium offitialem Communis licentia concedatur. Possint tamen ipsi forenses habentes podéia (a) in districtu Mevanię cum licentia Consulum extrahere extra Mevaniam, et districtum usque in unam Casariam leguminis, et non ultra, sine poena. Qui vero contrafecerit, tam extrahens

(a) Forse prędia

extrahens, quam extrahi faciens in vigintiquinque libris denar. Communi Mevaniæ condemnetur. Et Potestas, et ejus Offitiales, qui contra prædictam formam licentiam concederent, in eamdem poenam debeant condemnari. De quibus Potestas teneatur inquisitionem facere præsertim de mense Maji: Et bladum quod reperiretur eſse in terris Forensium, vel Laboratorum ipsarum terrarum recommendari facere hominibus Villarum. Et de hoc Potestas teneatur vinculo juramenti, et ad poenam centum Librarum, quod prædicta debeat integre observare. Et cuilibet sit licitum tales extrahentes capere, et in fortiam Communis ducere. Et si ob hoc in aliqua Curia molestaretur, tales capientes expensis Communis penitus defendantur.

De Pignoribus acceptis per Bajulum recolligendis.

LXIII. Quicumque fuerit acceptum aliquod pignus per aliquem Bajulum, et qui subpignoraverit, vel subpignoraret aliquam rem mobilem apud aliquem Tabernarium, vel alium artificem, aut aliquam quamcumque personam, debeat ipsum pignus elevare, et recolligere infra duos menses a die acceptionis, vel subpignorationis hujusmodi. Et si non fecerit ex tunc, qui pignus habet poſsit sine aliqua citatione, vel protestatione pro suo libito voluntatis ipsum pignus vendere bona fide, vel sibi pro justo pretio retinere quandocumque voluerit; et creditum sibi retineat, et superfluum domino ipsius pignoris reſtituat. Et prædicta locum non habeant in Usurariis. Et nullus audiatur super repetitione alicujus pignoris post elapsum tempus dictorum duorum mensium; nisi alias ipsum pignus repetierit infra dictos duos menses, quo caſu audiatur.

De

De Puteo fiendo in trivio Insulę.

LIV. Potestas, et Consules Populi ad petitionem, et requisitionem hominum Villę Montoroni eligant duos Superstites de dicta Villa, qui expensis adjacentium fieri faciant unum Puteum amplum in trivio Insulę de mense Septembri, poena centum solidorum. Et adjacentes intelligantur esse omnes homines de Monterone, et habitantes in vocabulo Insulę novę, usque ad pontem Insulę, et omnes de dicta Insula habitantes. Qui omnes teneantur, et debeant dictis Superstitibus obbedire, poena decem solidorum pro quolibet. Et Notarius Custodię: prędicta fieri facere teneatur dicto tempore ad poenam decem Librarum, et vinculo juramenti.

Quod in quacumque Familia habitante extra Mevaniam, ubi sunt plures Viri, unus de sero in Mevaniam redeat.

LXV. In quacumque familia habitante extra Mevaniam in quocumque loco districtus Mevanię ubi sunt duo, vel plures Viri majores quindecim annis, unus ipsorum omni nocte debeat redire, et pernoctare in Mevania in domo sua propria, vel conducta, pœna, et banno viginti solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Qui autem domum propriam, vel conductam, ipse, vel Pater ejus in Mevania non haberet, ad prędicta minime teneatur. Et de prędictis omnibus, et singulis Potestas teneatur, et debeat ad pœnam pręstiti juramenti, et vigintiquinque Librarum quolibet mense inquirere, et inquisitionem facere: et pręsens Capitulum per Mevaniam banniri facere in locis consuetis.

Quod Sciacquatorium, et Portæ Molendini Plani Lactonis aptentur.

LXVI. Sciacquatoria, et Portę Sciacquatoriorum Molendinorum plani

Plani Lactonis, quę sunt extra, et juxta Molendina prędicta apten-tur; et Portę ponantur in dictis Sciacquatoriis expensis adjacentium; ita quod prędictę Portę poſsint commode elevari tempore excrescen-tię aquarum; ita quod aqua tunc commode fluere poſsit. Et ad prę-dicta fieri facienda ponantur per Consules Populi duo homines de dicto Caſtro Molendinorum. Et per dictos Consules eligatur unus, qui pro tempore dictę supercrescentię aquarum, elevare, seu altiare de-beat dictas portas: Et habeat pro suo Salario quolibet anno viginti solidos denar. Et si aliquis ~~dictorum~~ dictorum sic electorum negli-gens fuerit, in centum solidis denar. pro quolibet, et vice qualibet condempnetur. Et Potestas prędicta fieri faciat de mense Augusti ad poenam centum Librarum denar.

De Fovea Collis cavanda, aptanda, et manutenenda

LXVII. Fovea Collis, quę est intra flumen juxta terram, quę olim fuit Sabbatini Eilioli, sive ſtyi (sic) quolibet anno se-mel de mense Augusti, vel Septembris ad voluntatem An-teponendi ad hęc, usque ad Stratam, quę vadit ad Caſtrum St Laurentii cavetur, et manuteneatur per omnes homines habentes Terras, et poſseſsiones in vocabulo Plaudis (a) Ta-gliani, et Foveę Collis. Et adjacentes dictę foveę intelligantur eſse, et sint omnes, et singuli habentes terras vicinas, vel poſ-seſsiones in dictis vocabulis Plaudis Tagliani, et dictę Foveę Collis. Quę fovea cavetur cupa per dictos adjacentes, et am-pla tribus pedibus ad pedem perticę. Et ibi juxta flumen ubi intrat dictum flumen, juxta dictam terram olim Sabbatini aptetur. Et fiat quidam Pons cum colump-nis groſsis, et bonis per adjacentes ipsius loci, et Pontis,

et

(a) Si oſservi anche in seguito se mai voglia dir Paludis

et foveę, quę vadit per Plaudem Sagliani.

(a)

(a) Lacuna di linee 40. nel Codice.

De denumptiantibus alicui novum opus.

LXVIII. Siqua persona denumptiaverit alicui novum opus malitiose, et injuste, in quatuor libris denar. condempnetur. Et intelligatur idem malitiose, et injuste ipsum novum opus denumptiare, si in causa subcumberet. Et non obstante jactu lapillorum edificans, seu edificare volens, si esset manifestum eum esse in possessione, et datis fidejussoribus de opere demoliendo, si apparuerit eum injuste edificasse, libere edificare possit, non obstante jure aliquo, vel Statuto. Et talis denumptiator ei, cui ipsum opus denumptiaverit teneatur ad emendationem totius dampni, quod incurreret occasione ipsius denumptiationis. Summarie, incontinenti Potestas, et ejus Curia teneatur, et debeat vinculo juramenti omni modo, quo melius fieri potest, ire, vel mittere ad locum ubi esset contentio de possessione, et inquirere de possessione loci ubi fieret, seu fieri vellet opus per convicinos loci, et per alios, prout sibi videbitur expedire.

De Barbitonsoribus.

LXIX. Nullus Barbitonsor radat festivis diebus, scilicet, Dominicis, Nativitatis Domini, Veneris Sancti, Omnium Sn., Ascensionis; nec in aliqua festivitate alicujus Evangeliste, vel Angelorum; nec in festivitate Beate Marie Virginis, Sancton. Angeli, Silvestri, Martini, Vincentii, et Georgii, nec in ostio sue domus. Contrafaciens in quinque solidis pro quolibet, et qualibet vice condempnetur. Salvo quod infirmos possit radere in eorum domibus in dictis festivitatibus, et diebus. Et nullus Barberius, vel Sanguinator dictis diebus palam sanguinem ponat, nec projiciat ante domum, poena viginti Solidorum pro quolibet, et qualibet vice; nec in ostio sue domus, ad dictam poenam.

Et

Et teneatur radere in eorum domibus quemlibet hominem pro tribus denariis tantum per barbam.

Quod nullus vendat aliquam poſseſsionem alicui, a quo dativa exigi, vel haberi non poſsit.

LXX. Quecumque persona vendiderit, vel in futurum venderet, vel alienabit terras, vel poſseſsiones, seu quocumque modo alienaverit alicui, a quo dativa exigi, vel haberi non poſsit ab Offitialibus Mevanię pro ipsis terris, et poſseſsionibus alienatis, dativam nihilominus solvere teneatur. Et hoc locum non habeat in emptionibus factis ab aliquo Monasterio, pro quibus ad colligendum dativam ipsum Monasterium, vel alius pro eo non gravetur; sed tota pecunia, seu earum pretium addatur in Gaſtro venditorum, si addita non sit.

Quod Forenses habentes poſseſsiones in districtu Mevanię faciant eas sibi accatastari

LXXI. Siquis Forensis emit, vel emerit aliquo titulo, vel alio quocumque modo poſseſsiones habuerit in diſtrictu Mevanię, faciat illas poni in Cataſto Communis Mevanię cum numero Staviorum, et ęstimatione; et de ipsa poſseſsione dativam solvere teneatur. Et si nollet, fiat per Commune unus Syndicus ad accipiendum, et vendendum fructus talis poſseſsionis, de qua non solveretur dativa; ita quod dativa hujusmodi penitus persolvatur. Et si dictus Syndicus fuerit propterea in aliqua Curia molestatus, defendatur expensis Communis Mevanię de jure, et de facto. Et omnes illi, et illę, quę vendiderint in futurum terras, et poſseſsiones aliquibus forensibus, et non fecerant, et fecerint sibi elevari de Cataſtis ipsa terras

terras, et poſseſsiones, hujusmodi venditores, et vendentes non poſsint eas aliquo modo sibi facere elevari in futurum, niſi primo, et ante omnia talis emptor Forensis, seu emptores Forenses fidejussores idoneos dederint Mevanatibus de solvendo dictas dativas, et collectas per dictum Commune in posterum imponendas pro ipsis terris, et poſseſsionibus emptis per eos a terrigenis Terrę Mevanię prędictę.

De Chiocha filiorum Andreę Bartoli, et Consortis ejus aptanda, et manutenenda.

LXXII. Aqua, quę vadit per domos filiorum Andreę Bartoli, Coli, et Petri, et Vagnoli, et Magistri Maſsei, mittatur subtus terram a Cancone (a) domus dicti Vagnoli, in qua habent filii ejus stabulum, prout recte protenditur per domos filiorum Ranaldutii Dñi Anastasii, et exeat extra murum Terrę, cum etiam via, qua nunc transit dicta aqua personę de Mevania transeuntes per ipsam, et alię circumstantes incommodum non recipiant, nec detrimentum. Et prędicta fieri debeant expensis convicinorum.

Via, quę protenditur a Ponte novo Stratę, qua itur Perusium per adjacentes ejusdem aptanda.

LXXIII. Via, quę protenditur a Ponte novo Stratę, qua itur versus Perusium, fiat, et aptetur per adjacentes dictę vię ad sensum, et voluntatem Notarii dampnorumdatorum, vel Custodię Terrę Mevanię, usque ad Molendina Plani Lactonis. Quę via fiat, et aptetur de mense Augusti proxime venturi. Et si Notarius super prędictis contrafecerit, vel negligens fuerit, in decem libris denar. Communi Mevanię condempnetur.

De

(a) Forse Cantone, angolo.

De Via nova fienda a Porta Castri Collis usque ad fontem bonum, et per quos.

LXXIV. Ad commodum, et utilitatem universitatis, hominum, et personarum Castri Collis S.ti Laurentii dirizzetur, et fiat, et fieri debeat ad petitionem, et requisitionem hominum dicti Castri, Consulum dicti Castri quædam via ampla una mezzenga, sicut recte vergit, et protenditur, a Porta dicti Castri, usque ad fontem Bonum, expensis hominum dicti Castri. Et ad prædictum opus fieri faciendum eligantur per Consules Populi duo Superstites, qui prædictum opus fieri faciant per homines dicti Castri. Qui Superstites potestatem, et baliam habeant dictum opus fieri faciendum sicut eis videbitur per dictam rectitudinem. Quibus Superstitibus quilibet dictorum hominum debeat obedire, ad pœnam viginti solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et Potestas, et Consules Populi teneantur, et debeant dictam Viam, seu opus fieri facere expensis hominum dicti Castri. Et viæ per quas nunc itur ad dictum fontem ab area Rosciolli Lombardi, et Bottoni Adduli usque ad aliam viam novam fictidam ( ), et quælibet alia via ad eundum ad dictum fontem non necessaria reclaudantur, et emantur per tenentes, et habentes possessiones juxta ipsas a dicta universitate secundum æstimationem faciendam de eis per duos homines eligendos, unum videlicet pro parte dictorum adjacentium, et tenentium, et habentium terras, et possessiones juxta ipsas vias; et alium pro parte hominum universitatis dicti Castri. Et de pretio percipiendo ex ipsis viis solvatur, et satisfiat illis, quibus accepta fuerit terra pro dicta via nova fienda.

Et

(a) Forte factam.

Et ad emendum vias prędictas Potestas Communis Mevanię qui pro tempore fuerit possit, teneatur, et debeat ad poenam vigintiquinque Librarum denar: sine strepitu et figura judicii cogere, et cogi facere realiter, et personaliter adjacentes omnes, et singulos tenentes, et habentes possessiones juxta vias veteres suspradictas ad petitionem Consulum dicti Castri.

Quod nullus de Castro Collis S. Laurentii, Gaglioli, et Girione vendat domos, quas habet in Mevania.

LXXV. Nullus habitator Castrorum S. Laurentii, Gaglioli, et Girionis habens domos in Mevania possit, et debeat illas vendere, vel alienare, ad poenam vigintiquinque Librarum denar. Et de domibus, quas ipsi habent in Mevania fiat unum registrum, et scribantur in uno Libro per Camerarium dicti Communis observando. Et siqua de ipsis post ipsam Scripturam alienatio reperiretur facta sine deliberatione Consilii generalis, non valeat, nec teneat: Sed ipso facto ipsa domus sit Communi Mevanię applicata. Et quilibet Potestas tempore sui regiminis teneatur, et debeat semel inquirere de prędictis. Et nullus ad dicta Castra, ~~intret~~ vel aliquod ipsorum intret aliunde, quam per Portas eorum, ad poenam decem Librarum denar. Et quicumque in foveis dictor. Castrorum, vel alicujus eorum aliquod ingommoramentum lignorum, letamine[(a)], vel alicujus cujuscumque rei fecerit, vel posuerit, ipsas res, seu ingommoramentum hujusmodi debeat elevare ad poenam Centum Solidorum den. Et nihilominus de ingommoramento hujusmodi in

poenam

(a) Forse = lętaminis =

pœnam prędictam talis debeat condempnari.

Quod nulla persona, quę non sit habitatrix Castri Collis S.t Laurentii, Gaglioli, vel Girione possit ędificare aliquam domum in ipsis Castris, nec prope ipsa Castra.

LXXVI. Nulla persona, quę non sit habitatrix, vel fuerit habitatrix Castrorum Collis S.t Laurentii, Gaglioli, et Girione, vel alicujus eorum possit, ~~nec~~ debeat in ipsis Castris, vel aliquo eorum, nec prope ipsa Castra, vel aliquod eorum per centum perticas aliquam domum, seu ędificium fundare, facere, vel ędificare; nec fundari, vel ędificari facere. Contrafaciens in quinque Libris denar. condempnetur. Et si aliquis ędificaret (a) vel in posterum ędificaret, Potestas, et Consules qui pro tempore fuerint, ad pœnam centum librarum Potestas, et quilibet Consulum viginti quinque Librarum denar. et vinculo juramenti possint, teneantur, et debeant talem domum, sive ędificium incontinenti cum ad eorum notitiam pervenerit, facere destrui, et funditus devastari. Et habitatores dictorum Castrorum intelligantur, et pro habitatoribus habeantur omnes, et singuli, qui continue habitaverint in ipsis Castris, vel aliquo eorum a decem annis citra.

Quod Pons foveę Abyssi manuteneatur per adjacentes.

LXXVII. Pons foveę Abyssi, qui est juxta trivium filiorum Uguicaovelli manuteneatur, et aptetur per adjacentes ipsius quotiens fuerit oportunum, ad petitionem quatuor ex adjacentibus

(a) Forse ędificaverit

adjacentibus prędictis. Et nullus debeat ipsum Pontem destruere, Et ille, qui destrueret in centum solidis denar. Communi Mevanię condempnetur. Et cuilibet sit licitum accusare, et denumptiare: Et accusatori, et denumptiatori cuilibet stetur, et credatur: Et accusator habeat medietatem banni, et in credentia teneatur.

Quod nulla persona ędificet prope Vias publicas sine licentia Potestatis, et Consulum Populi.

LXXVIII. Nulla persona prope vias publicas intra Mevaniam, et Burgo ędificet, vel ędificari faciat, nisi primo requirat Potestatem, et Consules, aliter vel ipsos Consules. Qui Potestas, et Consules facta requisitione hujusmodi, mittant, et mittere teneantur Viarios Communis, cum quibus unus, vel duo ex ipsis Consulibus ire, et mittere debeant ad videndum dictum opus faciendum juxta ipsas vias. Et ipsi Potestas, et Consules, et Viarii, et quilibet eorum teneantur vinculo juramenti, et ad poenam vigintiquinque librarum pro quolibet, non permittere quod aliqua via publica occupetur, vel restringatur. Et semper in principio cujuslibet operis faciendi juxta ipsas vias dicti Viarii debeant interesse, et videre ipsum opus; ita quod non fiat in prejudicium Communis, nec ipsarum viarum, ad dictam poenam. Contrafaciens aliter ędificando quod dictum est, usque in quantitatem decem librarum Communi Mevanię condempnetur, prout Potestati videbitur. Et hoc capitulum singulis duobus mensibus banniatur.

Quod

Quod nulla persona deferat Mevaniam Canepam Fulginatem.

LXXIX. Nulla persona debeat Canipam Fulginatem in Mevaniam ~~deferre~~, vel districtum deferre, nec ad vendendum tenere. Contrafaciens in decem solidis pro manna qualibet condempnetur. Et cuilibet liceat accusare, et habeat medietatem banni, et in credentia teneatur. Et Potestas teneatur, et debeat qualibet die martis mittere Notarium suum ad Forum Canipę ad inquirendum de prędictis. Et super inquisitione facienda per ipsum Notarium iis ipse Notarius recipere teneatur usque in decem testes ad minus. Et reperti culpabiles in prędictis in poena prędicta debeant condempnari.

De fossato Piscatorii cavando, et dirizzando per adjacentes.

LXXX. Fossatum Piscatorii dirizzetur, et allargetur a terra hęredum Petrutii Larioli, in qua aqua decurrens rupturam fecit, usque ad Vineam Laurentii Ciccoli Manoaroni; ita quod dictum Fossatum, sive aqua per eum labens, seu decurrens reintret, et labatur in alveum vetus dicti Fossati juxta dictam (a) incipiendo. Et prędicta fiant per adjacentes dicti Fossati. Et terra, quę pro prędictis fiendis accipéretur, seu tagliaretur, ematur per adjacentes prędictos secundum ęstimationem fiendam per duos homines eligendos, unum per dictos adjacentes, et alium per illum, seu illos, cujus, vel quorum fuerint dictę terrę. Qui duo si non fuerint in ęstimando concordes, a dictis partibus tertius eligatur. Et adjacentes dicti Fossati in cavaminibus prędictis

sint,

(a) Sembra mancare Vineam, o terram.

sint, et eſse intelligantur habentes poſseſsiones a dicta ruptura usque ad formam Timię, quibus aqua dicti Foſsati tempore inundationis aquarum potest damponum inferre. Et prędicta fieri facere teneantur Potestas (a) Mevanię, qui pro tempore fuerit infra quatuor menses postquam ab eo petitum fuerit per quatuor ex dictis adjacentibus, ad poenam vigintiquinque Librarum, et vinculo juramenti; ad petitionem, et requisitionem adjacentium prędictorum, vel quatuor ex eis ponere, et eligere super ipso opere duos bonos Superstites, qui continue ad ipsum opus stare debeant, donec fuerit bene, et idonee expeditum. Quibus Superstitibus quilibet debeat obedire ad pœnam decem Solidorum. Et prędicta omnia dicti Consules facere, et executioni mandare teneantur ad dictam poenam ad petitionem, et requisitionem quatuor ex adjacentibus supradictis

De Foſsato Musulei dirizzando, et aptando.

LXXXI. Ad petitionem, et requisitionem octo, vel decem ex adjacentibus Foſsati Musulei, qui labitur, et transcurrit per Stratam novam, qua itur ad Montemfalconem, dictum Foſsatum, et aqua ipsius ad hoc ut in ipsa Strata, et in terris hominum habentium terras, et vineas prope eum, damponum dare non poſsit, tollatur, et levetur in totum ex inde, et mittatur, et derivetur, ac dirizzetur per locum convenientem, magis curtum, et minus damponosum ad sensum, et voluntatem unius boni Magistri super hoc per ipsos adjacentes eligendi Quod Foſsatum dirizzetur, et fiat per ipsos adjacentes expensis omnium ipsorum adjacentium; ita quod Commune Mevanię in opere hujusmodi nihil mittat, nec solvat. Et

(a) Manca forse = et Consules Populi = i quali si veggono richiamati in fine del Capitolo

Et ad ipsum opus fieri faciendum Notarius dampnorumdatorum Communis ire, et stare teneatur ad petitionem, et requisitionem illorum Superstitum super hoc ad petitionem dictorum adjacentium per Consules Populi eligendorum, quotiens, et quando fuerit requisitus, ad poenam decem librarum, et vinculo juramenti. Et dictus Magister sit forensis, et habeat pro suo Salario id quod sibi per dictos Consules fuerit ordinatum. Quod Salarium detur, et solvatur dicto Magistro per adjacentes Fossati predicti.

Quod omnes Notarii habentes aliquod instrumentum ad Commune pertinens debeant illum restituere infra terminum bannimenti.

LXXXII. Potestas Communis Mevanię primo mense sui regiminis publice per Mevaniam banniri faciat, quod quicumque Notarius, vel alia quęcumque persona habet aliquod instrumentum ad Commune Mevanię pertinens, ipsum infra octo dies post dictum bannimentum Consulibus Populi Mevanię restituat, et restituere teneatur ad poenam vigintiquinque Librarum, si ipsum scienter habuerit, vel tenuerit. De quibus instrumentis satisfiat ipsis Notariis ad voluntatem Potestatis, et Consulum usque in quantitatem decem Solidorum pro quolibet instrumento.

Quod forenses volentes habitare in Mevania debeant dare fidejussores in Communi de solvendo omnem condempnationem de eo faciendam occasione malefitii per eum committendi.

LXXXIII. Quicumque Foretanus est, vel fuit de Terra unde est exbannitus, et vellet morari in Terra Mevanię, infra quatuor dies det, et assignet Communi Mevanię bonas, et idoneas

cautiones

cautiones de solvendo omnem condemnationem, quę de eo fieret occasione alicujus malefitii per eum in Terra Mevanię, vel districtu committendi. Si vero dictas cautiones non dederit, seu dare non potuerit, de Mevania, et ejus districtu expellatur infra tres dies postquam sibi esset injunctum de cautione prędicta. Contra quos Potestas habeat potestatem poenas imponendi, et de prędictis inquirendi prout de sua processerit voluntate; et diligenter de iis inquirere teneatur.

Quod proponatur in Consilio de reparatione Murorum Castrorum S.ᵗ Laurentii, Gaglioli, et Girione.

LXXXIV. Quandocumque muri Castrorum Gaglioli, Gerioni, et Turris S.ᵗ Laurentii diruti essent, et reparatione, aut refectione quomodolibet indigerent, Consules Populi Terrę Mevanię prę=sentes, et qui pro tempore fuerint, si, et quando per Universitates dictorum Castrorum, vel alicujus eorum fuerint requisiti, proponant, et proponi faciant in generali Consilio dictę Terrę de, et super eo, super quo, et de quo fuerint requisiti, videlicet de, et super acconcime, et refectione, et reparatione dictorum murorum, et cujuslibet eorum. Et quod in dicto Consilio deliberatum extiterit plenam obtineat roboris firmitatem.

De modo dando Mattonariis

LXXXV. Mactonariis, qui faciunt, seu facient mactones, Coppos, vel tegulas in Mevania, vel districtu, detur forma, et modus infra primum mensem regiminis Potestatis, quem habent mactonarii de Perusio, et ad dictum modum ab inde in antea omnes mactonarii, et volentes mactones, coppos, et tigulas facere, facere teneantur ad poenam decem librarum per quemlibet. Et forma prędicta signetur in quodam lapide Communis: hoc addito quod

milliare

milliare mactonorum vendatur septem libris denar. tantum. Contrafaciens in centum solidis denar. Communi Mevaniæ condempnetur, et in amissione dictorum mactonorum, sive coppsorum; cujus pœnæ medietas sit Comunis, et alia sit denumptiantis, vel ementis.

Quod omnia arenaria juxta flumina sint expedita.

LXXXVI. Omnia arenaria juxta flumina sint expedita et libera; et nullus ea debeat claudere, nec modo aliquo occupare poena, et banno decem Librarum denar. Et nullus in ipsis arenariis, vel aliquo eorum projiciat lætamen poena decem solidorum pro qualibet vice. Et prædicta banniantur primo mense regiminis Potestatis.

De dampno emendando per Commune, vel adjacentes quando aliquod opus per Commune, vel adjacentes fieret.

LXXXVII. Quandocumque contigerit fieri aliquod opus per Commune Mevaniæ, vel per adjacentes, et de ipso opere aliquæ speciales personæ dampnum sustinerent, ipsum dampnum debeat emendari per Commune, quando opus fieret per Commune: et si pro adjacentibus, per adjacentes debeat emendari. Et prædicta Potestas observari facere teneatur pœna centum Librarum denar.

Quod ubicumque in hoc volumine Statutorum haberetur mentio de Potestate, intelligatur et de Judice.

LXXXVIII. Ubicumque in hoc Volumine Statutorum haberetur mentio de Potestate, intelligatur et de Judice, vel Vi-

Vicario, tam in faciendo, quam in omittendo.

De dampno emendando per Commune occasione ignis extinguendi.

LXXXIX. Siqua persona substinuerit aliquod dampnum occasione alicujus ignis extinguendi, qui esset in domo alicujus sui convicini, illud dampnum sibi per Commune emendetur. Et si aliqua broccha alicui dicta occasione frangeretur, seu rumperetur, Camerarius Communis ipsum dampnum emendare teneatur de bonis dicti Communis; dummodo pretium alicujus brocchę non excedat quantitatem duorum Solidorum denar. Et credatur de hoc simplici verbo dampnum patientis sine sacramento pręstando de dicta broccha. Et ęstimatio prędicti dampni fiat omni juris ordine prętermisso. Et super ęstimatione dicti dampni ponantur duo Magistri, qui jurent ipsam ęstimationem facere bona fide, sine fraude; et relationi ipsorum ęstimatorum stetur, et credatur. Et ipsam Potestas, et Consules infra quindecim dies persolvi, et dari faciant poena quindecim librarum denar. pro quolibet.

Quod siqua Statuta essent sibi contraria Potestas declinet in benigniorem partem: et quod major pars Statutorum prędictorum possit ipsas contrarietates declarare.

XC. Si aliqua Statuta essent contraria sibi, vel adversaria, Potestas, et ejus Curia declinent in benigniorem, et humaniorem partem, vel sententiam. Et si aliquod dubium esset, vel reperiretur in ~~dictis Statutis~~ aliquo ex dictis Statutis, Conditores pręsentis Voluminis Statutorum, vel major pars ipsorum dictum dubium debeat emendare, vel declarare. Et si dicti Conditores

non

non reperirentur, tunc ipsum dubium, seu contrarietas declaretur, et declarari possit, et debeat per Consules Populi. Et quod per dictos Conditores, vel majorem partem ipsorum, seu per dictos Consules Populi factum, et declaratum fuerit, valeat, et teneat, et executioni mandetur, ac si per dictos Conditores Statutorum factum, et declaratum esset.

Quod Consules Populi possint condempnare Potestatem, et ejus Offitiales.

XCI. Consules Populi, vel major pars ipsorum possint, et debeant condempnare Potestatem, et singulos Offitiales ipsius, qui non observarent, vel exequerentur, et qui non observabunt omnia Capitula Statutorum Communis, et Populi Mevanię, reformationes, et ordinamenta Consiliorum, et pœnas, et banna in dictis Statutis, ordinamentis dicti Communis, et Populi, hujusmodi Capitulis, et reformationibus.[a] Et prędicta dictus Dnus Potestas debeat observare, et observari facere per se, et suos Offitiales, et Familiares poena quinquaginta Librarum denar. infra tempus ejusdem impositarum per Consules Populi, qui pro tempore fuerint. Et super iis prędicti Consules habeant merum, et mistum imperium. Et si prędicta non fierent, fiant per Syndicum Communis, qui eos syndicabit.

Poena laborantis de bonis alicujus, qui aufugeret jurisdictionem Comunis Mevan.

XCII. Si aliquis non suppositus jurisdictioni Communis Mevanię fecerit aliquem citari, vel vocari extra Curiam Mevanię occasione alicujus possessionis sitę in Territorio Mevanię, nullus de Mevania, vel ejus districtu laboret, vel laborari faciat ipsam possessionem, qui talem Mevanatem fecerit citari extra Curiam

(a) Manca = contenta =

~~Curiam~~ Mevaniam, vel extra Curiam Mevanię, ad pœnam quinquaginta librarum pro quolibet, et vice qualibet: dummodo hoc Capitulum non sit contra Ecclesiasticam Libertatem.

Pœna facientis suzzuram in Trasannis Communis, vel in Stratis.

XCIII. Nulla persona faciat turpitudinem, vel suzzuram in trasannis, vel logiis Communis, nec in Palatio, nec in Stratis, seu via publica, vel vicinali. Contrafaciens in aliquo prędictorum in decem solidis denar. pro vice qualibet condempnetur. Et cuilibet sit licitum accusare, et teneatur in credentia, et habeat quartam partem banni. Et Notarius Viarum teneatur de dicta suzzura quolibet die Sabbati inquisitionem facere, et quotiens fuerit ab aliquo requisitus. Et faciat jurare vicinos loci ubi suzzura fieret ad petitionem petentis. Et si aliquis ad petitionem Notarii jurare noluerit, condempnetur in decem solidis. Et Notarius prędictus teneatur omnes culpabiles, et sibi non obedientes denumptiare Notario Potestatis, qui dictam poenam exigere possit; ac etiam teneatur a contrafacientibus in prędictis, vel aliquo prędictorum. Et in trasanna superiori Communis fiant duo gradus lapidei bene murati ad calcem, et arenam. Et prędicta Potestas, et Consules teneantur fieri facere de mense Maji. Et nullus habens domum juxta ipsas trasannas, vel alteram earum habeat deinceps in muris domus ipsius, seu muro aliquod privatum Sciacquatorium. Et siquis haberet ipsum privatum Sciacquatorium, vel in muris, seu muro prędictis juxta ipsas trasannas, illud debeat remurare, et removere infra octo dies, ad poenam centum Librarum denariorum.

Quod

Quod bladum, et legumen infra certum tempus Mevaniam reducatur.

XCIV. Omnes et singulę personę de Mevania, et ejus districtu teneantur, et debeant ducere, et portare infra portas Terrę Mevanię totum bladum, vel legumen quod recolligent, et habebunt, scilicet intro portas, quę clauduntur; infra octo dies postquam concium, et tritum, seu bactutum fuerit. Contrafaciens in decem Libris denariorum condempnetur. Non habentes vero domum infra dictas portas, possint bladum, et legumen reponere in eorum domibus, quas habent infra foveas, et burgos. Liceat tamen habitantibus extra Mevaniam retinere pro eorum victu bladum, et legumen pro uno mense tantum, pro se, et eorum filiis. Et dictum Capitulum banniatur diebus festivis de mensibus Julii, et Augusti.

Quod nullus vendat alicui Forensi aliquod genus bladi, vel leguminis.

XCV. Nulla persona vendat aliquod genus bladi, vel leguminis, vel farinę alicui Foretano scienter, domum non habenti in Mevania, vel ejus districtu, ad poenam viginti solidorum denar. pro qualibet raseria, salvis poenis ordinatis per formam Statutorum dantibus auxilium, vel favorem extrahentibus grasciam, et vendentibus granum, seu bladum contra formam Statutorum.

Quod Potestas, et sui Offitiales non emant bladum ultra illud, quod sibi, et suę familię suffitiat.

XCVI. Potestas, vel sui offitiales, vel familiares per se, vel alium non possint emere bladum, farinam, vinum, oleum, vel aliquod genus grassię, nisi quantum sibi, et familię sufficiat, poena, et banno quinquaginta Librarum: et perdat totum quod emerit ultra, et deveniat in Commune.

De

De licentia danda Religiosis personis extrahendi bladum de Mevania, et ejus districtu.

XCVII. De licentia danda, vel non Religiosis miserabilibus, et Ecclesiasticis personis habentibus poſseſsiones in districtu Mevaniæ portandi bladum, legumen, oleum, et Vinum, quod in dictis poſseſsionibus haberent, sit in providentia Potestatis, et Consulum Populi, et Consilii generalis. Et quod factum fuerit per duas partes debeat obtinere. Et idem fiat, et intelligatur in aliis rebus vetitis, siquis licentiam petierit extrahendi.

Quod Potestas, et ejus Curia debeat omnia Statuta exequutioni mandare infra tempora in eis contenta.

XCVIII. Potestas, et ejus Curia, et Consules Populi omnia Statuta Communis infra tempora in eis contenta debeant executioni mandare; et quicquid in eis continetur facere observari. Et si contigerit ipsum, vel ipsos eſse negligentes, vel remiſsos, quod non facerent, vel observarent infra tempora in ipsis contenta, nihilominus post tempora facere, et observare poſsint, et debeant congruo tempore, et loco; Salva remanente pœna commiſsa per ipsos, quia et tempora non fecerunt.

De custodia Turrium Castrorum Gaglioli, Girioni, et Sancti Laurentii.

XCIX. Turres Caſtrorum Gaglioli, Girioni, et Sancti Laurentii custodiantur secundum quod in Consilio generali fuerit ordinatum, datis a Custodibus bonis, et idoneis fidejuſsoribus. Et siquis de dictis Custodibus Turrium, vel

vel alterius earum descenderet de ipsa Turri, condempnetur pro qualibet vice in centum Solidis.

Quod Mulieres non vadant de nocte cum lumine, nec sine.

C. Nulla Mulier vadat de nocte a Kalendis Maji usque ad Kalendas Novembris, nec aliquo tempore vadat post tertium sonum Campanę, usque ad sonum Campanę quę pulsatur pro signo diei, aliqua occasione, vel causa, cum lumine, nec sine, exceptis illis, quę portant panem ad furnum; et quę irent ad aliquem infirmum; et Fornariis, et quę irent ad aliquam infantatam, et quę irent ad aliquem ignem dampnosum; et etiam tempore vindemiarum dumtaxat in trascinando (a). Contrafaciens in decem Solidis denariorum de suis dotibus Communi Mevanię pro vice qualibet condempnetur. Et hoc Potestas, et Consules primo mense regiminis eorum banniri faciant vinculo juramenti. Et hoc Capitulum non vendicet sibi locum contra illas; quę irent de domo sua ad domum alicujus usque in tertiam domum sui Convicini; nec contra illas, quę irent cum aliquo suo consanguineo usque in tertium gradum.

De proposita facienda per Potestatem super accuncimine Terrę Mevanię.

CI. Potestas infra primum mensem sui regiminis teneatur proponere in Consilio generali Communis, et Populi de munimine, et accuncimine Terrę Mevanię, de foveis, et etiam de muris faciendis. Et prout in dicto Consilio fuerit ordinatum, ita exequutioni mandetur poena centum Librarum denariorum.

(a) Così nel Codice

Quod Consules Populi, nec eorum Notarius, nec Camerarius Communis aliquid emat de bonis Communis.

CII. Nullus offitialis, nec Consules Populi, vel alter eorum, nec Notarius eorum, nec Camerarius Communis per se vel interpositam personam aliquid de bonis Communis emat, poena quinquaginta librarum denar: Nec emat per se, vel alium de grano, vel alio blado de moltura Molendini Communis, vel farinam; vel de alio blado a Conductoribus, vel molendinariis ipsorum Molendinorum, ad dictam poenam. Nec poſsit emere bladū, nec farinam, niſi pro sola neceſsitate eorum, quantum eis, et suę familię sufficiat tempore sui offitii, ad dictam poenam. Nec per se, nec per alium accoſtimet, seu accoſtumari faciat aliquid de supradictis bonis, ac redditibus Communis, ad dictam poenam.

Quod siquis confessus fuerit se dediſse aliquod servitium ad omnes operas faciendas per Commune, vel adjacentes, non teneatur ad poenam.

CIII. Si hactenus aliquis dedit, vel in futurum daret aliquod servitium alicui offitiali, si hoc confitetur, seu hactenus confeſsus eſset sponte ad hoc ut lucra inhoneſta per offitiales facta, vel facienda inveniantur, non teneatur ad poenam.

Quod Potestas teneatur mittere Notarium suum ad omnes operas faciendas per Commune, vel adjacentes.

CIV. Poteſtas Communis Mevanię requiſitus teneatur mittere Notarium suum qui erit super damnis datis, et facere intereſse omnibus, et singulis operibus faciendis in Mevania, et diſtrictu, sive per Commune fierent, sive per adjacentes, sine aliquo salario

salario, vel mercede a Communi, vel spetialibus personis habenda.
Et ipse Notarius poenas imponere possit. Cui Notario quilibet debeat obedire ad poenam quadraginta Solidorum. Et si Potestas negligens fuerit in prędictis in vigintiquinque Libris condempnetur. Et hoc Capitulum sit pręcisum.

De operibus per Consules fieri faciendis.

CV. Consules Populi Mevanię teneantur, et debeant fieri facere omnes, et singulas operas, utiles, et necessarias in Mevania, et districtu, scilicet, foveas, formas, fontes, pontes, et similia per Commune Mevanię, ubi pro Communi essent facienda, secundum deliberationem Consilii generalis, ad poenam quinquaginta Librarum pro quolibet eorum. Teneantur etiam fieri facere omnes, et singulas operas ad petitionem quinque, vel sex ex adjacentibus loci, ubi fieri peterentur, scilicet, foveas, pontes, vias, et his similia. Et super operibus ipsis Superstites apponere, quibus teneantur obedire quilibet, ad poenam viginti Solidorum pro quolibet. In quibus poenis contrafaciens debeat per Potestatem Communis Mevanię condempnari. Et pontes antiqui removeri non possint de loco ubi esse consueverunt, et modo sunt, Statuto aliquo non obstante.

Ubi fieri debeat forum Canapæ.

CVI. Forum Canapę fiat a porta Juntulę supra usque ad portam Sancti Vincentii, et fieri debeat, et non alibi. Et si qui se alibi congregarent ad dictum forum faciendum in duodecim denariis pro quolibet Communi Mevanię pro vice qualibet condempnetur: Et nihilominus debeant ipsam Canipam elevare. Et cuilibet sit licitum accusare contrafacientes, et teneatur in credentia. Et Potestas diebus fori quotiens fuerit

fuerit requisitus ab aliquo ad videndum si alibi sit dictum foro mittat suum Notarium. Et si alibi fieri invenerit, contrafacientes referat, et denumptiet, et Canipam faciat removeri; et in poenam prędictam quemlibet contrafacientem Poteſtas condempnet pro vice qualibet. Et hoc Capitulum sit pręcisum, et tolli non poſsit. Et dictum Capitulum banniatur primo mense regiminis Poteſtatis.

De habentibus murum communem.

CVII. Siqui habent murum communem, liceat utrisque murare super eo pro libito voluntatis, et si una partium muraverit, seu murare non fecerit, non poſsit in muro noviter faciendo aliquid apponere, vel ex eo utilitatem percipere, usquequo parti, quę ipsum murum feciſset satisfecerit pro medietate expensarum ad sensum duorum Magistrorum ab eis communiter ponendorum. Contrafaciens in ponendo, vel appodiando aliquod contra dictam formam, in centum Solidis denariorum pro vice qualibet condempnetur. Et quilibet murans a parte alicujus sui Consortis teneatur facere, et mittere schiaccias in ipso muro, ita quod ab aqua non lędatur domus consortis. Qui Magistri poni debeant ad petitionem petentis. Et nihilominus talem novitatem amovere penitus teneatur. Et siquis in aliquo muro alicujus stantię juxta Casalenum, seu domum alterius inmiserit seu appodiaverit aliquod lignum, seu tignum, seu aliam novitatem fecerit in ipso muro, per talem inmiſsionem, et appodiationem, et alterius novitatis factionem, et cujus fuerit murus, nullum generetur pręjuditium, sive servitus; nec eidem occupanti jus aliquod, seu pręscriptio acquiratur per quodcum-

que

quodcumque tempus poſsit petere amoveri. Et cum petierit teneatur ipse occupans ad poenam vigintiquinque Librarum amovere.

Quod homines Caſtri Sancti Laurentii tractentur ut Mevanates.

CVIII. Homines Caſtri S.Laurentii, et personę omnes ejusdem Caſtri tractentur prout alii Mevanates, et homines de Mevania: Et contra eos non fiat aliqua novitas, quę non fieret aliis Mevanatibus. Et prędicta Potestas, et Consules Populi teneantur observare, et observari facere vinculo juramenti, et ad poenam quinque librarum. Et si aliter fieret, non valeat, nec teneat ipso jure.

De Senaitis Gaglioli, Girione[a], Cerrupsi, et Ciriani reinveniendis.

CIX. Poteſtas, et Consules Populi Mevanię vinculo juramenti teneantur, et debeant de mense Iulii proxime venturi facere reinveniri Senaitas, quę fuerunt inter territorium Gualdi capſta   et jurisdictionem quę fuit Gaglioli, Gerione, Cerrupsi, et Ciriani: Et ipsa   reinventa faciat eam terminari. Et prędicta Potestas, et Consules exequantur, ad poenam quinquaginta Librarum denar. Potestati, et cuilibet Consulum contrafacienti vigintiquinque Librarum denar.

Quod muri Communis incepti murari compleantur, et perficiantur.

CX. Omnes et singuli homines, qui acceperint, et conduxerint a Communi muros ipsius ad faciendum, et construendum, debeant illos complere, et perficere prout eis manda-

tum

(a) Sembra nel Codice esser scritto Radioni, sinonimo forse di quel Luogo, come appare altrove.

mandatum erit per Potestatem, et Consules Populi. Et Potestas, et ejus Vicarius teneatur, et debeat pœna quinquaginta Librarum denar. et inquirere de prędictis, et compleri facere, et reinvenire dictos Conductores, et ipsos cogere realiter, et personaliter ad prędicta complenda.

De muris circumcirca Terram Mevaniam reparandis.

CXI. Ubicumque circumcirca Mevaniam murus Communis esset devastatus, vel in diminutione (a), vel reparatione, seu refectione aliqua indigeret, ~~teneatur, et debeat~~ teneatur, et debeat ipsum murum reparare, reficere, et reaptare ille, qui domum habet, sive Casalenum juxta ipsum murum, qui esset devastatus, vel qui reparatione, vel reaptatione indigeret, ad poenam decem Librarum denar. Et per Commune Mevanię detur tota calcina ipsi operi oportuna. Et Camerarius Communis Mevanię teneatur tali petenti dictam calcinam dare, ad petitionem cujuslibet petentis vinculo juramenti, requisito primo Potestate, Consulibus, et Camerario si indiget refectione, vel non.

De muro fiendo a domo Pucciarelli Magistri Abbatis usque ad domum Mascioli Lunardi.

CXII. Fiat, et fieri debeat per Commune Mevanię quidam murus a cantone domus Pucciarelli Magistri Abbatis, usque ad domum Massioli Lunardi, et omnes habentes Casalenum intra dictum murum usque ad alium murum Communis dictę Terrę solvant pro dicto muro

fiendo

fiendo prout solverunt omnes habentes Casalenum Mevaniæ. Et facto dicto muro aperiatur via qua itur, et est juxta domum filiorum Johannoli Bonajontæ, prout Consulibus Populi, qui pro tempore fuerint, videbitur convenire, usque ad Sanctam Margaritam. Et domus, quæ devastarentur pro dicta via emantur per Commune Mevaniæ. Et Potestas, et Consules Populi teneantur vinculo juramenti, et ad poenam quinquaginta librarum prædicta omnia facere observari.

De domibus, et casalenis Communis sub pacto datis.

CXIII. Si fuerit data, vel concessa alicui aliqua domus, vel casalenum per Commune Mevaniæ sub aliquo pacto, vel conductu (a) et non fuerit per ipsum dictum conductum, seu pactum observatum, ita quod talis domus, vel Casalenum ad Commune Mevaniæ deberet redire, vel occasione pacti, vel conditionis non servatorum in poenam incidisset, ille, cui concessa esset, dicta domus, vel casalenum per Syndicum Communis Mevaniæ apprehendatur, et teneatur pro poena commissa donec poena esset soluta, et pactum, et conditio servata. Et liceat cuilibet accusare contrafacientes, et teneatur in credentia. Et Potestas teneatur vinculo juramenti, et ad poenam viginti Librarum de suo Salario, primo mense sui regiminis inquirere de prædictis. Et si invenerit aliquam domum de prædictis ad Commune pertinere, seu pertinere posse occasione pacti, vel conditionis non servatæ, vel occasione pœnæ commissæ, illa domus, et casalenum ad jus, et proprietatem Communis Mevaniæ reducatur, et reducere teneatur.

(a) conditione, come in appresso

De

De Campana Communis pulsanda, et per quos.

CXIV. Campana Communis pulsetur de sero pro custodia Communis Mevaniȩ per Familiam Potestatis sine aliquo Salario, vel mercede; et de mane pulsetur per dictam Familiam pro signo diei. Et omnia malefitia, quȩ committerentur in Mevania, vel districtu a prima pulsatione Campanȩ de sero, quȩ pulsatur pro custodia Terrȩ, usque ad Campanam quȩ pulsatur de mane pro signo diei, intelligantur esse commissa de nocte. Et ipsa Campana, quȩ pulsatur de sero, pulsetur in abrullito (a) vel circa inter noctem, et diem. Et Campana, quȩ pulsatur de mane, pulsetur in aurora diei inter noctem, et diem. Et Potestas Communis Mevaniȩ, qui pro tempore fuerit teneatur, et debeat dictam Campanam temporibus, et horis prȩdictis pro prȩdictis, et pro omnibus Consiliis faciendis tempore suo per dictam suam Familiam pulsari facere ad poenam vigintiquinque Librar: denar: et vinculo juramenti.

Quod Potestas, et sui Offitiales non comedant, neque bibant cum aliquo de Mevania, et districtu.

CXV. Potestas, et sui Offitiales, et Familiares non comedant, neque bibant cum aliquo Clerico, vel Laico de Mevania vel districtu, nec ab eis ensenium recipiant: Nec aliqua persona de Mevania, vel districtu cum eis, vel ipsorum altero comedat, vel bibat intra Mevaniam, vel districtum. Contrafaciens in decem Solidos denar: condempnetur. Offitiales vero, et sui Familiares in viginti Solidos denar: pro vice qualibet condempnentur. Salvo si contigerit aliquem Cardinalem, vel Episcopum Spoletanum, vel Rectorem Ducatus Spoletani, vel ejus Vicarium, seu Judicem, vel alium Numptium Romanȩ Ecclesiȩ Mevaniam venire; quod cum iis tunc comedere, et bibere

(a) nell' imbrunire.

bibere poſsint Potestas, et ejus Offitiales, et Familiares cum omnibus de Mevania, et districtu; et ipsi cum ipsis Potestate, Offitialibus, et Familiaribus. Et si contigerit aliquem magnum Dominum Mevaniam venire, Potestas, et sui Offitiales de licentia Consulum Populi cum eo, si voluerint, comedere poſsint sine pœna, et banno, habita ab eis licentia supradicta.

De non vendendo ceram operatam.

CXVI. Quicumque vendit, seu vendet ceram operatam in dupleriis, vel Candelis, non poſsit, nec debeat mittere in ipso opere niſi bombicem tantum, ad pœnam decem Librarum pro qualibet vice. Et si contigerit aliquem acquirere, et postea reddere cereum, vel candelarium aliquo tempore, nullus poſsit, nec debeat accipere, vel habere, niſi sex denariis per libram ad pœnam prędictam. Et nullus in cera operata audeat, vel pręsumat inmittere, vel inmiscere tormentinam, farinam cicerum, seu fabarum; sed ipsam ceram puram debeat operari. Et siquis defecerit inmiscendo aliquid in cera prędicta operata, vel non operata, et fraudem aliquam committeret, solvat poenam vigintiquinque librarum qualibet vice, et per Poteſtatem in dicta poena debeat condempnari. Et ipse Poteſtas in principio sui regiminis, primo mense, facientes, et fieri facientes candelaria, seu candelas, jurare faciat, quod dictum Capitulum debeant observare. Et Poteſtas de prędictis inquirere debeat tribus vicibus tempore sui regiminis una cum aliquo Spetiario cum juramento. Qui Spetialis cognoscat de cera prędicta, si commiſsa est fraus in ea.

De Lapidibus, lignis, vel lętamine alicui Forensi non vendendis.

CXVII. Nulla persona vendat, donet, vel alio modo concedat

alicui

alicui Forenato, vel alii pro eo lapides, lastras, ligna, schiaccias, vel lętamen causa ea portandi extra districtum Mevanię. Et nullus permittat aliquem Forensem cavare lapides in districtu Mevanię occasione prędicta. Et nulla persona de Mevania, vel Forensis audeat, vel pręsumat extrahere cannas de districtu Mevanię. Contrafaciens in aliquo casuum prędictorum in decem libris denar. Communi Mevanię condempnetur. Et liceat cuilibet contrafacientes in prędictis, vel aliquo prędictorum accusare, et habeat medietatem banni. Et hoc Capitulum banniatur primo mense regiminis Poteſtatis.

De committentibus fraudem, et decartantibus de Libris Communis.

CXVIII. Nulla persona furetur, vel subtrahat aliquem librum, seu quaternum Communis Mevanię, aut inſtrumentum Communis prędicti, vel ad ipsum Commune pertinens; nec de ipsis libris aliquod folium, sive cartam exquaternet, vel trahat, vel de Scripturis ipsorum malitiose radat, vel cancellet, nec ipsum librum, quaternum, aut inſtrumentum in pręjuditium dicti Communis occultet. Contrafaciens usque in centum libris condempnetur. Et omne dampnum, quod dictum Commune incurreret, vel incurriſset, inde ~~quod idem~~ ipsi Communi emendet in duplum. Et licitum sit cuilibet accusare: Et Potestas de iis poſsit inquirere: Et talis delinquens suis expensis in Palatio Communis detineatur cum subscripta sui nominis, et delicti.

Mercatores vendentes pannum.

CXIX. Mercatores pannorum vendant pannum cum paſso signato, et adjustato in muro Eccleſię,

Sancti

Sancti Silveſtri, pœna quadraginta Solidorum denar. pro vice qualibet, qua contrafecerit. Et Poteſtas infra quindecim dies poſt suum introitum ipsos paſsos, et mezzengas, cum quibus mensurantur terrę, faciat adjustari vinculo juramenti, recepto primo ab eis adjustantibus juramento ut Poteſtati videbitur expedire.

Quod nullus aperiat cancellum alterius.

CXX. Nullus cancellum alterius clausum serramine, vel alio ingenio aperiat, vel intret, ad pœnam quadraginta Solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et si aliquis cancellum alterius non clausum serramine, vel alio ingenio aperuerit, vel intraverit contra voluntatem Domini ipsius in quinque Solidis pro quolibet, et vice qualibet condemnetur.

Quod omnia bona delinquentis sint statim commiſso delicto Comuni obligata.

CXXI. Omnia bona delinquentis, et jura pro delicto commiſso per eum sint statim Communi Mevanię obligata poſt quodlibet delictum per eum commiſsum; ita quod ab inde in antea alienari, vel vel obligari non poſsint. Et nulla persona

si talis faceret, alienatio non valeat ipso jure. Et siquis bona malefactoris poſt maleſitium commiſsum per eum apprehenderit, et tenuerit, et Curię infra decem dies non aſsignaverit, in viginti Libras denar. condemnetur. Et nulla persona de Mevania, vel districtu defendat bona, vel jura alicujus

alicujus delinquentis, salvo jure habentis in dictis bonis ex justa, et rationabili causa: Dum tamen nullum instrumentum producatur in aliqua Curia per aliquem de Mevania, et districtu factum ante malefitium commiſsum, quod factum fuiſset, vel factum diceretur eſse in fraudem. Et si aliquod instrumentum, quod factum diceretur eſse fictitie super bonis, et juribus alicujus malefactoris produceretur ad evadendum de manu Curię Mevanię; vel quod diceretur simulate, et in fraudem factum ad evitandum pœnam, et bannum, Poteſtas super hoc ad petitionem cujuslibet ex suo motu ad poenam centum librarum de suo salario inquirere teneatur, et debeat diligenter super ipso instrumento recipiendo multos teſtes. Et si invenerit per decem testes fide dignos publicam vocem, et famam eſse, vel quod ita credatur per ipsos quod dictus contractus fuiſset fictitie factus, vel simulate conceptus, sit nullius valoris; et cancelletur tam de registro, quam de charta. Et producens illud, si in ea productione perseveraverit usque in teſtium productionem, usque in quadraginta libras denariorum condemponetur, inspecta qualitate negotii, et conditione personarum. Et hoc Capitulum per Mevaniam singulis mensibus banniatur.

Quod quilibet poſsit defendere Parentem in publico.

CXXII. Siqua persona Parentes, Fratres, vel Liberos, Nepotes carnales, vel Patruos, vel Avunculos carnales, sive Amitam, vel Materteram carnales, vel Vir Uxorem, vel Uxor Virum, vel Gener Socerum, vel Cognatum vel se defendendo contra quamcumque personam Mevanatem, vel

vel contra Forensem offendentem, vel offendere volentem, commiserit aliquod malefitium, ad poenam aliquam minime teneatur

Pœna venantis ad Pernices.

CXXIII. Nulla persona venetur, nec venari audeat vel præsumat cum panno rubeo ad pernices ad pœnam viginti solidorum pro qualibet vice. Et cuilibet liceat accusare contrafacientes, et habeat tertiam partem banni.

Pœna reimplentium formas Paludis Feccioli.

CXXIV. Nulla persona repleat formas Paludis Feccioli, nec transeat super eas, nisi per Pontes earum: et in eis nullum engomboramentum ponat, vel faciat. Contrafaciens in quadraginta solidis pro vice qualibet condempnetur. Et nullus in eis, vel forma abyssi canipam maceret ad dictam poenam. Et in forma de medio ipsius Paludis fiant duo Pontes per adjacentes, et facti manuteneantur per eos. Et ad prædicta fieri facienda, et manutenenda, et ad denumptiandum contrafacientes eligantur per Consilium generale duo boni homines de ipsis adjacentibus, et eorum denumptiationi stetur, et habeant quartam partem banni, et in credentia teneantur. Et cuilibet liceat accusare cum uno teste fide digno; et habeat medietatem banni, et in credentia teneatur.

Pœna projicientis aquam de alto loco in Viis publicis.

CXXV. Nulla persona projiciat de die, nec de nocte ante tertium sonum Campanę in Viis publicis de aliquo loco alto aquam, seu turpitudinem: Et siquis contrafecerit, ille de cujus domo projecta fuerit puniatur in decem solidis denariorum,

Et

Et cuilibet liceat accuſare contrafacientes, et teneatur in credentia, et habeat accuſator medietatem banni. Et nullus Tabernarius vel Tabernaria pilet caldumen in Stratis, vel Viis publicis, nec in eis ſuzzuram, vel lavaturam, vel inmunditiam de die projiciat, ad pœnam decem ſolidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et cuilibet liceat accuſare contrafacientes, et ejus accuſationi, et denumptiationi ſtetur, et credatur, et habeat medietatem banni.

Pœna accipientis aliquod Vas alicui Tabernario.

CXXVI. Nulla perſona accipiat alicui Tabernario aliquod Vas ad poenam viginti ſolidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et cuilibet liceat accuſare contrafacientes. Et nullus bibat cum aliquo Vase ſigillato, ad poenam duodecim denariorum pro quolibet, et qualibet vice. Et de prędictis cuilibet liceat accuſare, et habeat medietatem banni, et teneatur in credentia.

Quod nulla perſona mittatur ad catenam.

CXXVII. Nulla perſona pro aliquo debito, vel aliqua cauſa ad catenam mittatur, vel in carceribus ponatur, niſi conſtrictus, et donec non carceretur: et ſi dare voluerit idoneos fidejuſſores de parendo mandatis Curię, et condempnationem ſolvendo de maleſitio per eum commiſſo. Et Poteſtas aſſignet eidem terminum competentem ad dandum fidejuſſores, faciendo infra terminum cuſtodiri diligenter. Et ſi infra terminum fidejuſſores non dederit, ponatur in carceribus prout Poteſtati videbitur expedire, ſi fuerit perſona ſuſpecta. Et ſi Poteſtas, vel ejus Offitiales contrafecerit in prędictis, vel

vel aliquo prędictorum in centum solidis condempnetur. Et hoc Capitulum locum non habeat in Bajulis, et Custodibus noctis.

Quod sententia aliqua occaſione nullitatis caſsetur.

CXXVIII. Si contingat aliquam sententiam exbanditam, vel proceſsus occaſione nullitatis caſsari, Potestas, et Consules, et quilibet ipsorum teneatur vinculo juramenti, et ad poenam centum librarum per quemlibet, incontinenti infra decem dies facere, quod ab ipsa sententia, et pronumptiatione appelletur, et ipsa appellatio prosequatur in Romana Curia expensis Communis. Et nihilominus si in eadem Curia caſsari contingat, ab ipsa appelletur, et modo prędicto prosequi debeatur, et poſsit in Potestatem, et Offitiales suos procedi, et sententia ferri tam super actis veteribus, quam super novis faciendis: et testes recipi de novo, tam super malefitiis veteribus, et causis veteribus, et poſsit, et debeat punire malefitia sic commiſsa secundum formam Statutorum, quod vigebat tempore malefi ~~tii~~ commiſsi malefitii, vel tempore Potestatis, prout sibi, et suę Curię videbitur convenire. Et hoc locum non habeat in Consiliis ferendis a Sapientibus, quibus per Potestatē, ac Consules fuerit commiſsum.

Quod Leprosi non intrent, nec stent in Mevania.

CXXIX. Nullus malesanus, vel Leprosus moretur in Mevania, vel districtu, sed tantum in locis eis deputatis in ipso districtu, sub poena viginti quinque librarum

Librarum denar. pro quolibet. Et Potestas, et ejus Curia teneantur, ~~et debeant~~ vinculo juramenti, et ad poenam vigintiquinque librarum quolibet mense inquirere de prędictis, et contra eos procedere ad dictam poenam ab eis de facto auferendam; et accipere pro qualibet vice, et quolibet ipsorum malesanorum, et Leprosorum, qui inventi fuerint in Mevania; vel districtu extra loca prędicta eis aſsignata stare, vel morari. Et si contigerit aliquem de dictis malesanis ire velle, et producere vitam suam in Hospitali Fontanellę Communis Mevanię, talis ire volens ad dictum Hospitale, et ibidem producere vitam suam, teneatur mittere, et dare dicto Hospitali illud, quod Consilio generali videbitur expedire, vel convenire. In quo Consilio proponatur per Potestatem, et Consules Populi de eo quod talis malesanus, vel Leprosus dare voluerit. Et id quod super prędictis de ipso Consilio fuerit ordinatum valeat, et teneat auctoritatę pręsentis Consilii Capituli, et mittatur ad partitum ad buſsulas et palluctas. Et dicti Malesani, vel Leprosi non intrent in Mevaniam ad poenam viginti solidorum pro quolibet ipsorum. Et habitantes juxta portas prope dictas domos, si eis videbitur, quod Mevaniam non intrent.

Poena levantium Martanellum alterius.

CXXX. Quicumque levaverit Martanellum, vel Naſsam, seu ingenium alterius in flumine positum pro piscibus capiendis, si de die in decem solidis, si de nocte in viginti solidis denar. condempnetur. Et in eadem poena puniatur aſsotians delinquentem ad prędicta. Et liceat cuilibet accusare delinquentem, et ejusdem accusationi stetur cum uno teste, et

teneatur

teneatur in credentia; et habeat quartam partem banni. Liceat tamen cuilibet elevare Martanellum, seu Naſſam, quem, vel quam invenerit juxta suam poſseſsionem, sine poena, et banno.

Quod quicumque ceperit aliquem exbannitum habeat quartam partem banni.

CXXXI. Quicumque ceperit aliquem exbannitum, vel malefactorem, qui aufugeret, vel non eſset in fortia Communis Mevaniȩ, et Curiȩ Mevaniȩ aſsignaverit cum effectu, habeat quartam partem banni, quod ex dicta captione, et aſsignatione devenerit in Communi Mevaniȩ, et plus habere non poſsit ex forma alicujus Statuti Populi, vel Communis, dum tamen predicta non intelligantur de Familia Poteſtatis.

De mercede Magiſtrorum lignaminis, et Lapidum cum irent ad aliquam executionem faciendam.

CXXXII. Si aliquo tempore Magiſtri lapidum, vel lignorum vocarentur ad executionem aliquam faciendam contra aliquem malefactorem, Poteſtas faciat eis satisfieri pro eorum labore de bonis illius malefactoris, vel de bonis Communis; dum tamen illa solutio fiat per Camerarium Communis: et quod dicti Magiſtri pro predictis in qualibet Curia defendantur per Commune Mevaniȩ.

De Capannis non construendis, nec recopeniendis sainalibus.

CXXXIII. Nulla Capanna, seu Domus conſtrui, vel fieri poſsit, vel facta tueri, quȩ coperta, seu in partes constructa fuerit de saginalibus scarzȩ, stuppola, vel aliqua re, nisi de Schiaciis, seu Coppis, quȩ ad tectum componendum (a) pariete de

(a) Manca forse qualche linea.

de lapidibus, vel mattonibus, seu Terra Mevania, et infra Mevaniā, et infrascriptas, seu quod eis (a)
Porta Abbatis infra versus Mevaniam sicut recte trahit Strata, seu flamegna usque ad domum Lamfraudis: Et ab inde infra sicut recte trahit flumen super versus Pontem lapidum usque ad dictum Pontem: Et a dicto Ponte infra flumen, seu formam Molendinorum usque ad terram filiorum Dni Matthei Bonaguig positam juxta flumen, viam, et foveam Communis: Et dicta Terra sicut recte trahit usque ad cancellos, seu portam juxta Fratrum Minorum, et foveum, quod est juxta ipsam Terram: Et a dicta porta usque ad portam, que est juxta murum veterem: Et a dicta Porta usque ad flumicciolum: Et a dicto flumicciolo sicut recte trahit dictus flumicciolus usque ad Domum Lombardi predictam; Et infra dictas Senaytas versus Mevaniam. Et quilibet habens domum, seu Capannam infra dictas Senaytas aliter, quam dictum est, constructam, debeat ipsam facere elevari, et destrui usque ad Kalendas Augusti proxime venturi ad poenam viginti quinque librarum denar. pro quolibet contrafaciente in predictis, vel aliquo predictorum. Et nihilominus cogatur predictam domum, seu Capannam elevare, et destruere secundum dictam formam. Et predicta, et quodlibet predictorum Potestas, et Consules ~~teneantur, et debeant observari facere, et effectui demandari. Et Potestas predicta banniri facere teneatur infra octo~~ di vinculo juramenti, et ad poenam quinquaginta librarum pro quolibet teneantur, et debeant observari facere, et effectui demandari. Et Potestas predicta banniri facere teneatur infra octo dies sui introitus ad dictam poenam. (b)

(a) Laguna nel Codice.
(b) Questo Capitolo abbisogna di più esatta riforma.

De

De inquirendo contra non accatastatos.

CXXXIV. Potestas teneatur infra duos menses sui introitus facere inquisitionem contra omnes, et singulas personas, quę non eſsent in Catasto Communis, et in Capubrevi scriptę. Et quas non invenerit ad Catastum, et in dicto Capubrevi scriptas, accataſtari faciat, et in Capubrevi poni, et scribi. Et nihilominus eas in viginti Solidis pro qualibet debeat condempnare. Et si Potestas fuerit negligens in prędictis perdat de suo Salario vigintiquinque libras denar. Et qui non fuerit accatastatus non poſsit eligi nec etiam ad aliquod Offitium Communis: et si eligeretur, non valeat, nec teneat ipso jure.

Nulla Mulier in Palatio nisi pro gravi crimine constringatur.

CXXXV. Nulla Mulier in Palatio, niſi pro gravi malefitio stringatur, pro quo mittatur in carcerem, niſi daret fidejuſsores. Et grave malefitium intelligatur quod Consules Populi, vel major pars ipsorum pręsumpserit eſse grave. Pro alio vero casu teneatur prout Consulibus Populi videbitur. Et si Potestas, vel ejus Offitialis contrafecerit, in poenam vigintiquinque librarum puniatur.

De Custode Carceris, et ejus Offitio.

CXXXVI. Custos Carceris Communis Mevanię teneatur, et debeat sollicite dictum carcerem cuſtodire, et omnes, et singulos in prędicto Carcere mittendos, et miſsos, et aſsignandos, et aſsignatos ad custodiendum custodire; ita quod personę in dicto Carcere poſitę ad cuſtodiendum, vel ponendę, non fugiant, nec evadant. Et si aliquis ei aſsignatus, vel aſsignandus ad cuſtodiendum aufugeret, teneatur solvere dictus Custos, tam Communi, si pro Communi, quam spetiali personę, si pro spetiali persona recommendatus eſset, totum id, quod dictus aufugiens, seu evadens solvere

solvere tenebatur. Et hoc dictus Custos per Potestatem, Judicem, et Consules cogatur observare sine aliquo libello, et juris solemnitate, summarie. Et ad probandum si recommandatus fuerit, sufficiat probatio quando dictus carceratus visus fuerit in Carcere, et fuerit in Carcere tempore custodię dicti Custodis. Et prędicta Potestas, et Consules teneantur exequutioni mandare ad pœnam quinquaginta librarum denar. pro quolibet eorum. Et liceat semper dicto Custodi cum habuerit aliquem ad custodiendū in Carcere portare omnia arma offendibilia, et defendibilia, scilicet arma offendibilia per Plateam, et Palatium tantum; aliis autem temporibus arma vetita portare non possit. Et Custos prędictus nihil recipiat a Bajulis, vel aliis personis positis, et missis pro malefitio, vel delicto. Ab aliis vero personis, quę missę fuerint in Carcerem pro speciali persona, vel delicto, recipiat dictus Custos pro suo Salario sex solidos pro quolibet ipsorum inter diem, et noctem. Et si aliquis custodiretur a Bajulo, seu per Bajulum, et custoditus aufugeret dicto Bajulo, quod donec dictus Bajulus custodiretur in Carcere, Custos Carceris faciat sibi satisfieri a dicto Bajulo modo prędicto. Et hoc intelligatur de portatione armorum prędictorum, scilicet, de illo Custode Carceris, cui facta fuerit locatio dicti Carceris tantum.

Quod nullus stet in aliquo consilio, nisi esset de Consilio.

CXXXVII. Nullus audeat, vel presumat ire, stare, vel morari in aliquo Consilio, nisi sit Consiliarius, vel de adjunctis per Potestatem, et Consules Populi Mevanię, vel alium Offitialem dicti Communis, qui de hoc potestatem haberet.

Contra=

Contrafaciens solvat de facto nomine pœnę viginti solidos denar. Et quilibet poſsit accusare contrafacientes, et teneatur in credentia, et habeat medietatem banni.

De pœna lavantis pannos, vel caldumen juxta speronem Molendini.

CXXXVIII. Nulla persona lavet pannum aliquod, vel caldumen juxta sperones Molendinorum Portę Maluicinorum, et in gradibus Portę S.te Margaritę, ubi aqua colligitur, ad pœnam decem Solidorum. Et cuilibet liceat accusare contrafacientes, et accusationi cujuslibet cum sacramento credatur, et habeat tertiam partem banni.

De modo solvendi debitum Communis.

CXXXIX. Si eſset aliquod debitum usurarium in Communi Mevanię a centum libris supra, Potestas, et Consules Populi teneantur ad pœnam centum librarum, et vinculo juramenti illud debitum infra duos menses proxime subsequentes postquam contractum fuerit persolvi facere illis personis, quę illud debitum recipere tenerentur. Et si Potestas, vel Consules contrafecerint in prędictis, ipso facto de omni, et toto eo, quod a Communi occasione sui Salarii accipere tenerentur, sint privati; nec jus aliquod habeant contra Commune ad ipsum Salarium petendum: Et nihilominus ipsi, et quilibet ipsorum in centum libris denariorum Communi Mevanię condempnentur: Et ab eis dicta poena exigatur, et exigi poſsit: et in perpetuum in dicti Consulatus officio eſse non poſsint. Et Notarius Populi teneatur poena vigintiquinque librarum de ejus Salario ipsos Consules quando jurabunt eorum offitia facere hoc Capitulum in generali Consilio per se jurare.

De

De electione quatuor Hominum super concimine Terræ Mevaniæ.

CXL. Per Consilium generale Communis, et Populi Terræ Mevaniæ eligantur quatuor Homines, scilicet, unus per Guaytam, qui vadant, et scrutentur circum circa Terram Mevaniam, ubi pro ipso Concimine esset opus aliquod faciendum: et quod invenerint referant in ipso Consilio. Et tunc per ipsum Consilium ordinetur quod sit super ipso Concimine faciendum. Et quod per dictum Consilium ordinabitur, exequutioni mandetur. (a)

Quod extrahentes de Mevania olera, vel poma dimittant ad vendendum in Platea tertiam partem.

CXLI. Quilibet possit, et ei licitum sit extrahere, et portare, et extrahi, et portari facere extra Mevaniam, et ejus districtum olera, et poma; ita tamen quod quilibet volens extrahere prædicta teneatur assignare Notario Potestatis salmam, quam portare voluerit, et de qualibet salma olerum, et pomorum dimittat, et vendat in Platea Communis Mevaniæ antequam discedat a dicta Platea unum canistrum, qui sit tertia pars salmæ, etiamsi dictum Canistrum pomorum, et olerum non vendiderit usque ad vesperas. Unicuique sit licitum de eis recipere sine pœna; ita tamen quod dicta olera, et poma non possint vendi alicui Piccicarolæ, nec alicui alii, qui prædicta emeret causa revendendi. Contrafaciens in decem solidis pro vice qualibet condempnetur. Et nihilominus Doganam pro qualibet salma

(a) Lacuna di 5. linee nel Codice.

salma solvere teneatur.

Quod siqua Capitula Statuti presentis essent contra libertatem Ecclesię, vel contra Constitutiones Ducales, non valeant.

CXLII. Siqua Capitula, seu membra eorum in pręsenti Statuto, et in volumine Statuti posita reperirentur contra Sanctę Romanę Ecclesię libertatem, vel contra Constitutiones Dni Rectoris Ducatus, sint cassa, et vana, et pro non factis, et non positis habeantur.

De non portando Fulgineum pannum ad valcandum.

CXLIII. Nullus portet pannum Fulgineum ad valcandum, si commode valcare poterit in Valcheria Communis Mevanię. Contrafaciens in quinque Solidis pro quolibet, et vice qualibet condemnetur. Et si non posset infra decem dies valcare, portet ipsum pannum ad valcandum extra Mevaniam quocumque voluerit sine poena.

De forma a trivio Rotę usque ad formam Molendinorum aptanda.

CXLIV. Per adjacentes fiat una forma ampla media mezenga, et cupa quatuor pedibus ad pedem manus, quę incipiat a trivio Rotę, et exeat, et derivetur in formam Molendinorum, subtus ipsa Molendina. Et super hoc Consules Populi teneantur eligere unum, vel duos Superstites ad petitionem duorum, vel trium adjacentium, cui, vel quibus Superstitibus quilibet debeat obbedire ad poenam quinque Solidorum denar. pro quolibet. Et prędicta dicti Consules facere fieri teneantur ad petitionem duorum adjacentium, ad poenam decem librarum.

De

De illis qui dicerent se non eſſe adjacentes alicuj~~us~~ operi facto, vel faciendo.

CXLV. Siquis fuerit poſitus, vel poneretur ſuper aliquo ponte, puteo, forma, fonte, vel alio quocumque laboritio ut jacens[(a)], et ſe excuſaret, vel excuſaſſet ad dictum opus adjacentem non eſſe, utrum ſit de adjacentibus, vel non, ſtetur, et credatur dicto, et declarationi majoris partis adjacentium operis ſupradicti cum juramento eorum.

Quod Syndici Hoſpitalis non poſſint aliquam perſonam recipere in aliquo Hoſpitalium Communis.

CXLVI. Syndici, et Procuratores electi, et eligendi in Hoſpitalibus, et ſuper Hoſpitalibus Communis Mevanię, non poſſint, nec debeant recipere, mittere, aut ponere aliquam perſonam in oblatam, et ſubjutricem ipſorum Hoſpitalium, vel alterius eorum ſine licentia, et mandato Poteſtatis, et Conſulum Populi Mevanię. Et hoc fiat in generali Conſilio dictę Terrę. Et ſi dicti Syndici, et Procuratores contrafecerint in prędictis, in vigintiquinque libris denar. pro vice qualibet condempnentur. Et ſi aliter fieret, non valeat ipſo jure.

Quod aqua, quę vadit per lętamenariam Guidutii magiſtri Nicolę, tollatur, et devivetur per alium locum.

CXLVII. Aqua, quę vadit, et labitur in lotaminariam, ſeu Cloacam, quę olim fuit Magiſtri Nicolę Antelutii, devivetur ita exinde, quod in flumen ſupra ~~ipsa~~ Molendina ipſa aqua non intret. Quę aqua mittatur per flumicciolum juxta viam, et Hortum Puccioli Magiſtri Berardi per

poſſeſſionem

(a) cioè = adjacens.

poſseſsionem dicti Puccioli, et per habentes letamenarias a dicta cloaca, que olim fuit dicti Magistri Nicole, usque ad Hospitale Berardi. Et nulla persona ipsam aquam per aliud locum mittat, et nec derivet, nisi per dictum flumicciolum, ad poenam quadraginta Solidorum denan. Et cuilibet liceat accusare contrafacientes, et accusationi cujuslibet cum juramento stetur, et credatur, et habeat medietatem banni, et in credentia teneatur. Et predicta omnia Potestas, et Consules teneantur vinculo juramenti, et ad poenam vigintiquinque librarum exequutioni mandare; et ita, et taliter facere, quod exinde dicta aqua in dicto flumine super Molendina non intret ad petitionem cujuscumque petentis.

Poena transeuntis per Canapinam Dñi Manentis Dñi Jacobi ad lavandum pannos.

CXLVIII. Nulla persona transeat per Canapinam, seu Serram Dñi Manentis Dñi Jacobi ad lavandum pannos: nec pannos lavet juxta arcaturam Communis positam juxta ipsam Canapinam, et Serram filiorum Bonajonte, ad poenam quinque Solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et cuilibet liceat accusare, et habeat medietatem banni. Et Notarius dampni dati super iis inquirere teneatur ad petitionem cujuscumque petentis ad poenam decem librarum denan.

Quod figura Sti Christofori depingatur in qualibet Porta Communis Mevanie.

CXLIX. Figura Sti Christofori depingatur in qualibet Porta stante in muro veteri Terre Mevanie ex parte interiori, vel exteriori, si ex parte interiori fieri non poſset, omnibus expensis Communis Mevanie. Et predicta Potestas, et Consules

fieri

fieri facere teneantur ad poenam decem librarum, et vinculo juramenti.

Nullus extrahat aquam de forma Molendinorum.

CL. Nulli liceat extrahere aquam ex forma Molendinorum usque ad ipsa Molendina; et qui contrafecerit puniatur in centum Solidis denar. Et de predictis Potestas inquirere teneatur de mense Augusti, et Septembris, et repertos culpabiles punire, et condempnare in dicta poena.

De correctione, et renovatione Statutorum Terrae Mevaniae.

CLI. De correctione, et renovatione Statutorum Communis, et Populi Terrę Mevanię facienda, vel non, remaneat in providentia, et deliberatione Consilii generalis. Et Potestas, et Consules Populi ad poenam centum librar. denar. pro quolibet teneantur predicta ponere ad Consilium de mense Novembris: Et quod tunc in ipso Consilio deliberabitur valeat, et teneat, et exequutioni mandetur.

Quod nulla Mulier ab uno mense in antea pannos, vel ornamenta dimittat occasione alicujus mortui.

CLII. Nulla Mulier occasione alicujus mortui post unum mensem a die mortis mortui computandum debeat dimittere pannos, vel ornamenta sua, nec dimittat valeam (a) post quindecim dies post mortem alicujus ad poenam centum Solidorum pro qualibet, et qualibet vice: exceptis Matre, Uxore, Sorore, Nepote carnali, et Cognato mortui. Et Potestas inquirere debeat de prędictis.

(a) Deve forse dire = dimittere valeat =

Quod

Quod nullus Offitialis, Bajulus, vel Preco tangat denarios Salariorum.

CLIII. Nullus Offitialis Forensis, vel Notarius Cameræ, nec Præcones, vel Bajuli tangant, vel tangere debeant aliquem denarium Salariorum, ad pœnam centum solidorum denariorum pro qualibet vice.

De obscuritate Statutorum declaranda, et per quos.

CLIV. Siqua ambiguitas, seu obscuritas quandocumque reperiretur, seu appareret in præsenti volumine Statutorum, dicti Statutarii, vel major pars ipsorum poſsint, et debeant ipsam ambiguitatem, et obscuritatem declarare auctoritate præsentis Capituli.

Quod Carratelli poſsint extrahi de Mevania.

CLV. Cuilibet volenti liceat extrahere de Mevania, ed districtu Carratillos, et Tinellas de Salice, Populo, et Alvano sine pœna, et banno, aliquo alio Statuto supra, vel infra poſito loquente in contrarium non obstante.

De Turri Caſtri S.t Laurentii non locanda Hominibus dicti Caſtri ad custodiendum.

CLVI. Turris Caſtri Collis S.t Laurentii non locetur ad cuſtodiendum, seu ad cuſtodiam alicui habitanti in dicto Caſtro Sancti Laurentii; nec conducatur ab aliquo de dicto Caſtro ad cuſtodiam, et idem intelligatur de Turribus Caſtrorum Gaglioli, et Radicni pœna decem librarum denariorum.

De Poderibus datis in dotem Mulieribus nuptis extra Mevaniam non vendendis.

CLVII. Ad hoc ut Poderia data in dotem Mulieribus, quæ nubant, et nupserint extra Mevaniam conserventur illæsa, et Commune Mevaniæ inde utilitatem consequi poſsit in

dativis

dativis, et collectis, volumus, et ordinamus, quod ipsa bona, scilicet, domus, terræ, et possessiones vendi, alienari, vel pignorari non possint sine expressa licentia, et consensu sex ex consanguineis, vel magis attinentibus ipsis Mulieribus, et maxime usque in tertium gradum. Si vero venderentur, pignorarentur, vel alienarentur, ipsa venditio, pignoratio, vel alienatio non valeat, nec teneat. Et emptor pretium perdat, nisi aliud per Consilium generale super prędictis fuerit ordinatum.

Poena impedientis cursum aquę Magistri Karoli.

CLVIII. Nulla persona impediat cursum aquę fontis magistri Karoli, a dicto fonte usque ad viam Lavellę juxta possessiones Vegnatoli, et heredes Puccioli Destiosi. Et nulla persona faciat aliquam paratam, sive impedimentum dictę aquę dicti fontis aliquo modo, ad poenam viginti denariorum pro quolibet, et qualibet vice. Et quilibet de prędictis possit accusare, et denumptiare contrafacientes, et habeat medietatem banni. Et quolibet anno de mense Maji per adjacentes dictus fons remundetur. Et nulla Mulier per duas mezengas juxta ipsum fontem lavet pannos aliquos in fovea dicti fontis ad poenam prędictam.

De Via, qua itur Perusium, et Pontibus ipsius aptandis, et per quos.

CLIX. Via, qua itur Perusium apteтur, et manuteneatur cum Pontibus dictę Vię per infrascriptos homines, et personas, videlicet, quod homines de Plano Lactoni, et Cantalupso debeant ipsam, et Pontes ipsius aptare a Lactono ultra versus Perusium: et homines de Montero=
no

Monterono, et Polvese a Lactono citra usque ad Ponte Insulę: Et homines de Capro, a dicto Ponte usque ad villam Capri. Et prędicta Notarius dampni dati teneatur vinculo juramenti; et ad poenam vigintiquinque librarum denar. de suo Salario aptari facere per dictos adjacentes de mensibus Maji, et Junii.

Quod semel extractus de Carceribus ulterius non extrahatur.

CLX. Siquis semel extractus fuerit de Carceribus die Veneris Sancto amore Dei, vel aliquorum precaminum intuitu, et postea pro aliis criminibus fuerit in eisdem Carceribus missus, iterato nullus extrahatur, nisi solverit integre condempnationem suam factam, vel faciendam de eo occasione dicti malefitii. Et quicumque arengaret, vel si Potestas consentiret quod extraheretur, vel extrahi permitteret, in centum libris denar. Communi Mevanię condempnetur. Et nullus semel extrahi possit, nisi primo deliberatum fuerit in Consilio generali. Et si Potestas permiserit contrarium centum Libris denar. Communi Mevanię condempnetur.

Quod nullus lavet coria a Porta Abbatis supra.

CLXI. Nullus lavet coria, ~~fere~~ seu pilet coria, nec ipsa coria in aqua retineat a Ponte Abbatis supra versus Molendina Communis in aliqua parte fluminis, nec ab inde supra. Qui contrafecerit in quadraginta solidis denar. condempnetur. Et cuilibet sit licitum accusare, et teneatur in credentia, et habeat medietatem banni.

De

De Regiſtro proventuum Communis per Potestatem fiendo.

CLXII. Potestas teneatur primo mense sui regiminis vinculo juramenti facere fieri quoddam registrum, seu inventarium de omnibus, et singulis proventibus, fructibus, et redditibus Communis Mevanię, rebus, et juribus dicti Communis, ubicumque dictum Commune habet, tam in rebus mobilibus, et inmobilibus, quam de juribus, et actionibus, ubicumque dictum Commune habet. Et hoc Potestas, et Consules Populi fieri facere teneantur, ad pœnam Potestati vigintiquinque Librarum, et cuilibet Consulum decem Librarum denariorum.

Quod Procuratores Hospitalium debeant singulis pauperibus subvenire.

CLXIII. Procuratores, et Syndici Hospitalium Communis Mevanię qui nunc sunt, et pro tempore fuerint, teneantur, et debeant vinculo juramenti de eleemosynis, quę ad eorũ manus pervenerint subvenire pauperibus infirmis, qui hospitati sunt, et hospitabuntur in dictis Hospitalibus, et quolibet eorum; et eos debeant benigne recipere, et misericorditer pertractare. Et quando dicti Syndici, et Procuratores eliguntur, Consules Populi eis legi faciant hoc Statutum de verbo ad verbum per Notarium reformationum dictę Terrę.

De Pontibus Cantalupſi fiendis.

CLXIV. Pontes Caſtri Cantalupſi fiant, et fieri debeant ex parte superiori dicti Caſtri versus Mevaniam, et in strata recta, qua itur a Mevania versus Perusium; et fiant, et fieri

fieri debeant expensis hominum dicti Castri per libram, sicut habent homines libram in Catasto Communis. Et predicta presens Potestas, vel ejus Vicarius vinculo juramenti, et ad poenam vigintiquinque Librarum denarum; et quilibet alius Potestas, qui pro tempore fuerit, fieri facere teneatur, et illuc accedere personaliter.

Quod Via, qua itur subtus domum Magistri Bernardi Vicini reinveniatur.

CLXV. Via qua itur subtus murum Terre inter domum Magistri Bernardi Vicini, et Hospitale olim Magistri Berardi reinveniatur per adjacentes dicte Vie, et terminetur per ipsos usque ad fossam filiorum Scolajoli. Et nulla persona in dicta Via ab introitu ipsius usque ad dictam foveam, (et introitus commune Vie intelligatur prope Portam Molendinorum, juxta angulum domus dicti Hospitalis) ponat, vel projiciat aliquam Suzzuram, inmunditiam, vel letamen, ad poenam viginti Solidorum pro quolibet, et qualibet vice.

De Viis vicinalibus mactonandis.

CLXVI. Potestas, et Consules Populi Mevanie ad petitionem cujuslibet, cujus interest, vel interesse posset, teneatur precise, et ad poenam vigintiquinque librarum pro quolibet eorum contrafacientium facere mactonari omnes Vias Communis, et vicinales non mactonatas expensis vicinorum. Et ad ipsum mactonatum fieri faciendum per Consules Populi, qui tunc erunt unus Superstes eligatur, qui ipsum fieri faciat per ipsos adjacentes, seu vicinos, ad poenam centum Solidorum. Et quilibet de vicinato ei debeat obbedire ad poenam viginti Solidorum,

que

quę pœnę ipso jure deveniatis in Commune, et a contrafaciente de facto sine aliqua condempnatione auferatur.

Quod totum Flumen terminetur.

CLXVII. Pro evidenti utilitate Communis Mevanię totum flumen terminetur ab utraque parte, tantum, quantum protenditur territorium Communis Mevanię. Et ipso toto terminato nulla persona audeat, vel presumat a dictis terminis infra plantonare, vel plantonari facere, ad pœnam viginti Solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et Potestas, qui pro tempore fuerit, teneatur ad poenam vigintiquinque Librarum quolibet mense mittere Notarium suum ad videndum si est in loco aliquo contrafactum.

De non ędificando juxta murum Communis a Porta Guelfa usque ad locum Fratrum Minorum.

CLXVIII. Nulla persona de Mevania, vel Forensis ędificare possit aliquam domum juxta murum Communis, qui est a Porta Guelfa, usque ad Portam Fratrum Minorum; nec alias juxta aliquem murum novum dicti Communis ad unam merengam. Contrafaciens in decem Libras denar. Communi Mevanię condempnetur: et nihilominus ipsa domus ab ipso muro Communis totaliter elevetur.

De non eundo in fine anni cum oblatione pro mortuis.

CLXIX. Nulli liceat post mortem alicujus, maxime in fine anni ire cum oblationibus ad aliquam

Ecclesiam

Ecclesiam occasione alicujus, nisi in capite octo dierum post mortem alicujus mortui, nec currujstum ibi facere poena centum Solidorum pro qualibet persona. Et cuilibet liceat accusare contrafacientes, et habeat medietatem banni, et teneatur in credentia: et hoc intelligatur tam de maribus, quam de foeminis. Et nulla persona audeat, vel presumat mittere, vel portare aliquem panem, seu panes ad domum alicujus mortui, vel alicujus vicini infra decem dies a die qua mortuus fuerit, et ad Ecclesiam deportatus. Et siquis, vel siqua contrafecerit, tam mittens, quam portans, seu ipsos panes recipiens in quadraginta Solidos denar. Communi Mevanię condempnetur. Et nulla persona de domo, unde exivit mortuus audeat, vel presumat portare, vel portari facere infra dictum tempus octo dierum, ex quo dictus mortuus fuerit extra domum portatus, seu mittere, vel portare ad Ecclesiam canistrum, seu cistam cum panibus, sub poena predicta. Et de predictis quilibet possit accusare, et denumptiare contrafacientes, et habeat medietatem banni, et teneatur in credentia. Et Potestas, qui pro tempore fuerit teneatur, et debeat qualibet hebdomada in die Lunę inquirere de predictis vinculo juramenti, et ad poenam vigintiquinque Librarum denarion. pro qualibet vice. Et hoc Capitulum dictus Potestas legi faciat primo mense sui regiminis in qualibet Ecclesia Collegiata Communis Mevanię ad dictam poenam.

De non habendo Furnum in Castro plani Lactonis.

CLXX. Nullus audeat, vel presumat habere Furnum in Castro

Castro plani Lactonis coopertum de saginalibus,[a] et cannutiis, vel scarza. Contrafaciens in centum solidis denar: Communi Mevaniæ condempnetur.

Quod foveę, quę sunt in contrata Paludis Tagliani aptentur.

CLXXI. Fovea, quę est in contrata Paludis Tagliani a clausura Nicolai Palmerii, et fovea, quę est in dicta contrata juxta terram Vagnoli Magistri Massei juxta viam per directum usque ad foveam collis, aptetur per adjacentes ipsarum fovearum. Et ad prędicta duo boni homines pro qualibet fovea ex ipsis adjacentibus per Potestatem, et Consules eligantur, qui prędicta fieri faciant. Et si prędicti sic electi in prędictis fuerint negligentes, in decem solidis denar: Communi Mevanię condempnentur pro quolibet. Et hoc fiat ad petitionem trium, vel quatuor ex adjacentibus supradictis. Et dictę foveę, et quelibet ipsarum sit ampla tribus pedibus ad pedem perticę. Et in via quę est prope terram supradicti Vagnoli ante terram Ciccoli Gilutię fiat quidam Pons lapideus ad calcem, et arenam, et lapides, vel mactones expensis adjacentium dictę Vię. Et quidam alius Pons dicto modo fiat expensis adjacentium supra foveam collis prope terram Plenerii (b) Pucciarelli Et in predictis quilibet adjacens ad poenam decem solidorum partem sibi imponendam expensis supradictorum Pontium ad petitionem dictorum Superstitum solvere teneatur. Et prędicta Potestas, et Consules Populi exequi teneantur ad poenam vigintiquinque Librarum, et vinculo juramenti.

De Bestiis in Podio Montoroni non tenendis

CLXXII. Nulla persona teneat, vel mittat aliquas bestias

(a) Surcalibus nel Codice

(b) Forse Palmerii, come sopra.

bestias in Podio Montoroni, quod est Communis Mevaniæ contra voluntatem illius, qui habet, et tenet poſseſsiones circum circa ipsum Podium, ad pœnam quinque solidorum pro quolibet, et vice qualibet. Et quilibet poſsit accusare contrafacientes.

De non habendo lętamen in Castro S.^ti Laurentii.

CLXXIII. Nulla persona de Caſtro S.^ti Laurentii debeat habere, vel tenere lętamen in aliqua via intra dictum Castellum ultra octo diès, ad poenam quinque solidorum pro qualibet vice. Et quilibet poſsit accusare contrafacientes, et habeat medietatem banni.

Quod Capannę existentes in Caſtro Cantalupi eleventur.

CLXXIV. Capannę existentes in Caſtro Cantalupi eleventur per homines dicti Caſtri poena vigintiquinque Librarum denar. Et prędicta Potestas, et Consules Populi Mevanię teneantur exequutioni mandare infra unum mensem postquam ad eorum notitiam pervenerit ad dictam poenam.

De formis, et Sciacquatoriis non fiendis, nisi servetur modus infrascriptus.

CLXXV. Nulla forma, seu Sciacquatorium fieri poſsit per Mevaniam, vel districtum, niſi peteretur per duodecim homines adjacentes ipsius formę, seu Sciacquatorii fiendi. Et si aliter peteretur, et fieret, non valeat, nec teneat ipso jure. Et si peteretur per duodecim homines sic adjacentes, et dicta forma, seu Sciacquatorium

fieret

fieret, fiat hoc modo, quod alicui personę de Mevania, et ejus districtu terra, sive possessio ipsius tolli non possit propter ipsam formam, seu Sciacquatorium fiendum, nisi primo fuerit tali, cujus fuerit possessio, sive terra, integre satisfactum. Et prędicti duodecim adjacentes, qui petent ipsam formam, seu Sciacquatorium fieri, scribantur per Notarium Populi Mevanię. Et ipsi adjacentes petentes teneantur emere dictam terram eorum expensis secundum ęstimationem de ipsa terra, seu terris fiendam per homines ad hoc eligendos; ad quam ęstimationem faciendam eligantur duo homines, unus videlicet per adjacentes petentes prędicta fieri, et alius per illum, vel illos, cujus, vel quorum essent terrę prędictę. Qui electi si non essent in faciendo ipsam ęstimationem concordes, per Consules Populi tertius eligatur. Et terrę necessarię pro prędictis possint accipi a quocumque, servato tamen modo, et ordine suprascripto. Et si Potestas, et ejus Offitiales extiterint negligentes in prędictis, vel aliquo prędictorum, perdant de eorum Salario vigintiquinque Libras denarıorum non obstante aliquo alio Statuto Communis, vel Populi loquente in contrarium prędictorum.

Poena plantonantis ~~in~~ una mezenga Terrę posita in vocabulo Cantoni.

CLXXVI. Nulla persona audeat, vel pręsumat plantonare in una mezenga terrę Communis Mevanię posita in vocabulo Cantoni, quę remansit pro alveo formę Communis a Abyssi: Et siquis contrafecerit, in decem Libris denariorum condempnetur pro

qualibet

qualibet vice. Et cuilibet liceat accusare contrafacientes, et credatur accusationi cujuslibet, et teneatur in credentia, et habeat medietatem banni. Et Notarius dampnidati teneatur ad petitionem cujuscumque ex adjacentibus petentibus ire ad faciendum ipsam terminari ad poenam centum Solidorum. Et cuilibet liceat accusare, et teneatur secrete. Et prefatus Notarius ad poenam decem librarum denar. teneatur ire ad dictas arbores, et eas facere incidi, et elevari de mense Julii proxime venturi.

De Via, qua itur ad Paludem Feccioli a Strata Capri usque ad ipsam Paludem aptanda et terminanda.

CLXXVII. Cum quedam Via Communis Mevanię, quę occupata est per aliquos tenentes juxta viam prędictam, ita quod adjacentes per ipsam ire non possunt, et non modicum dampnum recipiunt, per quamque Viam itur a Strata Capri ad Paludem Communis, spetialiter a terra Ecclesię S. Ansuvini juxta Stratam Communis, usque ad pedem Capri juxta Filios Uguiccionelli ex una parte, et Iulum (a) Michaelis, Notarius damponorum datorum, qui pro tempore fuerit, teneatur ad poenam vigintiquinque librarum ad petitionem cujuslibet petentis, unius, vel plurium accedere ad dictam Viam, et ibi inquisitionem facere per decem ex adjacentibus dictę Vię: Et siquem invenerit apprehendisse, vel occupasse ipsam Viam ex dicto majoris partis adjacentium, in decem libras denar. debeat condempnare: et nihilominus ipsam Viam facere terminari. Et cuilibet liceat accusare contrafacientes, et habeat medietatem banni, et in credentia teneatur, et accusationi

(a) Forse Iuliani, o Iulini

accusationi cujuslibet stetur, et credatur cum uno teste.

De salario per Textrices accipiendo occasione texturæ panni.

CLXXVIII. Textrices, seu texentes panni canapatii accipiant pro stesa panni facti in sex legaminibus tres solidos: et pro stesa panni facti a sex usque in decem legaminibus quinque solidos: et pro stesa facti panni in undecim, et in duodecim legaminibus sex solidos: et pro stesa panni facti in tredecim legaminibus septem solidos: Et pro stesa panni facti in quatuordecim legaminibus septem solidos, et sex denarios: et pro stesa panni facti in quindecim legaminibus octo solidos denar: et plus recipere non possint, nec debeant ad pœnam viginti solidorum qualibet vice. Et cuilibet sit licitum accusare, et habeat medietatem banni, et in credentia teneatur. Stetur super iis juramento accusatoris. Et Potestas Communis Mevaniæ ipsum Capitulum primo mense sui regiminis banniri facere teneatur per loca consueta Mevaniæ ad pœnam vigintiquinque Librarum.

Quod Custodes noctis Turrium Gaglioli, et Castri S. Laurentii a functionibus personalibus non excusentur.

CLXXIX. Custodes noctis ~~Castrorum~~ Turrium, seu Castrorum Gaglioli et Sancti Laurentii Communis Mevaniæ se excusare, nec se excusare possint ab oneribus, et functionibus Communis tam realibus, quam personalibus occasione alicujus custodiæ pro ipsis custodiis habeant, et habere teneantur mercedem, et salarium consuetum. Et Consules Populi, nec alius Offitialis

Communis

Communis Mevaniæ non poſsint, nec debeant providere, nec modo aliquo ordinare, quod Cuſtodes prædicti excusentur ab oneribus, et factionibus quibuscumque, pœna librarum decem, et vinculo juramenti. Et si aliter provideretur, non valeat, nec teneat ipso jure.

Quod Laboratores, et Fictajoli terrarum pro terris, quas laborant faciant certas factiones pro Dnis earundem.

CLXXX. Quilibet Laborator, et Fictajolus teneatur, et debeat toto tempore quo habebit, et tenebit aliquam rem, seu poſseſsionem ad laboritium, vel ad fictum, pro ipsa terra facere, et præstare omnem operam personalem, quam præstare deberet Dominus pro ipsa terra, et poſseſsione cum aliis adjacentibus de Contrata. Et si dictum opus, quod fieri debet per adjacentes ordinatum eſset quod fieret pro pecunia, ipse Laborator, et fictajolus teneatur solvere partem pecuniæ contingentem ipsum Dominum pro terra, et poſseſsione prædicta. Et prædicta locum non habeant in Pontibus, Fontibus, et Arcaturis fiendis per adjacentes prædictos.

Quod non plantonetur aliqua arbor in aliqua Via terminata.

CLXXXI. Nulla persona deinceps debeat ponere, seu plantonare, vel plantonari facere aliquas arbores domesticas, vel Silveſtres in aliqua Via, seu Semita, quæ terminata foret; Per quas arbores impediretur iter alicui personæ de Mevania, quo minus poſsit liber ire, et redire, cum beſtiis, et sine beſtiis, cum salmis, et sine salmis Contrafaciens in decem Libras pro qualibet arbore Communi

Communi Mevaniæ condempnetur. Et Poteſtas, et Consules qui pro tempore fuerint, teneantur, et debeant vinculo juramenti, et ad pœnam decem Librarum denar. pro quolibet ipſorum ad petitionem cujuslibet petentis, per illam perſonam, quæ plantonaſſet, vel poſuiſſet, facere elevari infra quindecim dies postquam sibi præceptum fuerit per dictum Dominum Poteſtatem.

Quod Homines de Caſtro S.t Laurentii, qui habent aliquod oſtium, vel fenestram, per quod poſſit intrari, vel exiri, debeant ipſam remurare.

CLXXXII. Omnes homines de Caſtro S.t Laurentii, qui habent aliquod oſtium, fenestram, seu foramen, per quæ intrari, vel exiri poſſit, debeant ipſum infra octo dies postquam sibi mandatum extiterit per Poteſtatem, et Consules Populi Mevaniæ remurare, et claudere, ita quod ipſa aliquis intrare, vel exire non poſſit. Et qui ipſa non muraverit, vel clauserit infra dictum terminum in decem libras denar. condempnetur. ~~Et omnes habentes carrarias in foveo, seu ripa~~ Et quotiens ea devaſtaverit, seu murata non tenuerit, in dicta poena condempnetur. Et omnes habentes carrarias in foveo, seu ripa fovei dicti Caſtri debeant ipſas infra dictum terminum devaſtare, et relevare, et ita aptare, quod aliquis ascendere, vel descendere per ipſum foveum non poſſit, ad dictam pœnam. Et nihilominus ascendentes, descendentes, exeuntes, et intrantes publice in decem Libris denar. pro vice qualibet condempnentur.

Quod

Quod nullus Forensis emat, vel emi faciat aliquam poſseſsionem in districtu Castri S. Laurentii.

CLXXXIII. Ad hoc ut Caſtrum Collis S. Laurentii, et alia Caſtra districtus Mevaniȩ, et homines ipsorum manuteneantur ad statum Communis, et Populi Mevaniȩ; et ut non exeant de jurisdictione dictȩ Terrȩ; et semper Terra Mevaniȩ habeat jurisdictionem plenam in dictis Caſtris, et eorum territorio, et districtu, statuerunt, et ordinaverunt, quod nulla persona Forensis, seu nobilis de Mevania audeat, vel prȩsumat emere, vel emi facere in dictis Castris, vel aliquo ipsorum, vel eorum districtu domum, seu Casalenum, vel aliquam poſseſsionem, poena centum Librarum denar. pro quolibet ipsorum contrafacientium. Et nulla persona de Mevania, vel ejus districtu poſsit, nec debeat tali Forenſi, seu Nobili aliquam domum, seu Casalenum, vel poſseſsionem, quȩ eſset in dictis Caſtris, vel eorum districtu, seu territorio vendere, obligare, pignorare, vel alienare verbo, vel quocumque colore verborum, ad poenam centum Librar. denar. pro quolibet ipsorum contrafacientium, et vice qualibet. Et unicuique sit licitum accusare contrafacientes, et habeat medietatem banni, et teneatur in credentia; et sufficiat probatio duorum, vel trium teſtium fide dignorum per inſtrumentum publicum inde factum, sive prothocollum. Et Poteſtas Mevaniȩ, qui pro tempore fuerit teneatur, et debeat vinculo juramenti, et ad poenam centum Librarum denar. de suo Salario facere de prȩdictis inquisitionem generalem, et repertos culpabiles in dictis poenis penitus condem-

pnare

condempnare. Et talis Forensis, seu Nobilis contra prędicta faciens, vel aliquod prędictorum semper sit infamis. Et hoc Capitulum sit precisum, et firmum in qualibet parte sui, quod tolli, caſsari, suspendi, vel prorogari non poſsit Consilio, vel arenga.

Quod Cortinæ arcaturę Communis manuteneatur; et de poena apprehendentis eas.

CLXXXIV. Cortinę Arcaturę Communis ex utraque parte fluminis manuteneantur per Commune prędictum: et ipsę Cortinę terminentur. Et nullus audeat ipsas Cortinas apprehendere, nec in ipsis aliquid facere novitatis. Et quicumque ipsas apprehenderet, vel apprehensas tenuerit, seu in futurum apprehenderit, in decem libras denariorum condempnetur.

Quod nullus in Platea Molendinorum teneat ligna ab octo diebus in antea.

CLXXXV. Nulla persona in Platea Molendinorum posita extra Portam Malvicinorum Communis Mevanię debeat retinere ligna retinere ligna ab octo diebus in antea, ad poenam viginti Solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et cuilibet sit licitum accuſare, et habeat medietatem banni. Et hoc Potestas teneatur facere observari vinculo juramenti, et ad poenam decem librarum denar: de suo Salario.

Quod habentes poſseſsiones juxta flumen teneantur ripas fluminis altas tenere ad sensum Superstitis.

CLXXXVI. Omnes personę, quę habent, vel tenent aliquam poſseſsionem per totum territorium Mevanię

juxta

juxta flumen Communis Mevanię, ex utraque parte fluminis prędicti, et in qualibet parte, et ubicumque juxta flumen, seu flumina expediret, teneatur, et debeat juxta flumen, seu flumina prędicta in ipsorum possessione sic juxta flumen posita, et quantum ipsorum possessio protenditur, et tenet juxta flumen, ripam manutenere altam, et largam sicut videbitur Superstitibus eligendis per Consules Populi. Et qui contrafecerit in prędictis in centum Solidis denar. pro quolibet, et vice qualibet condempnetur. Et nullus plantet aliquam arborem juxta flumen ad dictam poenam. Et quilibet ad accusandum admittatur, et credatur sacramento ipsius cum uno teste fide digno: et accusator habeat tertiam partem banni, et nomen ipsius in credentia teneatur. Et idem dico de forma posita a Molendinis Portę Malvicinorum, usque ad arcaturam. Et Potestas teneatur singulis mensibus inquirere de prędictis, et mittere ad dicta loca unum ex Notariis suis quolibet mense semel, ad poenam vigintiquinque Librar. et vinculo juramenti.

Quod terminationes factę per Viarios absque parte, et non citata retractentur.

CLXXXVII. Siqua terminatio, diffinitio, sive declaratio alicujus Vię facta esset, vel appareret, vel fieret in futurum per Viarios Communis Parte absente, vel non citata, vel aliquibus testibus, vel probationibus alicujus Partis non receptis, ipsa terminatio, seu declaratio, vel aliis qualitercumque scripturis appareret, nullius penitus sint roboris: Sed per Potestatem, et Consules ad requisitionem cu-

cujuscumque petentis prędicta terminatio diffinitio, et declaratio, et omnis scriptura inde facta caſsetur, et aboleatur vinculo juramenti, cogendo quoscumque, ad quorum petitionem facta eſset dicta scriptura, ad abolendum quamcumque scripturam inde factam, cum sint contra jura Communis, et Statutorum terminationes, declarationes, et diffinitiones prolatę partibus absentibus, vel non citatis, et etiam non visis juribus Partium.

De forma Plani filiorum Comitis reinveniendа, et manutenenda.

CLXXXVIII. Forma Plani filiorum Comitis reinveniatur per adjacentes ipsius in illa latitudine, et amplitudine, quę fuit in principio. Et Potestas, et Consules teneantur, et debeant vinculo juramenti, et ad poenam decem Librarum cogere duos, vel plures ex adjacentibus dicti Plani ad aſsignandum latitudinem dictę formę: Et secundum aſsignationem ipsorum ipsam formam faciant per adjacentes secundum dictam latitudinem aſsignatam reinveniri, et manuteneri: Et reinventa latitudine ipsius formę, ipsam formam faciant ab utraque parte terminari. Et formam hujusmodi cavari, et aptari faciant per adjacentes ipsius. Et cavata, et aptata dicta forma manuteneatur per habentes poſseſsiones juxta ipsam formam, ad poenam decem Solidorum. Et adjacentes dictę formę intelligantur, et pro adjacentibus habeantur omnes illi, quibus dicta forma nocet, et prodest. Et nullus a termino infra formam laboret, nec faciat novitatem, ad poenam centum Solidorum. Et de prędictis, et quolibet prędictorum cuilibet liceat accusare

contrafacientes

contrafacientes, et teneatur in credentia, et habeat tertiam partem banni. Et si Potestas, et Consules Populi, et Notarius dampnidati negligentes fuerint in prędictis, vel remiſsi, Potestas in vigintiquinque Libras de suo Salario, et Consules, et Notarius in centum solidos pro quolibet Communi Mevanię condempnetur. Et prędicta fiant ad petitionem sex, vel octo ex adjacentibus dictę formę.

Poena Mulieris portantis corredum in pannis, vel capite.

CLXXXIX. Nulla Mulier de Mevania, vel diſtrictu cujuscumque conditionis existat, quę eſset in Mevania, vel districtu maritata poſsit, nec debeat portare corredum aliquo modo in panniſs portandis in capite, vel in ipso capite, nec in panno in dorso portando habere. Quod quidem arredum in ipsis pannis infilsum, consutum, inpoſitum, vel contextum, sive ſutum ascendens ultra quantitatem, et valorem centum Solidorum, vel quaſi ad plus, portare, tenere, vel habere non audeat, vel pręsumat, ad poenam vigintiquinque librarum denar. de suis dotibus Comuni Mevanię vice qualibet, qua contrafecerit persolvendarum. Et de prędictis stetur relationi Notarii Poteſtatis, et credatur eidem. In qua poena contrafaciens per Poteſtatem debeat condempnari. In arredo vero dictorum pannorum pelles sendatum pro foderis dictorum pannorum appositis vel apponendis, nullatenus computentur; quę sine poena, et banno cuilibet portare liceat pro suę libito voluntatis. Et prędicta Potestas teneatur vinculo juramenti, et ad poenam vigintiquinque libran. denan. facere penitus observari, et Notarium

Notarium suum mittere quolibet quando Sponsę vadunt ad domu(m) Mariti, ad inquirendum de prędictis.

Quod aqua, quę currit versus Portam Abbatis antiquam removeatur, et mittatur per locum antiquum.

CXC. Aqua quę Mevanię et currit versus Portam Abbatis antiquam, ad tollendum tędium, et magnum dampnum, quod infert hominibus, et personis circumstantibus dicti loci, removeatur exinde, et admittatur per locum antiquu(m), unde discurrere consueverat, videlicet per murum ruptum, sicut recte protenditur per viam, qua itur ad domum Marci Bartholini, usque ad Ponticellum Lapidum, qui est ante terram hęredum Dni Jacobi quondam Thomę Ranerii. Et nullus audeat, vel pręsumat dictum cursum dictę aquę aliquo modo impedire, vel contrarium facere ad poenam centum solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et prędicta Potestas, et Consules Populi exequi teneantur ad petitionem duorum, vel trium hominum recipientium tędium, et dampnum prędictum, ad poenam viginti-quinque librarum, et vinculo juramenti.

De Via reclusa, et occupata juxta flumen a Lavatorio S.ti Vincentii relapsanda, et reinvenienda.

CXCI. Via quę est apprehensa, occupata, vel reclusa a Lavatorio S. Vincentii versus Topinum juxta flumen, usque ad terram Rostelli Lamuardi versus Fulgineum, relapsetur penitus, et in statum pristinum reducatur per illum, vel illos, qui eam apprehenderit, seu apprehenderit, et occupaverit, infra decem dies postquam ei, vel eis mandatum fuerit ad poenam decem librarum. Et cuilibet liceat per terras juxta ipsum flumen usque ad dictum locum,

unde

unde dicta via ire consueverat ire, et redire personaliter, et cum bestiis sine poena, et banno. Et Potestas, et Consules Populi, et Notarius super Viis, et damnpnis datis ad petitionem cujuscumque petentis teneantur, et debeant ad poenam vigintiquinque librarum pro quolibet, et vinculo juramenti ipsam Viam sic apprehensam, reclusam, et occupatam facere aperiri, et libere relapsari a quolibet detentore, et ad statum pristinum reduci, ita quod per eam quilibet cum bestiis, et sine possit libere pertransire, et ad eundum, et redeundum impedimentum aliquod recipere non possit.

De Fossato Pontis Cavalli allargando, et dirizando.

CXCII. Statuerunt, et ordinaverunt, quod per adjacentes Fossati infrascripti, quod cum maxime tempore pluviarum multarum propter aquas multas, quę ipso tempore cohadunantur, et cursum habent, et habere noscuntur ad Fossatum quoddam, quod ad exitum, et ad finem reducitur ad Lactonum, et protenditur versus trivium Pontis Cavalli districtus Mevanię, adjacentes, et circumstantes eorum, et quilibet eorum prejuditium, et jacturam, et dampnum non modicum patiantur; ut fruges, et segetes in possessionibus eorum existentes pro tempore uberius fœcundentur, ad dictum Fossatum faciendum Consules Populi Mevanię, qui pro tempore fuerint, teneantur, et debeant eligere, et assumere duos bonos Viros ex adjacentibus Fossati prędicti, qui potestatem, et baliam habeant plenariam allargandi, et ampliandi, et si opus fuerit, dirizandi, non tamen novum alveum fieri faciendi in dictum Fossatum, ut aquæ pluviales, et currentes, quę per dictum Fossatum concurrerent pro tempore nullum dampnum inferant adjacentibus supradictis.

De

De loco ubi debeant stare Meretrices.

CXCIII. Meretrices publicę stare non poſsint in Via, quę est inter vineam Nicolę Antelutii, et res Ecclesię S.ti Vincentii, post S.tum Vincentium veterem sicut recte trahit versus Fabricam, et Piteillum, usque ad flumen per directum infra Mevaniam versus: et hic Piteillum inclusive ponatur: et a Ponte Catagnoni infra versus Mevaniam. Et quę contrafecerit in decem solidis pro quolibet, et qualibet vice, de facto, sine aliqua condempnatione puniatur, et per totam Mevaniam fustigetur. Et Potestas teneatur vinculo juramenti, et ad poenam quadraginta Librarum denar. quolibet mense inquirere de prędictis; et ad petitionem cujuslibet mittere Familiam ad capiendum eas, quę infra dictas senaitas invenirentur, et captas punire in poenis prędictis; et eas in carceribus detinere donec solvant prędictam poenam; et postea eas faciat fustigari. Et nulla meretrix poſsit stare in districtu Mevanię, niſi versus Fulgineum extra senaitas prędictas, ad poenam prędictam.

Quod in omnibus Portis Terræ Mevaniæ fiant Scancani de ferro.

CXCIV. Potestas, et Consules Terrę Mevanię qui pro tempore fuerint teneantur, et debeant infra quindecim dies post introitum Potestatis fieri facere expensis Communis Mevanię in qualibet regia Portarum omnium Terrę Mevanię Scancanos de ferro fortes, et groſsos; et ipsas Portas faciant ita, et taliter aptare, quod ipsę Portę, nec aliquę ipsarum altiari, nec extrahi poſsint de dictis Scancanis. Et prędicta Potestas, et Consules teneantur, et debeant observare ad poenam Potestas quadraginta Librarum, et quilibet Consulum vigintiquinque librar. et vinculo juramenti. Et Camera-

rius

Camerarius Communis, qui pro tempore fuerit, teneatur, et debeat denarios opportunos dare, et solvere ad petitionem, et requisitionem dictorum Potestatis, et Consulum, sub pęna pręstiti juramenti, et perditionis sui Salarii.

Quod quilibet teneatur facere annuatim usque in tres pugillos Horti

CXCV. Quęlibet persona de Mevania, et districtu, et Mevanię habitans, et districtu habens possessionem, seu possessiones in districtu Mevanię, seu Territorio ejusdem valoris et ęstimationis Centum librarum, et ab inde supra, teneatur, et debeat seminare, et facere, vel seminari, et fieri facere Hortum Caulium, vel Raparum, vel Porrorum, vel aliorum olerum in sua possessione propria, vel conducta, ad minus usque in tres pugillos. Et supradictum Hortum facere, et seminare teneantur hinc ad Kalendas Iunii proxime venturi, ad poenam quadraginta Solidorum pro quolibet. Et prędictum Capitulum Potestas teneatur, et debeat ad poenam ~~quadraginta Librar.~~ vigintiquinque Librar. et pręstiti juramenti per Terram Mevaniam in locis consuetis facere banniri, ita quod aliquis non possit ignorantię causam allegare: Et quolibet mense contra non facientes Hortum inquirere, et repertos culpabiles de prędictis punire, et condempnare in poenam prędictam: et habeat quartam partem omnium, quę a contrafaciente in prędictis solvi, et deveniri faceret in Commune.

Pœna extrahentis de Mevania, et districtu Ligna, Ciantiam, Calcinam, Mactones, vel Coppos.

CXCVI. Nullus audeat, vel pręsumat extrahere, vel exportare

seu

seu extrahi, vel exportari facere extra districtum Mevaniæ Cianciam, Ligna, vel aliquod genus Cianciæ, vel Lignorum, nec Mactones, Coppos, seu Calcinam, ad poenam decem Libraꝝ. denarꝝ pro quolibet, et qualibet vice. Et cuilibet liceat accusare, et denumptiare contrafacientes, et accusationi cujuslibet cum uno teste fide digno stetur, et credatur; et habeat medietatem banni, et in credentia teneatur.

De Canepa ubique maceranda.

CXCVII. Unicuique liceat Canepam, Canapones, et Linum macerare, et macerari facere, et ad macerandum mittere, et mitti facere in quacumque parte, et loco districtus Mevaniæ sibi placuerit. Nullus tamen audeat, vel presumat Canepam, Canapones, vel Linum macerare, vel ad macerandum mittere per se, vel alium in aliquo maceratorio, sive fovea alicujus sine expressa licentia, et voluntate ejus, cujus fuerit ipsa fovea, sive maceratorium, ad poenam quadraginta Solidorum denariorum pro quolibet, et qualibet vice.

De Muro juxta domum Maji Dñi Iohannis tollendo.

CXCVIII. Murus qui est inter domum Maji Dñi Iohannis, et domum Petrutii Massuli tollatur, et elevetur in totum, et reponatur, et reducatur in eo statu, in quo erat ante tempus primæ rupturæ Terræ Mevaniæ: et lapides, quibus muratus, et fundatus est dictus Murus sine (a) liberi cujuscumque fuerint de exititiis (b) tunc dictæ Terræ ante tempus constructionis dicti Muri. Et ille, vel illi, cujus, seu quorum dicti lapides fuerunt, et erant dicto tempore, possit, et possint illos elevare, et asportare sine poena, et banno, Statuto, vel ordinamento aliquo loquente in contrarium non obstante.

(a) Deve dir sint. (b) sembra che debba dire = extititii =

De muro devastato juxta domum Ciccoli Petrutii Pauli aptando, et refitiendo.

CXCIX. Murus qui fuit destructus, vel devastatus tempore primę rupturę Terrę Mevanię juxta domum Filiorum Petrutii Pauli Guidutii, et Pucciarelli Cartulani, remuretur, et reparetur ad calcinam, et arenam, et lapides de novo, sicut fuit ante tempus dictę rupturę per adjacentes dicti muri de lapidibus, qui olim fuerunt dicti muri, si invenirentur: Et si dicti Lapides non reinvenirentur, expensis adjacentium dicti muri. Et prędicta Potestas, et Consules Populi, et Notarius super dampnis datis, et custodia dictę Terrę ad petitionem, et requisitionem cujuscumque convicini, vel adjacentis dicti muri petentis fieri facere teneantur expensis dictorum adjacentium, ad pœnam vigintiquinque librarum denar: pro quolibet, et vinculo juramenti.

De Fossato trivii Scarzuli dirizando.

CC. Fossatus, et aqua ipsius Fossati, quę labitur, et transcurrit per viam tribii Scarzuli, a terra Filiorum Mascii Accorroni, et Bernadelli Facioli posita in vocabulo S.Martini, juxta vias, et ipsum Fossatum, usque ad Ponticellum lapideum Plani Filiorum Comitis, juxta terram Ser Venturę Petri, et Hortum Vagnoli Jacoli, derivetur, et removeatur totaliter ex dicta, et altera via, et mittatur aliunde per locum magis convenientem, et minus dampnosum, ita, et taliter quod dictus Fossatus, et aqua ejusdem per dictam viam ulterius non labatur, neque discurrat. Et ad prędicta facienda, et executioni mandanda eligatur unus magister Forensis per Consules Populi dictę Terrę, qui bene noscat de rectitudine ipsius Fossati, et adjacentium alvei, per

quem

quem dictus Foſsatus, et aqua ipsius labatur, et discurrat. Et duo Superstites Mevanates per adjacentes ipsius Foſsati eligantur. Et postquam per ipsos adjacentes dicti duo Superstites Mevanates facti, et electi fuerint, Consules Populi qui pro tempore fuerint teneantur, et debeant cogere dictos Superstites Mevanates ad faciendum venire dictum magistrum Forensem pro dicto opere faciendo infra octo dies a die eorum electionis, ad pœnam centum Solidorum pro quolibet dictorum Consulum. Et postquam dictus Magister venerit ad Terram Mevaniam, dicti Superstites teneantur, et debeant dictum opus dicti Foſsati incipere, et incipi facere, prosequi, et finire usque ad unum mensem a die incepti operis, ad pœnam decem Librarum pro quolibet ipsorum Superstitum. Qui Magister Forensis habeat, et habere debeat pro suo Salario pro quolibet die quo steterit ad dictum opus fieri faciendum expensis adjacentium dicti Foſsati viginti Solidos denar. Et Potestas ad pœnam quinquaginta Librarum de suo Salario, et vinculo juramenti, et Consules Populi ad pœnam vigintiquinque Librar. et pręstiti juramenti prędicta omnia executioni mandare, et facere teneantur infra quindecim dies postquam ab eis, vel aliquo ipsorum petitum fuerit per sex ex adiacentibus ipsius Foſsati, et dictę Vię, omnibus dictorum adjacentium habentium terras, et poſseſsiones juxta dictam Viam sumptibus, et expensis, tam occasione terrarum accipiendarum pro dicto alveo ipsius Foſsati emendandarum, quam etiam omnium aliarum qualiumcumque expensarum occurrentium pro prędictis, vel aliquo prędictorum, ita quod

per

per Commune iis, vel pro iis nihil solvatur. Qui adjacentes teneantur, et debeant emendare totam terram accipiendam pro alveo ipsius Fossati omnibus, quibus accepta fuerit. Et adjacentes dicti Fossati intelligantur, et sint omnes, quibus aqua dicti Fossati prodest, et obest, sive dampnum infert. Cui Magistro Forensi quilibet ex dictis adjacentibus debeat obedire, ad poenam decem Solidorum denarij. Et ipsi Magistri possint eis imponere poenam prędictam, et alias usque in quantitatem quadraginta Solidorum pro suo libito voluntatis omnibus adjacentibus supradictis. Et hoc capitulum sit pręcisum quod tolli non possit Consilio, vel arenga.

Quod Mensuratores terrarum, lapidum, murorum, et vegetes teneantur facere unum Librum.

CCI. Quilibet Mensurator, qui in Mevania, vel districtu consuevit terras, muros, ligna, seu lapides mensurare, et vegetes sciagomare, teneatur, et debeat habere, et facere unum Librum, in quo scribere, seu scribi facere teneatur omnia nomina ementium, et vendentium, et mensuras quas fecit, poena decem Librarum pro quolibet, et qualibet vice, qua contrafecerit. Et quilibet mensurator teneatur, et debeat ire ad mensurandum ad requisitionem cujuslibet petentis, solus, vel sociatus, sicut fuerit requisitus, ad poenam prędictam. Et cuilibet liceat accusare contrafacientes, et teneatur in credentia, et habeat medietatem banni.

Quod Famuli qui stant cum aliquibus, ad posturam in factis personalibus faciendis non cogantur.

CCII. Famuli qui stant ad annum cum hominibus, et personis de Mevania ad laborandum, et serviendum eis continuo, et

comedunt

comedunt, bibunt, jacent, et dormiunt in domibus Dn̄orum eorumdem, et non habent in bonis valorem centum Librarum inter domum, terram, vineam, denarios, et bestias, non graventur ad faciendum custodiam, nec cavam, nec ad eundum in exercitum nisi pro Dn̄o suo, cum quo staretu ad posturam. Et hoc non intelligatur de illis Famulis, qui vadunt cum aliquo Dn̄o in offitio, nec de illis Famulis, qui non stant cum hominibus, et personis de Mevania ad serviendum eis, et laborandum continue pro toto anno ad usum bonorum laboratorum, et bonorum famulorum. Et ad probandum quod dicti Famuli stant pro toto anno, et alia supradicta, suffitiat juramentum Dn̄i sui, cum quo staret, et temporum(a) Famulorum. Et nullus Famulus contra dictam formam malitiose, seu fraudulenter se excuset. Contrafaciens in centum Solidis denar. condempnetur: Et nihilominus custodiam, et alias factiones personales dictus famulus facere teneatur. Et si aliquis Dn̄us alicujus Famuli dictum juramentum pro Famulo suo malitiose, seu fraudulenter prestaret, pro perjurio in centum Solidis denar. debeat condempnari: Et nihilominus talis Dn̄us omnes custodias, et factiones non factas pro dicto Famulo suo suis propriis expensis facere compellatur.

Quod proponatur in Consilio de Vindemiis faciendum (b)

CCIII. Consules Populi teneantur, et debeant die vigesima mensis Septembris ponere in Consilio dicte Terre de Vindemiis faciendum (c) vel non, quid placet, et videtur ipsi Consilio providere. Cuilibet tamen liceat Pergulas proprias, vel conductas vindemiare ante dictam diem vigesimam mensis Septembris cum licentia, et apodixa Dn̄or. Consulum Populi dicte Terre.

(a) Forse ceterorum.

(b) (c) Meglio faciendis.

De

De pondere Florenorum, et mensuris adjustandis.

CCIV. Potestas, et Consules Populi Mevaniȩ, qui pro tempore fue=
rint teneantur, et debeant vinculo juramenti, et ad pœnam vi=
gintiquinque Librarum denar. pro qualibet, primo mense re=
giminis Potestatis omnes mensuras, videlicet, mezengos, paſ=
sectos, bilanceas, marchas, et mensuras vini, et olei omnium
ementium, et vendentium de Mevania facere adjustari. Ce=
terum pondus Floreni Communis Mevaniȩ adjustetur cum
pondere Floreni Communis Fulginei. Et Consules Populi
eligant duos ponderatores Florenorum, qui habeant, et tene=
ant pondus adjustatum cum pondere Floreni Communis Ful=
ginei. Qui ponderatores sic electi teneantur ponderare Flore=
nos cuilibet volenti facere ponderari. Et Florenos, quos ipsi, vel
alter ipsorum fecerint, seu dixerint eſse bonos iis, qui dictos
Florenos faciunt ponderari, debeant, et teneantur recipere ~~eos~~
ipsos pro bonis, et justi ponderis. Et etiam de pejoramentorũ
Floreni stetur sententiȩ, et dicto dictorum ponderatorum, vel
alterius ipsorum, sine scriptura aliqua inde facienda, et eo=
rum dicto, et sententiȩ super prȩdictis nullus audeat, vel poſsit
contradicere, sed sit contentus, ad pœnam decem Solidorũ.
Et dicto pondere adjustato ad ipsum pondus quilibet alius
teneatur, et debeat accipere, et dare de suis nummatis ad
pœnam centum Solidor. denar. Et ad dictas mensuras, me=
zengos, paſsectos, et bilanceas quilibet emere, et vendere tenea=
tur ad dictam pœnam. Et Potestas, et alii Offitiales Commu=
nis Mevaniȩ, et quȩlibet alia persona in qualibet mercan=
tia, et in quibuscumque nummatis; et dicti Offitiales, et
etiam Potestas pro eorum Salariis teneantur, et debeant ac=

cipere

accipere Florenos pro quatuor libris, et decem Solidis. Et quicumque vendiderit aliquam rem, seu mercantiam, ubi non intraret totum Florenum, et vendens teneretur recipere quinquaginta Solidos, et ab inde supra, talis vendens teneatur recipere Florenum si emptor sibi dare voluerit; et residuum dicti Floreni ad dictam rationem quatuor librarum, et decem solidorum tali emptori dare, solvere, reddere, et restituere teneatur ad pœnam viginti Solidorum. Et quilibet possit accusare contrafacientes in prędictis, vel aliquo prędictorum, et habeat medietatem banni. Et Potestas, et sui Offitiales de prędictis, et quolibet prędictorum quolibet mense inquirere teneantur, et repertos culpabiles punire, et condemnare, ad pœnam vigintiquinque Libraꝝ et prę̄stiti juramenti.

De Via qua itur ad Paludem Feccioli aptanda.

CCV. Via, qua itur ad Paludem Feccioli aptetur, et manuteneatur per adjacentes ipsius Vię ad sensum, et voluntatem duorum Superstitum per sex, vel octo ex dictis adjacentibus eligendorum coram Consulibus Populi Mevanię, et maxime a Vinea filiorum Uguccionelli, usque ad Pontem Formellę Abyssi. Quibus Superstitibus quilibet debeat obedire ad poenam quinque Solidorum. Et Notarius super damnis datis, qui pro tempore fuerit ad petitionem, et requisitionem Superstitum prędictorum omnia prędicta fieri facere teneatur ad poenam decem Librarum de suo Salario: Et statim cum ab eis fuerit requisitus, ad dictum opus fieri faciendum personaliter accedere.

Quod si Famulus alicujus Nobilis offenderet aliquem Popularem teneatur Dnus ejus pro eo.

CCVI. Si aliquis familiaris alicujus Nobilis de Mevania offenderet aliquem Popularem de dicta terra, presumatur quod ipse Nobilis fecerit ipsum offendi: et propter istam presumptionem poene, qua subjicereretur delinquens, ipse Nobilis in quadruplum condempnetur. Et hoc Capitulum Potestas qui pro tempore fuerit, per Terram Mevaniam in principio sui Regiminis banniri facere teneatur vinculo juramenti.

Poena Nobilis receptantis aliquem exbannitum vel Communis Mevanie, vel Romane Ecclesie.

CCVII. Nullus Nobilium audeat, vel presumat aliquem exbannitum vel Communis Mevanie, vel Romane Ecclesie, poena, qua talis exbannitus teneretur, et esset obnoxius, receptare. Et quod talis receptatio fiat per Nobilem suffitiat testimonium duorum testium fide dignorum: dummodo de exbannimento accusans talem Nobilem doceat, et ostendat. Quam accusationem quilibet possit facere. Et ad petitionem cujuslibet accusantis Potestas teneatur procedere in predictis poena centum Librarum, et vinculo juramenti. Et nomen accusatoris, vel denumptiatoris ~~teneatur~~ in credentia teneatur.

Quod contra Nobilem fiat jus Summarium Populari per Curiam Mevanie.

CCVIII. Si aliquis Popularis aliquem Nobilem ad juditium traheret occasione alicujus debiti, per Potestatem, et ejus Curiam contra ipsum Nobilem fiat jus Summarium Populari: dummodo Popularis doceat de Credito legitime contra eum. Et Popularis intelligatur ille, qui ipse, et Pater ejus fuerit

de

de Terra Mevania oriundus, et faciat in Communi Mevanię omnes et singulas factiones reales, et personales.

Quod nulla domus existens in circumstantiis Plateę muniatur aliquo munimine, vel armis.

CCIX. Nulla domus alicujus Popularis, vel de genere Popularis in circumstantiis Plateę existens muniatur, vel armetur aliquo munimine, seu infortiamento, vel armis. Et pro hoc Potestas qui pro tempore fuerit teneatur, et debeat quolibet mense Notarium suum transmittere ad ipsas domos, per quem ipsę domus diligenter rimentur, et videantur. Quod si armis, seu infortiamento, vel munimine invenirentur quomodolibet Communitę, Dominus domus in quingentis Libris denariorum Communi Mevanię condemnetur: Et nihilominus ipsa domus sit eo ipso Communi Mevanię applicata, et confiscata: Et ipsa domus demum devastetur, et funditus destruatur. Et de hoc Potestas teneatur vinculo juramenti, et ad pœnam ducentum Librarum de suo Salario. Et dictum Capitulum idem Dnus Potestas banniri facere teneatur in principio sui Regiminis vinculo juramenti.

Quod nullus Forensis faciat in Mevania Cellarium.

CCX. Nullus Forensis, vel qui non fuerit de Mevania oriundus a triginta annis citra possit, nec debeat per se, vel alium facere, vel alio modo habere in Mevania, vel districtu Cellarium de Vino forensi tempore recollectionis musti, vel postea, usque ad tempus, quo permittitur ad formam Statuti Vinum posse apportari, et vendi, ad pœnam centum Solidorum denarum. Et nullus de Mevania

Mevania, vel Mevaniæ habitans Vinum forenſe appor=
tet, vel deferat; nec Cellarium dicti Vini faciat pro se, vel
alio Forenſe in Mevania, vel diſtrictu, ad dictam pœnam
centum Solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Et cuilibet
liceat contrafacientes in prædictis, vel aliquo prædictorum
accusare, et denumptiare, et accusationi, et denumptiatio=
ni cujuslibet stetur, et credatur cum uno teſte fide digno.
Et Potestas Communis Mevaniæ, qui pro tempore fuerit,
teneatur, et debeat quolibet menſe de prædictis inquirere,
et quolibet prædictorum; et Notarium suum mittere ad inqui=
rendum de prædictis, et quolibet prædictorum, et repertos cul=
pabiles punire, et condempnare in dictis pœnis, ad pœnam
decem Librarum, et vinculo juramenti; in quibus per Syn=
dicum, qui ipsum Potestatem syndicabit, debeat condempna=
ri. Et hoc Capitulum banniatur in locis consuetis Mevaniæ
in principio cujuslibet mensis. Et præsens Capitulum lo=
cum non habeat quando Curia generalis Spoletani Ducatus
in Mevania reſideret.

Quod omnia bona, et jura Communis Me= vaniæ sint in eo Statu, in quo erant ante tempus primæ rupturæ Mevaniæ.

CCXI. Omnia bona, et jura Communis Mevaniæ sint,
et eſse debeant in eo statu, modo, et forma, in quo erant an=
te tempus primæ rupturæ Terræ Mevaniæ, facta anno
Domini Milleſimo trecenteſimo tricesimoquarto, die
vigesima quarta Januarii, non obstante aliquo Statuto,
ordinamento, reformatione, et pacto, quietatione, remiſsio=
ne, et absolutione habitis, et factis quomodocumque, vel
qualiter

qualitercumque in contrarium prędictorum, a dicto anno citra, usque in Millesimum trecentesimum tricesimumquintum, die ultima Septembris subsequentis. Quę omnia sic in contrarium facta sint cassa, nulla, irrita, et abolita, et nullius valoris habeantur auctoritate pręsentis Statuti. Et nullus aliquid dicat, proponat, vel obitiat contra prędicta, vel aliquod prędictorum in diminutionē jurium dicti Communis ad pœnam centum Librarum. Et hoc Capitulum sit pręcisum, quod tolli non possit Consilio, vel arenga.

De Magistro artis Grammaticę, et Logicę habendo in Terra Mevania.

CCXII. Attendentes Statutarii supradicti, quod pueri, quorum ętas est prona ad malum, nisi bonis moribus instruantur in devium prolabuntur, de quibus in Mevania quia Scholarum, et Scholas regentium cessat copia, et a diu cessavit, propter Patrum desidiam multi habentur; ut abusus hujusmodi in melius reformetur, statuerunt, et ordinaverunt, quod Potestas, et Consules Populi Terrę Mevanię quolibet anno de mense Augusti coram eis Patres, qui volunt filios in litterarum disciplinam erudiri, vel unum de proximioribus consanguineis advocent, et inducant; et mandent eis sub pœna vigintiquinque libran. denan. pro quolibet Communi Mevanię, si contrafecerint, applicandarum, (a) procurent habere, et conducere unum bonum, et idoneum Magistrum Artium Grammaticę, et Loycę professorem, in quem prędicti Patres, et proximi consanguinei, vel octo ex eis ad minus convenerint, et fuerint concordes; qui in Mevania Scholaribus studere volentibus Scholas

(a) Nel Codice dice = applicandi =

Scholas regant, ita quod annuatim in die Beati Lucę de mense Octobris hujusmodi studium inchoetur. Per quos Patres, et proximos consanguineos tanta diligentia adhibeatur, quod in poenam non incidant, et defectu Magistri filii, et consanguinei ipsorum tempus studii amittendo, non cogantur deviis hominibus sotiari. Potestas autem qui in prędictis, et etiam Consules fuerint negligentes, vel remissi, Potestas in pœnam quinquaginta librarum de suo Salario per Syndicum ejusdem Communis Mevanię condempnetur; et Consules per Potestatem sequentem in vigintiquinque libras pro quolibet eorum Communi prędicto debeant condempnari. Et ut Magister ipse sic conducendus ad regendum hujusmodi ferventius animetur, Camerarius Communis Mevanię, qui pro tempore fuerit, det, et solvat, et dare, et solvere teneatur, et debeat eidem Magistro de pecunia dicti Communis annuatim pro suo Salario quadraginta Libras denariorum; et pro contributione domus, in qua Scholares ipsi manebunt, sine apodixa, vel licentia alia Potestatis, vel Consulum, decem Libras denariorum. Et domus, in qua retinebuntur dictę Scholę, sit prope Plateam Communis, ubi Consulibus videbitur convenire. Qui Magister non possit se absentare de dicta Terra Mevania sine licentia dominorum Consulum, sub pœna decem solidorum pro qualibet vice de suo Salario per dictum Camerarium retinendorum. Et hoc Capitulum sit precisum quod tolli non possit Consilio, vel arenga.

Poena dicentis, vel opponentis aliquid contra Statuta Populi, vel Communis, quod non valeant.

CCXIII. Ut Populus Mevanię de bono in melius augmentetur, et in bono, et pacifico statu, utilitate Communis, et Populi

Populi declaraverunt omni modo, et jure quibus melius potuerunt, quod omnia, et singula supra, et infra scripta Statuta, seu Capitula Statutorum Communis contenta, et in presenti volumine comprehensa sint facta, condita, et ordinata. Et ipsa fecerunt, statuerunt, et ordinaverunt, et condiderunt in favorem, et pro favore dicti Communis et Populi Mevanię pertinere; et pro factis, conditis, et ordinatis in favorem, et pro favore dicti Communis et Populi haberentur, non obstante quod dicta verba in dictis Capitulis expressa, et specificata non sint: Quę verba in prędictis, et infrascriptis Capitulis, et quolibet eorum pro expressis, et specificatis habeantur. Et nulla persona cujuscumque conditionis existat audeat, vel presumat dicere, vel opponere, obiicere, vel allegare, et dici, obiici, opponi, vel allegari facere contra dicta Statuta, et ipsorum Capitula in presenti volumine comprehensa, vel aliquod eorum (a) valeant, nec teneant, pro eo quod facta, seu ordinata non fuerunt in favorem, et pro favore dicti Communis et Populi Mevanię; et quod ~~ad~~ in favorem, et ad favorem dicti Communis, et Populi non pertineant. Contrafacientes in prędictis, vel aliquo prędictorum centum Libras denari de facto sine aliqua condempnatione Camerario Communis Mevanię pro ipso Communi accipienti solvere teneatur: Et nihilominus talis exceptio nullatenus admittatur. Et opponens, obiiciens, et allegans quomodolibet minime audiatur: Et perpetuo sit infamis juris, et facti: Et nec aliquis de prole sua ad aliquod offitium Communis, vel Populi admittatur. Et nullus Judex, Advocatus, Procurator, seu Notarius contra prędicta, vel aliquod prędictorum dicat

(a) manca = quod non =

dicat, alleget, procuret, obiiciat, seu advocet; nec dicere, allegare, provocare (a), obiicere, vel advocare audeat, nec presumat quocumque colore quęsito. Contrafaciens ~~in~~ centum libras denar: de facto sine aliqua condemnatione Camerario Communis pro ipso Communi recipienti solvere teneatur: et nihilominus sit ipso jure et facto ab Offitio Procurationis, et advocationis exclusus: et in prędictis, vel aliquo prędictorum non audiatur; nec in Curia Communis Mevanię in aliqua Causa Civili, vel Criminali ad patrocinandum, seu ad aliquod Offitium Procurationis admittatur usque ad decem annos. Et ab omni Offitio, et Benefitio Communis et Populi Terrę Mevanię sit exclusus: et maxime cum omnia, et singulà supra, et infra scripta Capitula Statutorum sint facta, condita, et ordinata pro utilitate, favore, et bono, et pacifico statu, et in favorem Communis, et Populi Mevanię.

De modo aptandi ripas fluminis.

CCXIV. Ad hoc ut aqua superflua, quę per territorium Mevanię continue labitur, et transcurrit in terris, et possessionibus hominum Terrę Mevanię lęsionem, ~~vel~~ vel damnum aliquod non inferat quoquomodo propter ipsius aquę superfluitatem, sicut fecit, et intulit usque modo ratione defectus riparum fluminis, et alvei ejusdem, pro bono, et pacifico Statu Communis, et Populi Terrę Mevanię, et commodo, et utilitate dicti Communis, et spetialium personarum ipsius, et pro reparatione, et aptatione riparum, et alvei fluminis territorii dictę Terrę Mevanię, statuerunt, et ordinaverunt, quod a territorio Castri Canarii usque Arcaturam novam fiant ab utraque parte fluminis ripę altę, et larghę tribus pedibus

ad

ad pedem perticę per adjacentes dicti fluminis. Et ad prędicta intelligantur, et sint adjacentes omnes qui tenent, et possident terras infra formas usque ad flumen vetus, et usque ad formam Molendinorum. Et via sit, et fiat ex utraque parte fluminis juxta aquam trium pedum ad pedem perticę.

Item statuerunt, et ordinaverunt, quod a supradicta Arcatura usque ad Pontem Abbatis sit, et fiat via juxta aquam ex parte versus Caprum larga quinque pedibus ad pedem perticę; et fiat ripa extra dictam viam alta, et larga tribus pedibus ad pedem perticę per adjacentes dictę Contratę. Qui intelligantur, et sint adjacentes a Ponte Abbatis usque ad fossam Abyssi tenentes per pedatas Capri versus Fulgineum; et a fossa Abyssi subtus usque ad territorium Spelli, et Cannarii ad flumen Vetus.

Item statuerunt, et ordinaverunt, quod a Ponte Abbatis usque ad Montem S.tę Marię juxta Pontem Lapidum extra versus Mevaniam sit, et fiat ripa alta, et larga tribus pedibus ad pedem perticę. Et juxta flumen intus dictam ripam fiat, et sit via larga duobus pedibus ad pedem perticę per adjacentes. Et adjacentes esse intelligantur qui habent, et tenent terras ab Arcatura nova usque ad montem S.tę Marię juxta Pontem versus Mevaniam usque ad muros Terrę Mevanię.

Item statuerunt, et ordinaverunt, quod ex alia parte fluminis prędicti a Ponte Lapidum usque ad possessionem S.ti Ansuvini positam juxta Mutrilum Girarduli, sit, et fiat via larga juxta flumen una mezenga; et extra dictam viam versus campum

fiat ripa alta, et larga tribus pedibus ad pedem perticę: Et a terra S.t Ansuvini usque ad Pontem S.t Johannis de Insula fiat ripa alta, et larga tribus pedibus ad pedem perticę. Et ad prędicta facienda per adjacentes, quos aqua dampnificat, per Superstites dicti operis declarandos. (a)

Item statuerunt, et ordinaverunt, quod a Ponte S.t Johannis usque ad Molendina Plani Lactonis sit, et fiat Via larga juxta flumen una mezenga: Et extra dictam Viam fiat ripa alta, et larga tribus pedibus ad pedem perticę per adjacentes, quos dampnificat aqua ex dicta parte dicti fluminis: Et ab ipsis Molendinis usque ad territorium Cannarii fiant ripę altę, et larghę tribus pedibus per adjacentes, quos aqua dampnificat. Et a dictis Molendinis infra qui intelligantur adjacentes, per Superstites dicti operis declarandum.

Item statuerunt, et ordinaverunt quod a Ponte Lapidum usque ad Pontem Renarii, et a Ponte Renarii usque ad Juniam versus Montem Falconem sit, et fiat ripa alta, et larga tribus pedibus ad pedem perticę: Et a dicto Ponte Renarii usque ad flumen dictam Juniam fiat via intus dictas ripas juxta flumen larga tribus pedibus ad pedem perticę. Et a dicto Ponte Renarii usque ad flumen vetus sit, et fiat via larga duobus pedibus: Et ab inde supra usque ad Juniam sit via larga tribus pedibus ad pedem perticę.

Item statuerunt, et ordinaverunt, quod a Vinea hęredum Vannis Andrioli Gentilis posita in vocabulo Pedatę S.t Vincentii juxta

(a) Meglio declarandum, come appresso.

juxta formam Domini Marci, Viam et Mercatum Vitalis, usque ad territorium Fulgineum sit, et fiat ripa alta, et larga tribus pedibus ad pedem perticę. Et fiat Via intus dictas ripas juxta aquam una mezenga: quę fiat per adjacentes, quę tenetur a dicto opere (a) usque ad Paludem Communis, et usque ad Viam qua itur ad Abyssum, et ad Malburghectum.

Item statuerunt, et ordinaverunt, quod a Ponte filiorum Maſsutii juxta Hortum filiorum Monalduccii usque ad Arcaturam positam juxta Terram Venantii Iohajoli, aptetur per adjacentes ad voluntatem Superſtitum.

Item statuerunt, et ordinaverunt, quod omnes, et singulę ripę supradictę fiant per adjacentes prędictos de terra, quę jacet ex parte fluminis.

Item statuerunt, et ordinaverunt, quod ubicumque fuerit petitum per aliquem, fiant ripę, et Vię per adjacentes Contratę, ubi ripę, et vię fieri peterentur, ut per Superstites fuerit declaratum.

Item statuerunt, et ordinaverunt, quod quicumque haberet infra dictas ripas, et in dictis ripis versus flumen aliquam arborem, teneatur, et debeat incidere infra octo dies post bannimentum, vel mandatum sibi factum, ad poenam decem Librarum, et perditionis arborum prędictarum. Et quę post dictum terminum octo dierum non eſsent incisę debeant incidi per homines Capredicine, in cujus capredicine eſsent; et sint ipſorum hominum, qui inciderint arbores prędictas. Et prędicta non ven=

dicent

(a) ~~Sarebbe meglio~~ Dovrà dire, qui tenentur ad dictum opus.

vendicent sibi locum in arboribus stantibus per ripas infra ripas Molendinorum formę a Molendinis Communis posita[a] juxta Portam Malvicinorum usque ad Arcaturam Venantii ab utraque parte dictę formę.

Item statuerunt, et ordinaverunt, quod quilibet de Terra Mevania, et districtu, qui apprehendisset de pertinentiis dicti fluminis, teneatur, et debeat relapsare infra terminum eis assignandum. Et per adjacentes dictum flumen debeat cavari, et dirizzari, ut per Superstites dicti operis declarabitur, et mandabitur.

Item statuerunt, et ordinaverunt, quod cuicumque occasionibus supradictis acciperetur de possessione sua, quod cui accepta esset possessio sua, emendetur per adjacentes, ut superius continetur, secundum ęstimationem contentam in Catasto Communis Mevanię pro rata ut quemlibet adjacentem tangit, solvat pro ripis tantum, et non pro Viis: Quę ripę debeant terminari.

Item statuerunt, et ordinaverunt, quod nemo audeat, vel pręsumat aliquam novitatem facere in supradictis ripis, et Viis, nec ipsas laborare, nec apprehendere, ad poenam decem Librarum denar; pro quolibet, et qualibet vice, qua per quemcumque fuerit contrafactum: Cujus poenę medietas sit Communis, et quarta pars sit accusatoris, et alia quarta pars sit Offitialis super hoc deputandi: Qui de prędictis qualibet hebdomada inquisitionem facere teneatur, et contrafacientes

in

(a) Forse positis.

in prędictis punire de facto in poenam prędictam, sine condempnatione, strepitu, et figura juditii; et ipsam poni facere in introitibus Communis inter alios introitus dicti Communis. Et dictus Offitialis, seu Notarius super hoc deputandus teneatur, et debeat semel in hebdomada ire personaliter ad videndum dictum opus si est in aliquo contrafactum, ad pœnam decem Librarum de suo Salario per Camerarium Communis dictę Terrę tempore sui Syndicatus retinendarum.

Item statuerunt, et ordinaverunt, quod pro dicto opere faciendo, et fieri faciendum[a] per Superstites dicti operis fiant capudecem (6), qui ~~in~~ in eorum capudicina habeant de adjacentibus dicti operis homines possidentes terras, vel possessiones decem modiorum terrę, vel circa, qui capudecem teneantur, et debeant colligere, et exigere a dictis adjacentibus pro dictis ripis solvendum, et Salario Notarii, Superstitum, et aliis expensis fiendis in prędictis denarios oportunos ut quemlibet dictorum adjacentium tanget pro rata pro possessione ipsorum pro catasto secundum deliberationem fiendam per dictos Superstites. Qui adjacentes teneantur, et debeant solvere partem eis contingentem eorum capudecem infra octo dies postquam bannitam fuerit, ad pœnam dupli.

Item statuerunt, et ordinaverunt ad hoc ut continuo futuro tempore prędictę ripę, et vię manuteneantur illęsę, quod quęlibet pars tangens cuilibet capudecem debeat manuteneri per capudecem, et homines ipsius capudicinę futuro

tempore

(a) Capo di dieci, o Soprastante a dieci persone.

futuro tempore. Et si acciderit aliquo tempore in capudicina a=
licujus devastari viam, vel ripam, dicti capudecem, et homines
ipsius capudicinę teneantur, et debeant infra duos dies postquā
in aliquo fuerit devastata, ad petitionem cujuscumque petentis
reficere, et reaptare, ad poenam decem Librarum, quas de facto
solvere teneatur. Et ipsam executionem faciat contrafacienti
supradictus Notarius.

Item statuerunt, et ordinaverunt, quod possessiones dictorum adja=
centium debeant mensurari per mensuratores per dictos Super=
stites eligendos. Qui mensuratores habeant pro eorum Salario,
et labore pro mensuratura pro quolibet modiolo unum dena=
rium, et medium.

Item statuerunt, et ordinaverunt, quod dicti Superstites
habere debeant pro quolibet ipsorum Salarium eis per Consu=
les Populi declarandum.

Item statuerunt, et ordinaverunt, quod
teneatur, et debeat ad mandatum, et voluntatem Consulum
Populi dictę Servę facere fieri dictum opus. Et si dictus Notarius prę=
dicta commodè facere non posset, fiant per illum Notarium, quem
ipsi Consules duxerint nominandum. Et Notarius qui prędicta fie=
ri fecerit habeat, et habere debeat Salarium ei per Consules Populi
ordinandum. Quod Salarium solvatur eidem per adjacentes prędi=
ctos pro rata, sicut capiet pro possessionibus eorum.

Item statuerunt, et ordinaverunt, quod quilibet teneatur, et debeat
obedire

obbedire Notario, et Offitiali prędicto, et mandato ipsius. Qui Notarius poſsit pro prędictis omnibus exequendis pœnas, et banna imponere usque in quantitatem decem Librarum, inspecta qualitate personę, et delicti.

Item statuerunt, et ordinaverunt, quod Consules Populi Terrę Mevanię, qui pro tempore fuerint, ad petitionem sex, vel octo ex adjacentibus locorum prędictorum, vel alicujus eorum, poſsint, teneantur, et debeant pro prędictis omnibus exequendis eligere Superstites ad prędicta in hunc modum, scilicet, duos Superstites a Territorio Cannarii usque ad Arcaturam prędictam ex utraque parte fluminis; tres Superstites a Territorio Cannarii usque ad ~~Arcaturam prędictam ex~~ Pontem S.^ti^ Iohannis versus Cantalupum; tres Superstites a Ponte S.^ti^ Iohannis usque ad Pontem Lapidum versus occidentem; quatuor Superstites ab Arcatura usque ad Pontem Lapidum versus orientem; duos Superstites a Ponte Renarii usque ad Timeura versus Montem Falconem; tres Superstites a vinea hęredum Vannis Andrioli Gentilis usque ad Territorium Fulgineum; et duos alios Superstites a Ponte filiorum Maſsutii usque ad Arcaturam existentem juxta terram Venantii Iohannis.

Item statuerunt, et ordinaverunt, quod cuilibet liceat dare damnum in arboribus, quę nascerentur juxta flumen sine pœna et banno, personaliter, et cum bestiis; videlicet in arboribus, et flumata, quę nascerentur a ripa, et via juxta aquam ab utraque parte fluminis.

Qui apparisce nel MS.^to^ una Lacuna di mezza pagina.

Habentes, et tenentes in Mevania, vel districtu bestias Bovinas, et asininas non graventur, nec cogantur per aliquem Officialem Communis Mevanię ad faciendum cum ipsis bestiis, vel aliqua earum opus aliquod Communis, vel spetialium personarum dictę Terrę, nisi pro competenti Salario.

Quod habentes Pecudes solvant singulis sex mensibus decem Solidos.

CCXV. Tenentes Pecudes in Mevania, vel districtu solvant, et solvere teneantur Camerario Communis Mevanię, singulis sex mensibus, videlicet in Kalendis mensis Maji, et in Kalendis mensis Novembris quolibet anno pro qualibet macta Pecudum decem Solidos denariorum: Et macta Pecudum intelligatur eſse, et sit a sex Pecudibus supra: Siquis vero haberet sex Pecudes, ~~tantum~~ et non plures, et ab inde infra, duodecim denarios pro qualibet Pecude de sex mensibus in sex mensibus in dictis Kalendis dicto Camerario solvere teneatur. Et Montones, et Caſtrati in dictis numeris Pecudum computentur.

De Foſsato Pentome dirizando.

CCXVI. Item statuerunt, et ordinaverunt, quod Foſsatus Pentome, qui labitur a Territorio Caſtri Boni in Territorium Caſtri Cantalupsi districtus Mevanię, et aliorum hominum dictę Terrę, dirizetur, et allarghetur, et aptetur per adjacentes dicti Foſsati omnibus dictorum adjacentium sumptibus, et expensis. Et quod siquę terrę acciperentur, vel mozzarentur occaſione prędicta, ipsę terrę emendentur per adjacentes prędictos illis, quorum eſsent terrę prędictę, secundum ęstimationem fiendam per duos homines ad hoc eligendos, unum videlicet per ipsos adja-

centes

adjacentes, et alium per illos, quorum erunt terrę prefatę. Et ad prędicta fieri faciendum Potestas Terrę Mevanię ad petitionem dictorum adjacentium, vel quatuor ex eis Notarium suum mittere teneatur expensis dictorum adjacentium. Quod si ipse Potestas prędicta facere neglexerit, vel etiam recusaret, vigintiquinque Libras denar. de suo Salario solvere Communi Mevanię teneatur. Quę vigintiquinque Librę per Camerarium dicti Communis de Salario dicti Potestatis debeant retineri.

De aqua mittenda per Flumicciolum.

CCXVII. Quolibet anno ad medium mensis Julii pro parte Potestatis, et Consulum Populi per loca publica, et consueta Terrę Mevanię publice banniatur, quod quicumque voluerit mittere aquam per Flumicciolum pro canepa maceranda, debeat coram dictis Consulibus comparere. Et qui pro minori pretio voluerit mittere toto tempore opportuno ad canipam, ad canapones macerandos, detur per dictos Consules. Et illi, qui accipiet, et ad mittendum, et manutenendum dictam aquam per dictum Flumicciolum, satisfiat a quolibet qui maceravit canepam, seu canapones de eo quo cum dictis Consulibus fuerit in concordia. Nulli tamen, qui dictam aquam miserit, et manutenuerit liceat accipere canipam, seu canapones aliquos sine pręsentia alicujus de familia illius, cujus fuerit canipa, seu canapones. Contra vero faciens in aliquo prędictorum centum Solidos denariorum pro vice qualibet de facto in cippum Communis solvere teneatur.

apparisce in questo luogo nel MS.to una Lacuna di linee 26.

De correctione Cataſtorum Communis Mevaniæ.

CCXVIII. Infra octo dies introitus mensis Maji super correctio=ne Cataſtorum Communis Mevaniæ eligantur in Consilio gene=rali Communis Mevaniæ ad fabas nigras, et albas pro sex mensi=bus quatuor Notarii Mevanates, unus videlicet pro qualibet Guaita, qui debeant corrigere dicta Cataſta, et errores, quos in eis invenerint; et levare, et ponere terras venditas, vel ali=cui conceſsas; et habeant pro eorum Salario pro ponitura cu=juslibet petiæ terræ quatuor denarios, et pro levatura totidē. Et si plus acceperint, solvant Camerario Communis pro quo=libet, et qualibet vice viginti solidos. Et si ille, cui terræ de=bent poni non comparuerit, citetur ad petitionem illius, cu=jus intererit, et cui dicta terra levari debet, quod debeat coram dictis Notariis comparere ad faciendum sibi in suo Cataſto poni dictam terram. Et si in termino non compa=

ruerit

comparuerit, quod dicta terra possit, et debeat sibi poni in Cata=
sto suo, ipsius absentia non obstante. Et finitis sex mensibus
de mense Novembris similis electio fiat. Et dicti Notarii debe=
ant jurare predicta omnia observare bona fide, sine fraude.
Et dicti Notarii (a)

Quanto tempore durent predicta Statuta.

CCXIX. Statuerunt, et ordinaverunt Statutarii infra=
scripti positi, et electi per Commune Mevanię, ut infra
in Capitulo primi Libri Maleffitiorum continetur, quod om=
nia et singula suprascripta, et infrascripta Statuta scripta,
et comprehensa, facta, condita, et renovata per eos, et om=
nia contenta in ipsis Statutis, et quolibet Capitulo eorum=
dem durent, valeant, et teneant, et robur firmitatis obtine=
ant perpetuo, incipiendo die publicationis presentium
Statutorum. Et omnia alia Statuta cujuscumque ordinis, sub=
substantię, et conditionis existant, et omnia ordinamenta san=
tiamenta, reformationes Consiliorum, quę essent contraria, vel
adversa; vel in eis aliud contineretur, quod in ~~casibus~~ dictis Statu=
tis Communis per eos factis in casibus expressis, et declaratis
sint cassa, et irrita, et nullius valoris, vel momenti. Et contra
suprascripta Statuta per eos facta, vel aliquod ipsorum nihi=

(a) Lacuna di dieci linee nel Codice.

lominus

nihilominus dici, vel opponi (a) possit. Et siquis contra prędicta Statuta, vel aliquod prędictorum aliquid dixerit, vel opposuerit, aut dici, vel opponi attentaverit per se, vel alium, in centum libris denarior. Communi Mevanię condempnetur: et talis oppositio pro nulla habeatur: Et nihilominus ipsa Statuta, et quodlibet eorum persistant in suo robore. Hoc excepto, quod si dicta Statuta, vel aliquod Capitulum ipsorum Statutorum esset contra Ecclesię libertatem in aliqua parte sui, decreverunt non valere, nec tenere; et pro non factis, scriptis, et conditis habeantur.

(a) Sembra mancare la negativa non.

Capitulum Quarti Libri super Malefitiis.

In nomine Domini. Amen. Improborum temporum vante (a) nequitia nitens humanum genus quasi semper interiora (b) prolabi (c) umitans (d) (e) potius quisque pravum libitum sequitur voluntatis, quàm modum, seu ordinem rationis, et juris; unde non solum Statuta, Leges, et Plebiscita gentium corrumpuntur, sed plerumque splendidissime Civitates, magnaque imperia insolentia criminum ad nihilum, et miseram solitudinem devenerunt. Ex quibus Terra Mevania, quę olim clarum nomen Civitatis dignissime conservavit, Episcopoque et Pręsule Beato Vincentio Martyre decorata, modo longis, et assiduis incolarum conquassata dissidiis, vix nomen Castri obtinet. Ejus quoque Statuta, et saltem hic liber Malefitiorum tum iis de causis, et senio aboleta, tum quia, ut fama narratur, ad manus pravissimi hominis devenerunt, qui partem laniavit, et partem abolevit; unde opus fuit et necesse, sicut olim dicta Statuta renovata fuerunt per sapientes viros Dnum Thomam Matthęuttii, et sotios ejus, ut in primo Libro continetur, ita ad pręsens per circumspectos Viros Sabatum Cicconi, Andreutium Johannis Petrutii, Johannem Torti, et Talianum Blasii Consules Populi dictę Terrę; nec non Ser Berardum Sichi, Ser Jacobum Ser Francisci Guaita S.ti Angeli; Dominicum Paltoni, Ser Urbanum Por=

(a) Forse vagante. (b) Meglio in inferiora. (c) Meglio prolabitur.
(d) Forse Universitas. (e) Sembra mancar dum.

Porcellini, Guaita S.^e Mariæ; Ser Gasparem Ser Scani, Petrum Francisci, Guaita S.^i Georgii; Ser Sebastianum Nuccioli, et Magistrum Sicchum Martini, Guaita S.^i Petri, Statutarii positi, et electi per Commune Mevaniæ ad renovandum, corrigendum, mutandum, et de novo addendum suprascripta, et infrascripta Statuta, provisiones, et ordinamenta Communis dictæ Terræ Mevaniæ; Ad laudem, et gloriam Omnipotentis Dei, et Beatæ Mariæ intemeratæ Virginis Matris ejus, et Beatorum Apostolorum ejus Petri, et Pauli, S.^i Vincentii Martyris olim præfati Episcopi Mevaniæ, et Beati Iacobi Confessoris Ordinis Fratrum Prædicatorum, Rectorum, Protectorum, et Defensorum Communis, et Populi Terræ præfatæ, et totius cœlestis Curiæ. Ad honorem, et reverentiam Sacrosanctæ Romanæ Matris Ecclesiæ, Domini Summi Pontificis Martini Divina Providentia Papæ V. et totius Sacri Collegii Cardinalium, et ad pacem, et tranquillitatem Communis, et hominum dictæ Terræ Mevaniæ.

Pœna blasphemantium Deum, Beatam Mariam Virginem, vel alios Sanctos.

I. In primis quidem statuerunt, et ordinaverunt Statutarii supradicti, quod quicumque blasphemaverit Deum Omnipotentem, vel Beatam Mariam Virginem gloriosam ejus Matrem, pro quolibet blasphemante, et qualibet vice blasphemaverit in vigintiquinque Libras denar: Communi Mevaniæ condemnetur. Si vero Sanctos, vel Sanctas Dei, vel aliquem ipsorum blasphemaverit, in decem Libras denar: vice qualibet, et pro quolibet Communi Mevaniæ condemnetur. Et cuilibet sit licitum accusare, et habeat quartam partem

Banni

banni: Et habeatur, et etiam sit pro legitima probatione super prędictis blasphemantibus probatio unius testis de auditu alius testis, de publica voce, et fama. Et Potestas teneatur, et debeat tales blasphemantes punire et ad poenas prędictas ab eis, et eorum quolibet exigere, sub poena vigintiquinque Librarum denariorum Communi Mevanię applicanda.

Poena laborantium diebus Dominicis, et Festivis.

II. Quilibet debeat custodire ab omni laboritio, et laborerio personali dies Sanctos Nativitatis, Resurrectionis Dominicę, cum duobus diebus sequentibus; Ascensionis, S.ti Michaelis Arcangeli, dies Dominicos, singulas Festivitates S.tę Marię, singulas Festivitates Apostolorum, et Evangelistarum omnium (a) Nativitatis Beati Johannis Baptistę, S.ti Vincentii, S. Laurentii, S.ti Francisci, S.ti Dominici, S.ti Augustini, S.ti Silvestri, S.ti Jacobi, S.ti Georgii, S.ti Martini, S.ti Ansutani, S.ti Blasii, Sanctarum Catharinę, et Lucię Virginis, Veneris Sancti, et singulos dies Veneris Mensis Martii, poena, et banno quinque Solidorum pro quolibet, et qualibet vice. Salvo quod tempore dubii, et guerrę possit quilibet laborare, et laboritia omnia facere. (b)

(a) (b) Lacuna nel Codice.

Pena jurantium Sanguinem, et similia.

III. Siquis juraverit Sanguinem, Corpus, Viscera Dei, vel Beatę Virginis, vel per aliquod venerabile Membrum ipsorum in viginti Solidis denarioꝝ Communi Mevanię condempnetur. Si vero juraverit Sanguinem, Corpus, Viscera, vel per alia membra aliorum Sanctorum, vel Sanctarum, in decem Solidis denaꝝ Communi Mevanię pro quolibet, et vice qualibet condempnetur. Et Potestas teneatur, et debeat tales jurantes punire ad poenas prędictas ab eis exigere, ad pœnam decem Libraꝝ denarioꝝ Communi Mevanię, si secus fecerit, applicandam.

Poena dicentis alicui verba injuriosa.

IV. Siquis autem dixerit contra aliquam, seu aliquem verba injuriosa, videlicet, o homicida, o fur, o falsarius, o revalgliosus, o proditor, o derobbator, seu dixerit menti per la gola, auctoritate presentis Statuti statuerunt, et reformaverunt dicti Statutarii, quod pro quolibet, et vice qualibet in viginti Libras denarioꝝ condempnetur. Et si dixerit contra aliquem, cum quo verba haberet, Non sum ego proditor, vel perjurus, vel filius puctę, vel revagliosus; vel supprascripta verba, vel aliquod eorum, vel similia, talis prolatio verborum, vel similium habeatur, sicut contra eum dixisset, et cum eo dicta verba haberet, et pro verbis injuriosis habeatur, et puniatur ut supra dictum est, et presumatur contra eum dixisse, cum quo verba haberet. Siquis vero dixerit alicui alia verba injuriosa, videlicet, ribaldus, somarius, gagliossus, vel iis similibus, in quadraginta Solidis denaꝝ pro quolibet, et vice qualibet condempnetur. Super quibus omnibus supradictis verbis in presenti Capitulo contentis, vel iis similibus Potestas, vel ejus Curia non possint, nec valeant

valeant procedere, niſi per accuſationem tantum. Et nullus pro verbis injurioſis ( ) extra Mevaniam confinetur contra formam Statuti, niſi procederet de voluntate Consulum, vel majoris partis ipſorum: Poſsit tamen ad domum propriam, vel conductam relegari per duos dies, et plus, si videbitur Consulibus, vel majori parti ipſorum. Et ad talem relegatum nullus poſsit accedere, vel enſenium ei mittere, exceptis consanguineis primi, et secundi gradus. Si vero aliquis dixerit alicui, vel contra aliquem, Tu es Gebellinus, per verba directa, vel indirecta, ut ſupra puniatur in quadraginta Solidis denariorum. Et si aliquis dixerit, vel affirmaverit se eſse Gebellinum per verba directa, vel indirecta, in decem Libris denariorum condempnetur. Et de predictis duabus clausulis, scilicet, Si dixerit alicui, vel contra aliquem, Tu es Gebellinus; et Si aliquis diceret, vel affirmaret se eſse Gebellinum liceat cuilibet accusare, et denumptiare; et denumptiationi, et accusationi ipsius stetur, et credatur cum uno teſte fide digno. Et si quis dixerit alii aliqua verba de predictis (a) quàm illi, cum quo rixaretur, vel alia verba, intelligatur illi, et contra eum dicere, cum quo rixaretur, vel verba haberet. . . . . .

Poena dicentium alicui verba injuriosa cum clamore.

V. De verbis injurioſis dictis cum rumore, vel clamore contra aliquem in Palatio, vel juxta Palatium, vel in Platea, vel in Logiis (b)

(a) Manca qualche periodo. (b) Lacuna nel Codice di 24. linee.

Poena reimproperantium alicui aliquam injuriam sibi; vel alicui suo consanguineo factam.

VI. Quicumque reimproperaverit alicui aliquam injuriam ei, vel alicui suo consanguineo factam, si de homicidio commisso in personam Parentum, vel Liberorum, vel Patrui, vel Avunculi carnalis, vel Fratris carnalis, vel Nepotis carnalis, vel similium personarum, in triginta libris denar: pro vice qualibet condempnetur. Si vero de adulterio commisso in personam suam, vel Matris, Filię, Uxoris, vel Sororis, vel Neptis carnalis, vel Amitę, materterę, vel similium personarum, in quindecim libras denar: pro vice qualibet condempnetur. Si vero reimproperaverit alicui aliquam injuriam prędictam (a) factam in aliorum (b) consanguineum usque in tertium gradum, puniatur in medietate dictę poenę. Si vero aliquis reimproperaverit alicui aliquam injuriam factam cum armis, et sanguinis effusione, ex qua signum evidens remanserit in vultu, vel membrum aliquod perdiderit, vel perdidisset, vel macagnatum fuisset, in personam suam, vel Parentum, vel Liberorum suorum, vel Patrui, vel Avunculi, vel Fratris carnalis, vel nepotis carnalis, vel similium, in decem et octo Libras denariorum condempnetur. Si vero signum evidens non remanserit in vultu, vel membrum aliquod non perdidisset, vel malo modo macagnatum

(a) Forse — per dictum. (b) Forse — aliquem —.

macagnatum non fuiſset, in medietate dictę pœnę condem=
pnetur. Si vero dicta injuria reinproperata fuiſset sine
sanguinis effusione, in sex Libras denarior. pro vice qualibet
condempnetur. Si vero reinproperaverit alicui aliquam inju=
riam factam in personam aliorum suorum consanguineor.
usque in tertium gradum, in quolibet casu secundum informa=
tionem prędictam in medietate dictarum poenarum
condempnetur. Si vero reinproperaverit alicui ali=
quam injuriam factam malo modo in personam suam,
vel Parentum, vel Filiorum suorum, vel Patrui, vel Avuncu=
li, vel Fratrum carnalium, vel similium personarum (a)
fuerit dicta injuria de scapigliatione aliqua, vel alia per=
cuſsione facta in vultu, vel cum trascinatione, vel projectione
in terram facta alicui ( ) ex dictis personis, in octo libras
denar. pro vice qualibet condempnetur. Et de alia inju=
ria in medietate dictarum poenarum condempne=
tur. Si vero in personam suorum consanguineorum us=
que in tertium gradum de scapigliatione aliqua, vel alia
percuſsione facta in vultu, vel trascinatione, seu projectione in
terram, in quinque libras denar. condempnetur. De alia vero
injuria in quinquaginta Solidos denar. condempnetur.
vice qualibet. Et non sit opus probare in aliquo dictorum
casuum reinproperatam injuriam factam fuiſse. Et si di=
cta reinproperatio diceretur per indirecta verba, ut, Hic fuit
Pater meus, vel Filius meus, vel Frater, vel Patruus, qui fuit occi=
sus, vel similia verba: vel, Non fuit Uxor mea, vel soror,
quę jacuit cum tali, vel similia verba: Vel, Non fui ego
percuſsus, vel Pater, Frater, Filius, Patruelis, vel Nepos meus,
neque

(a) manca; Si, o et.

neque aliquis alius ex suis consanguineis, in aliquo prędictorum casuum cum armis, vel sine armis, proinde habeatur, et dicentes, et reinproperantes puniantur in dictis poenis, et dictis, ac si recte dixiſsent dicta verba secundum dictam distinctionem. Et de his non poſsit inquiri sine voluntate offensi, niſi procederet de voluntate Consulum, vel majoris partis ipsorum. Poſsit tamen relegari per tres dies, et plus, si videbitur Consulibus. Et nullus poſsit ad relegatum accedere, seu ei ensenium mittere, exceptis consanguineis primi, et secundi gradus. Et dicta verba, vel similia, directe, vel indirecte presumantur fore reinproperata, et reinproperando dicta.

Pœna facientis insultum cum armis, vel sine armis contra aliquem.

VII. Siquis fecerit insultum in Terra Mevania, et Burgis contra aliquem ad domum propriam, vel conductam insultati, vel Liberorum suorum, vel Uxoris, seu Mariti insultatorum, et ipsam domum insultator intravèrit, si cum armis ferreis offendibilibus, in septuagintaquinque libras denariorum condempnetur. Si cum aliis armis offendibilibus, in medietate dictę poenę condempnetur. Si vero domum non intraverit insultator, si cum armis ferreis offendibilibus, in triginta Libras denariorum condempnetur. Si ~~vero~~ cum aliis armis offendibilibus, in medietate dictę poenę condempnetur. Siquis vero sine armis insultum fecerit in aliquem ad domum aliquam de prędictis in Terra Mevania, vel Burgis, et ipsam domum intraverit, in triginta libras denariorum condempnetur. Si vero domum non intraverit insultator in semiſsem (a) dictę poenę condempnetur. Siquis vero cum armis in aliquem stantem, vel recuperantem in domum aliquam

(a) Cosi pare che poſsa leggerſi nel Codice

aliquam, si cum armis ferreis offendibilibus in Terra Mevania, vel Burgis insultum fecerit, et domum ipsam insultator intraverit, in triginta Libras denar: condempnetur. Qui vero insultum fecerit cum armis ferreis offendibilibus contra aliquem alibi, quam ad domum in Terra Mevania, vel Burgis, in duodecim Libras denar: condempnetur. Si cum aliis armis offendibilibus in sex Libris denarior: condempnetur. Si vero sine armis, in sex libris denar: condempnetur. Qui vero extra Mevaniam, vel Burgos insultum fecerit contra aliquem, puniatur ac si in Terra Mevania, vel Burgis fecisset; videlicet, in duodecim Libris, considerata semper supradicta distinctione antequam fiat, et fieri debeat condempnatio. Et siquis insultum cum armis ferreis offendibilibus fecerit extra Mevaniam contra aliquem existentem in sua possessione, in duodecim Libris denariorũ. condempnetur. Si vero cum aliis armis, in novem Libris denariorum condempnetur. Si autem sine armis, in quinque libris denar: condempnetur. Et quod in omnibus supradictis casibus Potestas possit supradictas poenas moderare prout sibi videbitur expedire, inspecta quantitate, qualitate, evidenter (a) et conditione personarum, et delicti, et eventu loci, et temporis. Et si insultatus, qui staret simul in uno loco, ita quod non distarent per unam perticam, transiret unus ab alio, et unus iret contra alium, non intelligatur insultus. Et qui iverit cum armis, vel sine armis contra aliquem dampnum sibi dantem, vel tunc dare volentes, vel qui tunc jam dedisset, cum bestiis, vel sine, pro insultu minime habeatur, nec etiam condempnetur. Insultus vero factus sine armis offendibilibus, ubi alia facta non intervenerint, non intelligatur insultus. Et si fuerit

(a) Forse evidentia rei.

fuerit factus insultus contra aliquem, et in ipso insultu, vel tunc fieret aliqua percussio, offensa, seu injuria tam de insultu, quàm de percussione, injuria, vel offensa possit, et debeat insultator, vel offendens condempnari secundum formam Statutorum de iis loquentium. Et si in ipso insultu insultator voluerit percutere, et non ~~posset~~ percuteret quia non posset, sed per eum non staret quominus percuteret, non puniatur ac si percussisset: sed aliàs de tali actu puniatur secundum formam Statutorũ Communis Mevanię; et in hoc casu non possit Potestas poenam insultanti in aliquo imminuere. Siquis vero in aliquem insultum fecerit, et insultatus ab eo aufugerit, et insultator cum fugeret cum armis offendibilibus ~~ferreis~~ feriret evaginatis, non possit ei Potestas poenam imminuere; sed teneatur ei poenam pro ipsa fugatione augere usque ad poenam duplam, prout viderit expedire, inspecta qualitate, quantitate, conditione, et eventu delicti, loci, et temporis. Siquis vero emerit ab aliquo aliquam domum, vel possessionem aliquam a Domino rei, et ipse emptor rei ad capiendum, et apprehendendum (a) tenutam ipsius rei per ipsum emptę. Et si talis res empta conducta esset per aliquem a dicto venditore, quod dictus emptor iens ad capiendum, vel apprehendendum possessionem rei, si non fecerit injuriam personalem conductori dictę rei, pro insultu minime condempnetur. Et si Vicinus iverit ad alium vicinum etiam pro insultu facciendo ante domum, seu ad domum sui vicini, dummodo domum non intret, non intelligatur insultus factus ad domum, nec pro insultu facto ad domum puniatur: sed tamquam pro insul=

tu

(a) Manca iret, o altra simil voce.

insultu facto alibi puniatur juxta formam suprascripti Statuti. Et nulla mulier puniatur pro insultu, quem fecerit ad domum alicujus, vel alibi sine armis. Et prędicta non intelligantur de numero armorum. Et ubicumque in hoc Statuto fit mentio de insultu facto ad domum, idem modus servetur, et intelligatur de insultu facto ante domum. (a)

Poena evaginantium Ensem, Spuntonem, Cultellum, aut alia arma ferrea.

VIII. Siquis Ensem, Spontonem, Cultellum, aut alia arma ferrea offendibilia evaginaverit, seu evaginata tenuerit, vel non evaginata contra aliquem, et non percusserit, in sex Libris denarion; condemnetur. Si vero processerit ante eum dictis armis, vel aliquo ipsorum adminando, ~~in~~ condemnetur tantum in novem Libris pro evaginatione, et adminatione. Si autem cum aliis armis adminaverit, et non percusserit, in sex Libris denar: condemnetur. Si autem adminaverit cum manu vacua, in quadraginta Solidis pro quolibet, et vice qualibet condemnetur. Siquis percusserit aliquem cum cultello, lancea, stocco, mannarese, spito ferreo, vel cum aliquo instrumento ferreo aliquam percussionem (b) a collo supra, si sanguis exierit, et cicatrix, vel signum evidens remaneret in facie, vel naso, percussor in octuaginta Libris denar: pro vice

(a) Lacuna di Linee 9. nel Codice. (b) Manca fecerit.

vice qualibet condempnetur. Si vero signum evidens, et ci=
catrix non remanserit, in quadraginta Libris denariorum
condempnetur. Si vero sine sanguine percusserit in collo,
et de collo supra, in vigintiquinque Libris denar: condem=
pnetur pro qualibet percussione. Si autem percusserit de
collo infra, si sanguis exiverit, in triginta Libris denar:
pro vice qualibet condempnetur. Si sanguis non exiverit,
in quindecim Libris denar: condempnetur. Si autem per=
cusserit aliquem, et ex percussione percussus membrum a=
liquod perderet, seu macagnaretur, inutilis efficeretur, vel
suum offitium perderet, in centum quadraginta Libris den:
condempnetur pro membro pro vice qualibet. Membrum
vero intelligatur oculus, nasus, labrum, barba, collum, ma=
nus, brachium, pes, vel iis similia. Si vero ex percussione
percussus dentem, vel digitum manus perderet, vel inutilis
remaneret, percussor in septuaginta Libris denar: ~~condempne~~
pro vice qualibet condempnetur. Si vero digitus pedis ex per=
cussione perderetur, in trigintaquinque libris denar: pro
vice qualibet, et digito quolibet condempnetur. Si aliquis fo=
rensis percusserit aliquem Mevanatem ita quod ex percus=
sione percussus perderet pedem, manum, vel garrectum,
quod pes, et manus Forensis amputetur, ita quod a corpore
separetur. Et si ipse Forensis predicta, vel predictorum ali=
quod committens, in Territorium Mevaniæ non venerit, ex=
banniatur, et condempnetur in poenam predictam. Siquis
vero cum lapide, bastone ligneo, vel aliis armis his simi=
libus ferreis aliquem in collo, vel a collo supra percusserit,
et sanguis exiverit, in quadraginta Libris denar: condem=
pnetur

condempnetur. Si vero sanguis non exiverit in vigintiquin=
que Libris denar. pro vice qualibet condempnetur. Si vero
percusserit a collo infra, et sanguis exiverit, in decem et octo
libris denar. pro vice qualibet condempnetur. Si vero san=
guis non exiverit, in duodecim Libris denar. pro vice quali=
bet condempnetur. Siquis autem aliquem percusserit in
vultu luto, terra, suzzura, vel his similibus in collo, vel a
collo supra, et sanguis exiverit, in decem et octo libris denar.
pro quolibet, et vice qualibet condempnetur. Si vero sanguis
non exiverit, in novem Libris denar. pro vice, et percussione
qualibet condempnetur. Si vero percusserit a collo infra, et
sanguis exiverit, in decem libris denar. vice qualibet condem=
pnetur. Si sanguis non exiverit, in quinque libris denar. vice
qualibet condempnetur. Siquis autem nunc aliquem per=
cusserit cum pulvere, et cinere, vel his similibus in collo, vel
a collo supra, et sanguis exiverit, in duodecim Libris denar.
condempnetur. Si sanguis non exiverit, in sex libris denar.
condempnetur. Si vero percusserit a collo infra, et sanguis exi=
verit, in sex libris denar. condempnetur. Si sanguis non exi=
verit, in quatuor libris denar. et percussione mali[a] condempne=
tur. Si vero proxime dicta collegerit, vel levaverit tantum
contra aliquem, et non percusserit, in decem solidis; si vero pro=
jecerit, in viginti solidis denar. vice qualibet condempne=
tur. Si vero aliquis percusserit aliquem cum manu vel pede
(b) sine alia specie armorum in collo vel a collo supra et sanguis
exiverit, in vigintiquinque libris denar. vice qualibet condempne=
tur. Si vero sanguis non exiverit, in decem et octo libris denarior.
vice qualibet condempnetur. Si vero percusserit a collo infra, et
sanguis

(a) Forse ex percussione mala. (b). Forse ancora sive.

sanguis exiverit, in duodecim libris denar. vice qualibet condempnetur. Si vero sanguis non exiverit, in octo libris denariorum denar. vice qualibet condempnetur. Siquis autem aliquem ceperit per capillos, et in terram cadere fecerit, si sanguis exiverit, in decem et octo libris denar. vice qualibet condempnetur. Si sanguis non exiverit, in decem libris denar. vice qualibet condempnetur. Si vero in terram cadere non fecerit, et sanguis exiverit, in duodecim libris denariorum vice qualibet condempnetur. Si sanguis non exiverit, in octo libris denar. vice qualibet condempnetur. Si vero successive, vel postea eum trascinaverit per capillos, vel pedem in gula, vel alibi posuerit, in trigintaquinque libris denar. pro captura ipsa, et trascinatura in terram vice qualibet condempnetur. Si vero pedem in aliqua parte corporis sibi poneret, et aliter trascinaret, quàm per capillos, in medietate dictę proxime poenę vice qualibet condempnetur. Siquis vero alicui funem, corrigiam, vel aliquid aliud mitteret in gula, si sanguis exiverit, in quinquaginta libras denar. condempnetur, si sanguis non exiverit in quinquaginta (a) libras denar. vice qualibet condempnetur. Si vero manum in gulam sibi mitteret, in decem libris vice qualibet condempnetur. Siquis autem aliquem spinserit, et per pannos ceperit, et in terram cadere fecerit, et propterea sibi sanguis exiverit, in viginti libris denariorum vice qualibet condempnetur. Si vero sanguis non exiverit, in decem libris denar. vice qualibet condempnetur. Et omnes, et singulę supradictę poenę duplicentur omnibus, et singulis Forensibus, qui in predictis in presenti capitulo declaratis delinquerent contra aliquem Mevanatem, vel habitatorem Mevanię

(a) Forse vigintiquinque

Mevaniȩ retro quinque annis continuis commiſsi maleficii. Si (a) prȩdictȩ vero poenȩ locum habeant, sive masculi, sive fœminȩ fuerint, qui delinquerent in prȩdictis, vel aliquo prȩdictorum, ut supra declaratum est.

Poena committentis, vel facientis homicidium.

IX. Siqua persona commiſerit homicidium, aut fecerit, in mille libris denar: condempnetur. Et si ipse, vel alia persona solveret, vel solvere voluerit dictum bannum, alia sua bona minime destruantur: Et nihilominus exbanniatur de districtu per unum annum continuum; et extra Mevaniam, et districtum per dictu tempus manere debeat: Infra quod tempus ~~p~~ in Mevaniam, ~~et~~ vel districtum redire non poſsit. Contrafaciens si rediret in vigintiquinque libris denar: condempnetur. Et si dictum bannum mille librarum non solverit, ei Caput amputetur, ita quod penitus moriatur. Et si capi non poterit, exbanniatur in dictis poenis, et bona ejus omnia incontinenti destruantur, et destructa remaneant, et sint perpetuo Communi Mevaniȩ publicata. Quȩ bona poſsit malefactor recuperare solvendo condempnationem, et bannum quandocumque antequam ipsa bona eſsent vendita, vel alienata. Qui tamen de dampnis, et fructibus ipsorum faciat finem, et quietationem Syndico Communis prȩdicti recipienti pro ipso Communi, et singularibus personis ipsius Communis. Et ipsi fructus, et dampna non compensentur, nec computentur in sortem. Si vero aliquis Forensis commiſerit homicidium in personam alicujus Mevanatis in Mevania, vel districtu, et capi poterit, incontinenti sine dilatione aliqua amputetur ei Caput, ita quod illico moriatur. Et si is capi non poterit, exbanniatur in persona, et

avere

(a) deve dire = Supradictȩ =

avere (a) perpetuo de Mevania, et districtu: Et si de cetero pervenerit in fortiam Communis prędicti, amputetur ei caput, ita quod moriatur omnino. Si vero Foretanus Foretanum occiderit in Mevania, vel districtu, et capi poterit, in quingentis Libris denar. condempnetur. Quam condempnationem solvere teneatur, et debeat infra terminum ei aſsignandum per dictum Potestatem, infra quem si ipsum bannum non solverit, ei Caput penitus amputetur, ita quod penitus moriatur. Et teneatur in carceribus Communis Mevanię, donec contra eum fuerit executioni emandatum. Et si capi non poterit, exbanniatur perpetuo de Mevania, et districtu in dicta poena. Et si quo tempore venerit in fortiam Communis, et non solverit dictam poenam, infra octo dies, et paucio res, si videbitur Potestati, amputetur ei Caput, ita quod omnino moriatur. Et si aliquis Forensis in Mevania, vel districtu aliquem occiderit pretio, vel precibus, vel suaſione, vel instigatione alicujus, et capi poterit, amputetur ei Caput, ita quod omnino moriatur: Vel si capi non poterit exbanniatur perpetuo de Mevania, et districtu, ita quod si aliquo tempore pervenerit in fortiam Communis, amputetur ei Caput incontinenti, ita quod moriatur. Et ille, vel illi, cujus, vel quorum pretio, vel precibus, instigatione, suaſione, auxilio, favore, vel mandato fuerit homicidium hujusmodi perpetratum in quingentis Libris denar. condempnetur. Si vero Mevanas Mevanatem occiderit pretio, precibus instigatione, suaſione, vel mandato alicujus, in mille Libris denarior. condempnetur. Et si non solverit dictum bannum, et capi poterit, ei Caput amputetur, ita quod penitus moriatur. Si

(a) Voce italiana, che denota Poſseſsione.

Si vero capi non poterit, puniatur in dicta pœna ille, vel illi, cujus, vel quorum pretio, precibus, vel mandato, auxilio, vel favore fecerit homicidium supradictum. Et nihilominus homicidium committens in dictis pœnis remaneat exbannitus. Et si plures fuerint homicidium committentes, vel ad id dantes auxilium, consilium, vel favorem, omnes, et singuli ipsorum secundum dictam distinctionem dictarum pœnarum, et condempnationum in solidum per Commune Mevaniæ puniantur. Et statim Syndicus Communis, qui ad hæc fuerit deputatus bona omnia immobilia publicata dicta apprehendere, et tenere debeat pro Commune; et mobilia apprehendere, et accipere, et Camerario Communis aſsignare; et facere scribi omnia ipsa bona in Libro Communis ubi sunt, et erunt scripta alia bona malefactorum; et ipsa bona locare prout sibi videbitur expedire, cum consilio, et voluntate tamen Potestatis, et Consulum Populi. Et locationes hujusmodi scribantur in quodam Libro Communis, ita quod bene appareant. Et liceat cuilibet capere, et detinere, et in fortiam Communis Mevaniæ præsentare quemlibet homicidam tam terrigenam, quam Forensem, et illum poſsit offendere, et occidere sine pœna. Et quicumque ceperit, et in fortiam Communis præsentaverit aliquem homicidam habeat de bonis Communis Mevaniæ quinquaginta Libras denar. Et hoc minime intelligatur de Familia Potestatis. Ceterum siquis eques aliquem percuſserit puniatur in duplum ejus quod in alio puniretur. Et siquis eques infra Mevaniam, vel Burgos (a)

aliquem percuſserit; si ex ipsa persecutione (b) fuerit mortuus, amputetur ei caput ita quod moriatur, et non

(b) Deve dir- percuſsione — (a) Pare che debba leggersi appreſso = = vel in districtu Mevaniæ =

non poſsit redimi in pretium, nisi pro mille libris denariorum solvendis, et aſsignandis in termino sibi statuendo per Potestatem. Et talem homicidam quilibet sine poena poſsit offendere. Et ad sententiam, et executionem de contentis, et declaratis supra perveniatur per Potestatem, et suos offitiales, et totus proceſsus expediatur, et sententia feratur, et executioni mandetur infra decem dies a die commiſsi malefitii, ad poenam ducentarum Librarum denar. Potestati, et Iudicem (a) ejus tenenti (b) auferenda. Alia vero Statuta de homicidio sint totaliter sublata. Et si aliquis non subpositus jurisdictioni Communis Mevanię in civilibus, et criminalibus, talis qui declinaverit jurisdictionem Communis Mevanię qualitercumque directe, vel indirecte offenderit aliquem suppositum dictę jurisdictioni; et in ipsa offensione talis Suppositus homicidium perpetraret, pro ipso homicidio talis Suppositus in centum Solidis denar. tantum condempnetur. Et si alibi procederetur contra eum, quam in Curia Mevanię, defendatur per Commune Mevanię expensis dicti Communis Mevanię. Si vero membrum inciderit, vel macagnaverit ita quod efficeretur inutile tali non supposito, vel declinante, ut supra, in tribus Libris tantum condempnetur talis suppositus, et pro qualibet alia offensa in viginti Solidis denar. condempnetur. Et hoc Capitulum sit precisum, et intelligatur declinare jurisdictionem Communis Mevanię, et Offitialium dicti Communis quicumque non pareret mandatis ipsorum Offitialium, et non servaverit supradicta, et non pareret cum effectu legibus, Statutis, reformationibus, et ordinamentis Communis Mevanię: Et locum habeant in pręsentibus, pręteritis, et futuris

(a) (b) Forse – locum ejus tenenti, o – Iudici ejus incontinenti –

futuris. Et quilibet homicidium faciens dictum post prędictę poenę solutionem stet, et stare debeat extra Mevaniam, et districtu per annum quindecim milliariis longe. (a)

De Filiis carcerandis.

X. Siqua persona Terrę Mevanię habuerit filium inobedientem, et cum Patre, et Matre litigiosum, et requisierunt Dnum Potestatem, vel ejus Vicarium, seu Offitiales quod detineatur in carceribus ad petitionem ipsorum, quod tunc per Potestatem, vel ejus Vicarium ponatur talis Filius in carceribus; et teneantur illum ponere, et tenere donec placuerit Patri, et Matri prędictis: Ita tamen quod pro custodia dicti carceris nihil solvere teneatur. Et prędicta Potestas, Judex, vel ejus Vicarius observare teneantur contra tales Filios delinquentes vinculo juramenti, et ad poenam centum Libran denan. (b)

De Filiis carcerandis, et exheredi tandis.

XI. Quia melius est juveniles coharctare calores, quam eorum tristem exitum propter dispersum Patrimonium expectare, predicti Statutarii attendentes quod dierum crescente malitia sic Mundus jugiter in deteriora prolabitur, quod juvenum actus sic in aperta malitia prosiliunt, quod et Patribus irreverentes se exhibent

(a) Lacuna di Linee 6. nel Codice. (b) altra Lacuna di linee 8.

exhibent; et nedum vacant proficere, immo per Progenitores ipsorum multis quęsita sudoribus dispergere elaborant, pro compescenda eorum malitia, ut saltim pœnę formidine retrahantur a noxiis; sicque boni sectando virtutem meliores effecti non inficiantur ex eis, nec perire cogantur cum illis, pręsenti Capitulo statuerunt, et ordinaverunt, quod Potestas, et Consules Populi Terrę Mevanię pręsentes, et qui pro tempore fuerint, teneantur, et debeant vinculo juramenti, et ad pœnam Potestas quinquaginta Librar. denar. ~~Potestas~~, et quilibet ~~Consulum~~ vigintiquinque Librar. denariorum Communis Mevanię solvendorum per eos quolibet principio mensis ~~facere~~ pręconizare publice per Terram Mevaniam in locis consuetis, quod quilibet Pater volens de Filio suo conqueri super aliqua irreverentia, vel aliis fore factis per eum, compareat coram eis querelam super iis prout voluerit expositurus: Et illum, contra quem per Patrem, vel alium pro eo fuerit querela proposita statim procurent carceribus mancipare. Et si ipsum habere non poterint, citatione unica facta de ipso personaliter, vel domi, ponatur in banno, et carcerem de Mevania, et districtu. Et tamdiu sic carceratus, vel in banno ~~remaneat~~ permaneat, donec mole hujus affectus gravaminis suum collum subdat jugo reverentię Paternalis. Ubi autem sic semel, vel bis carceratus in pertinaci duritie permanserit, liceat Patri suo ipsum Filium exhęredare, non obstante quod alia juris causa non assistat. Et pro hac exhęredatione facienda sufficiat Patri ipsius irreverentiam, et inobedientiam allegare, sine aliqua probatione pro hęrede (a) in posterum

facienda

(a) Forse- per hęredem-

facienda. Et nihilominus Pater ad alimentandum ipsum suum Filium irreverentem cogi non debeat, vel compelli ab homine, vel a jure; et omni successione, tam Paterna, quàm alia sit ipso facto privatus, jure alio non obstante. Et hoc Capitulum sit precisum quod tolli non possit Consilio, vel arenga.

De Pœna Forensium committentium homicidium, vel delictum.

XII. Si Forensis commiserit homicidium in aliquem Mevanatem, seu aliquem Mevanatem occiderit, inmediate sibi Caput a spatulis amputetur, ita quod penitus moriatur. Si vero Forensis percusserit Mevanatem, ex qua percussione idem Mevanas membrum perderet, videlicet, pedem, manum, brachium, oculum, vel nasum, eidem Foretano, si capi poterit, manus, et pedes penitus amputentur. Et si Forensis Mevanatem alium percusserit, in duplo poenarum, et bannorum ~~in~~ contentorum in Statutis loquentibus de malefitio, si Mevanas percusserit alterum, (a) puniantur, (b) debeat condempnari. Et si talis Forensis capi non poterit, in supradictis poenis, et bannis exbanniatur, et condempnetur secundum distinctiones supradictas.

Poena committentis furtum.

XIII. Siqua persona furtum fecerit, vel commiserit de re valoris centum Solidorum, et ab inde supra usque in decem Libras, in vigintiquinque Libris denariorum condempnetur. Si vero de re valoris decem Librarum, et ab inde supra, usque in vigintiquinque Libris, vel ultra in centum libris denar: condempnetur. Si vero de re valoris centum Solidorum denar., et ab inde infra, usque in

viginti

(a) (b) Manca qualche linea.

viginti Solidos denar., in duodecim libris condempnetur. Si vero in viginti Solidis, et infra, in tribus Libris denar. condempnetur. Et in quolibet dictorum casuum furtum emendet in duplum dampnopasso. Et si dictus fur non solverit dictum bannum, et res accepta fuerit valoris centum Solidorum, et ab inde supra, auris dextra pro primo furto sibi debeat amputari, et per totam Mevaniam fustigetur, et de Mevania, et districtu pro tribus annis exbanniatur: infra quod tempus si rediret, altera auris debeat sibi amputari, et per totam Mevaniam fustigetur; et de (a) Pro secundo vero furto sibi oculus extrahatur, et per totam Mevaniam fustigetur, et de Mevania, et districtu pro tribus aliis annis exbanniatur. Infra quod tempus sive terminum si rediret in Mevaniam, vel districtum, alius sibi oculus extrahatur. Pro tertio vero furto furans suspendatur, ita quod moriatur. Si vero res accepta fuerit valoris a centum Solidis infra, pro primo furto, si non solverit condempnationem per totam Mevaniam fustigetur, et de Mevania, et districtu sit pro tribus annis in banno. Et quotiens infra dictum tempus in Mevaniam, vel districtum rediret, totiens fustigetur. Pro secundo vero furto rei valoris centum Solidorum et infra, sibi auris amputetur, et de Mevania, et districtu pro tribus annis sit exbannitus, infra quos si redierit ei alia auris amputetur. Pro tertio vero furto rei valoris centum Solidorum, et a centum solidis infra, ei oculus extrahatur, et per totam Mevaniam fustigetur, et sit pro tribus annis exbannitus, infra quos si redierit ei alter oculus extrahatur. Pro quarto vero furto rei valoris centum Solidorum et infra, suspendatur Fur. ita quod moriatur

(a) Manca — Mevania, et districtu exbanniatur pro tribus aliis annis =

moriatur. Siquis vero abstulerit fructus, ligna, oleva, vel res similes, vel alias res furtive, si res fuerit valoris duodecim denar. vel infra, solvat decem Solidos denar. Si valuerit usque in quindecim denarios, vel a duodecim denariis usque in quinque Solidos, puniatur in viginti Solidis denar. Et si valuerit quinque Solidis vel supra usque in viginti Solidos, in decem Libris denar. condempnetur. Et in quolibet dictorum casuum rem ablatam dampnum passo emendet in duplum. Si vero abstulerit columbas, vel pullos, pro quolibet pullo, columba, vel simili in viginti Solidis condempnetur: et rem ablatam emendet in duplum. De emptores vero furti, receptatores, fautores, et dantes auxilium, consilium, vel favorem, in predictis subjaceant poenis, et bannis in quolibet predictorum casuum secundum distinctionem predictam.

Pœna ementis, vel receptantis aliquam rem furtivam.

XIV. Siqua persona scienter emerit rem furtivam, puniatur ut fur. Si vero ignoraverit, ipsam rem absque pretio refitiat. Salvo si ipsam rem emerit bona fide, et sine fraude, et ignoranter, publice, et palam in Foro, vel in Platea, vel Strata publica intra Portas Communis, et coram publicis personis bonę famę; quo casu rem habito pretio quod dedit in ea reficere, et restituere teneatur.

Pœna committentis aliquam falsitatem, vel fraudem contra Commune.

XV. Quęcumque persona commiserit aliquam falsitatem, vel fraudem contra Commune Mevanię, vel suaserit, monuerit, seu instruxerit committentem, aut ei dederit auxilium, consilium, vel favorem possit, et debeat condempnari usque in quantitatem centum Librarum denar.; inspecta qualitate fraudis, et falsitatis,

et

et conditione personarum. Et nihilominus dampnum quod dictum Commune incurreret teneatur dicto Communi emendare in duplum. Si vero quis falsum inſtrumentum fecerit, vel scienter produxerit, seu falsum teſtem induxerit contra Commune Mevanię, seu falsam teſtificationem fecerit contra ipsum Commune, in ducentis libris denar. condempnetur. Et omne dampnum quod Commune incurreret Communi emendet in duplum. Et si dictum bannum non solverit infra decem dies a die latę sententię, faciens, vel fieri faciens, seu producens dictum inſtrumentum sibi manus dextera amputetur. Producens vero falsum teſtem, seu teſtimonium, vel falsam teſtificationem faciens contra Commune, si dictum bannum non solverit infra decem dies a die latę sententię, sibi lingua amputetur, et dampnum semper, ut prędicitur, emendet; et in Palatio Communis Mevanię depingatur cum suprascriptione sui nominis, et delicti.

Poena producentis instrumentum falsum, seu falsum testem, aut falsa attestata contra aliquem scienter.

XVI. Siqua persona falsum inſtrumentum, seu falsum teſtem, aut aliquam attestationem contra aliquem scienter produxerit, seu fecerit, in centum Libris pro vice qualibet condempnetur. Quod bannum si non solverit infra decem dies a die latę sententię, sibi manus dextera penitus amputetur. Et in quolibet dictorum caſuum omne dampnum quod occaſione hujusmodi sequentur dampnum paſſo emendet. Si vero aliquis falsum inſtrumentum fecerit, seu fieri fecerit, sibi manus dextera amputetur, et dampnum paſſo emendetur in duplum per illum, qui dictam falsitatem fecerit, seu fieri fecerit, seu ea uſus fuerit, in dicto Palatio Communis cum subscriptione sui nominis, et delicti suis expensis penitus depingendo.

Poena facientis falsam monetam.

XVII. Siqua persona fecerit falsam monetam, vel fieri fecerit, vel ipsam monetam scienter expenderit a quinque Solidis supra, vel a tribus monetis argenteis supra, in centum quinquaginta Libris denar. condempnetur, et in Palatio Communis suis expensis depingatur cum subscriptione sui nominis, et delicti. Qui vero aliam falsitatem scienter fecerit, cujus genus, et poena non sit in presenti Statuto expressa, condempnari possit usque in centum Libris denar., inspectis qualitate, quantitate, et conditione personę, loci, temporis, et delicti.

Poena frangentis pacem de homicidio, et aliis injuriis.

XVIII. Siqua persona fregerit pacem factam de homicidio percutiendo cum armis, et sanguinis effusione, pro dicta fractione pacis in ducentis Libris denar. condempnetur. Et si sine sanguinis effusione in medietate dictę poenę condempnetur. Et si faciendo insultum cum armis evaginando, vel adminando fregerit pacem, in triginta sex libris denar. condempnetur. Si vero quis fregerit pacem de membri mutilatione facta, oculorum cęcamine, vel atroci vulnere apparenti in facie cum sanguinis effusione, vel vituperatione faciei, percutiendo cum armis, et sanguinis effusione, in centum viginti Libris denanor. condempnetur. Si sine sanguinis effusione, in medietate dictę poenę condempnetur. Et si sine armis cum sanguinis effusione, in triginta libris denar. condempnetur. Si vero insultando cum armis, vel arma evaginando, vel cum ipsis adminando fregerit pacem predictam, in vigintiquatuor libris denar. condempnetur. Et nihilominus in quolibet casuum predictorum puniatur de

malefitio

maleſitio per eum commiſſo secundum formam Statutorum. Si vero quis pacem factam de percuſſione cum armis ferreis fregerit, si cum sanguinis effusione, in septuaginta libris denar. condempnetur. Si sine sanguinis effusione, in medietate dictę poenę condempnetur. Si sine armis, et sanguinis effusione, in medietate dictę poenę condempnetur (a). Si sine armis, et sanguinis effusione in triginta Libris denar. condempnetur. Si sine sanguinis effusione in medietate dictę poenę condempnetur. Si vero quis fregerit dictam pacem insultando cum armis evaginando, vel adminando, in decem et octo libris denar. condempnetur. Si vero quis pacem factam de percuſſione fregerit cum armis, et sine sanguinis effusione, percutiendo cum armis, et sanguinis effusione, in triginta sex libris denar. condempnetur. Si vero sine armis cum sanguinis effusione, in medietate dictę poenę condempnetur. Si vero quis pacem factam de percuſſione armis, et cum sanguinis effusione fregerit, in vigintiquatuor Libris denar. condempnetur. Si sine sanguine, in medietate dictę poenę condempnetur. Si vero fregerit dictam pacem percutiendo sine armis, et cum sanguinis effusione, in duodecim libris denar. condempnetur. Si vero sine sanguine in medietate dictę poenę condempnetur. Si vero quis fregerit dictam pacem insultando cum armis, vel evaginando arma, vel adminando cum armis, in sex libris denar. condempnetur. Et in quolibet dictorum casuum de pace facta, ut dictum est, quam etiam de aliis injuriis, et offensis predictis secundum formam Statutorum condempnetur. Et siquis pacem de insultu facto factam fregerit cum armis percutiendo, et sanguis exiverit, in triginta libris denar. condempnetur. Si vero cum armis, et sine sanguinis

(a) Manca antecedentem.te il caso di giunto.

sanguinis effusione, in medietate dictę poenę condempnetur. Si vero fregerit dictam pacem percutiendo sine armis, et cum sanguinis effusione, in decem et octo libris denar. condempnetur. Si vero sine armis, et sanguinis effusione, in medietate dictę poenę condempnetur. Si vero quis fregerit pacem insultando cum armis, vel evaginando dicta arma, vel adminando cum eis, in duodecim Libris denar. condempnetur. Et nihilominus in omnibus et singulis casibus supradictis delinquens puniatur secundum formam Statutorum, tam de pace fracta, quàm etiam de maleficiis supradictis. Pax etiam facta intelligatur inter rixantes unde appareret publicum instrumentum, vel quę probaretur per fide dignos testes. Statutum vero Populi loquens de ipsa materia, et omne aliud Statutum sit sublatum.

Poena cognoscentis carnaliter aliquam Mulierem.

XIX. Siquis cognosceret aliquam Mulierem invitam carnaliter, si Mulier ipsa esset maritata, vel virgo, sive secularis esset; vel reclusa, vel pro virgine haberetur; et dicta Mulier esset bonę conditionis, et famę, in centumquinquaginta Libris denar. condempnetur. Si vero talem Mulierem violaverit, (a) fecerit causa eam carnaliter cognoscendi, et non cognoverit, non tamen quòd per eum steterit, in sexaginta libris denariorum condempnetur. Si vero Mulier violenter cognita esset Vidua monialis, vel reclusa conversa, vel continens non reclusa, et esset Mulier bonę famę, et opinionis, in centum libris denar. condempnetur. Si vero violentiam ei fecerit causa cognoscendi eam carnaliter, et non cognoverit, sed per eum non steterit, in medietatem dictę poenę condempnetur. Et si non solverit dictam poenam in terminum ei per Judicem assignandum, in quolibet dictorum casuum subjaceat

(a) deve dire ~~Mancat~~ seu violentiam =

subjaceat poenis legis. Siquis vero aliquam Mulierem voluntarie cognoverit de prędictis Mulieribus carnaliter, in trigenta Libris denar. condempnetur: Mulier vero prędicta tantumdem condempnetur. Et dicta Mulier si dictam poenam non solverit in decem dies a die latę sententię, per totam Mevaniam fustigetur. Si vero Masculus, fustigetur ut supra, et uno anno moretur extra Mevaniam: et quotiens Mevaniam, vel ad ejus districtum rediret infra dictum tempus, iterum fustigetur, ut supra. Si vero Mulierem non bonę famę quis cognoverit violenter, in quindecim Libris denar. condempnetur. Si vero ei aliam violentiam fecerit causa cognoscendi eam, et non cognoverit, sed per eum non steterit, in medietate dictę poenę condempnetur; nisi esset Meretrix publica, in quo casu condempnetur in decem solidis. Si vero Mulierem malę famę, et inhonestę vitę quis voluntarie carnaliter cognoverit, ad poenam minime teneatur. Mulier malę famę, et conditionis, ac inhonestę vitę, vel malę opinionis intelligatur quę aliquo tempore diffamata fuisset, vel tunc esset in adulterio, incestu, seu stupro commisso per eam, nisi tunc temporis esset nupta alicui bono viro. Et ad probandum de dicta infamia suffitiat fama publica quinque testium fide dignorum. Intelligatur etiam voluntarie in omnibus et singulis casibus supradictis, si Mulier in ipso facto clamorem non fecerit, vel querelam, nisi legitime ~~probaverit~~ probaret per testes fide dignos. Et si in dicto facto clamorem fecerit, vel querelam, presumatur potius violentia, quam voluntas; nisi de voluntate probaretur per fide dignos testes. Qui vero deliquerit in aliquo prędictorum casuum, et voluerit cum effectu cum aliqua dictarum matrimonium contrahere, cum qua posset infra unum mensem a die excusationis[a] factę super accusatę vel inquisitione de eo facta, vel

(a) Deve dire: executionis =

vel a die exbannimenti de eo facti, quę eſset Mulier, quę ei conveniret, vel minoris conditionis, et vellet ipsam capere in Uxorem sine aliqua dote, et cum effectu; vel eam cum effectu dotare, et dotaverit secundum conditionem Mulieris infra dictum terminum, ad pœnam aliquam minime teneatur. Si vero eſset Mulier majoris conditionis, vel quę ei non conveniret, et Mulier vellet sibi nubere infra dictum terminum cum voluntate Parentum, vel proximiorum consanguineorum ipsius, et ipse vellet eam accipere, et recipere in uxorem, et ceperit cum effectu infra dictum terminum sine dote, ad pœnam aliquam minime teneatur. Et si talis delinquens cum aliqua Muliere de prędictis matrimonium contrahere poſset, et vellet, et ipsi tali Mulieri dotem convenientem dare, et cum effectu eam dotare infra mensem a die excusationis factę super accusa; vel inquisitione, vel a die exbannimenti de eo dicta de causa facti, ad pœnam aliquam minime teneatur. Contra quos adulteros, et violentatores post tale delictum per ipsos commiſsum poſsit procedi per accusatam, (a) vel inquisitionem faciendam infra unum mensem a die commiſsi malefitii: et ex prędictis, et pro prędictis malefitiis puniri, et condempnari, ut dictum est. Si post mensem accusaretur, vel denumptiaretur, vel contra eum requireretur de violentia prędicta, poſsit Potestas talem violentatorem condempnare usque in quantitatem   librarum, et non ultra, inspecta qualitate temporis, et delicti, et conditione personę. De prędictis vero violentiis voluntarie commiſsis, et delictis prędictis procedi non poſsit per accusam, denumptiationem, vel inquisitionem, niſi fieret ipsa accusa, denumptiatio, vel inquisitio ab ea, vel aliquo Parentum, vel Liberorum, quando Parentes non eſsent

(a) Meglio – accusam, come nel contesto.

eſsent, vel proximiorum consanguineorum suorum, quando Parentes, vel Liberos idoneos ad accusandum, vel denumptiandum non haberet, vel niſi de eorum, vel alterius ipſorum voluntate, vel niſi fieret inquisitio de voluntate ipſorum, vel alicujus eorum: Constante tamen Matrimonio Viro presente majore quatuordecim annis, et sanę mentis: Nec poſsit per accusationem, denumptiationem, vel inquisitionem de adulterio Uxoris procedi, niſi fieret ab ipso suo viro, vel si Vir aut furiosus, aut pupillus, vel mentecaptus fuerit, poſsit secundum dictam distinctionem supradicta denumptiare, et accusare, et inquisitionem fieri facere pro eorum voluntate. Poſsit namque Potestas, teneatur, et debeat procedere contra Mulierem in omnibus, et singulis caſibus supradictis, quę deliquerit in aliquo prędictorum, quemadmodum procederet contra Masculum, et ipsam punire, et condempnare in poenis prędictis, in quibus Masculus puniretur de prędictis, vel aliquo prędictorum, prout delicti qualitas exegerit secundum distinctiones prędictas.

De Incendiis.

XX. Quęcumque persona studiose combuſserit, vel ignem seu incendium in domum, sive capannam alicujus immiserit infra Mevaniam, vel Burgos, in trecentis Libris denar. condempnetur. Quod bannum si non solverit infra terminum sibi in sententia aſsignandum, igne comburatur ita quod moriatur. Siquis enim (a) combuſserit incendium immiserit in domo, sive capanna existente in Castro Ga=glioli, Radioni, vel Sancti Laurentii, in ducentis Libris denariorum condempnetur. Si vero in aliqua domo, vel capanna

(a) Forse = autem =

capanna existente in aliqua villa, ubi eſsent plures domus, vel capanne, in centum quinquaginta libris denar. condempnetur. Si vero extra predicta loca in aliqua domo, vel capanna ignem studioſe immiserit, poſuerit, vel dimiserit, quod inde ~~capanne~~ incendium capanne, vel domus secutum sit, in centum libris denar. condempnetur. Si vero in aliis rebus quis studioſe ignem immiserit, usque in vigintiquinque libris condempnetur, considerata qualitate delicti. Et de omnibus caſibus supradictis dampnum paſso emendet in duplum delinquens. Et si dictum bannum non solverit infra decem dies a die late sententie, ei pes, et manus dextera penitus amputetur: Et nihilominus in quantum poterit dampnum emendet omnino. Et de incendio, de quo non eſset proceſsum infra unum annum, poſsit post annum elapsum procedi contra delinquentes, et malefactores, tam per accusationem, et denumptiationem, quam etiam per inquisitionem; et repertos culpabiles poſsit punire usque in quantitatem vigintiquinque librarum, inspecta qualitate, et conditione delinquentis. Qui vero immiserit ignem in Stuppla, vel alibi non malitiose, et occaſione ipsius immiſsionis dampnum daret in domo, cappana, paleari, sive meta alterius, vel in alio loco, non teneatur ad poenam, sed ad emendationem dampni, si non intervenerit culpa. Et si occaſione dimiſsi ignis in domo, vel cappanna aliquis combureretur, vel moriretur, immittens ipsum ignem ut homicida puniatur. Si vero macagnaretur, vel membrum perderet, immittens ipsum ignem condempnetur, ac si manualiter hec feciſset.

Pœna

Pœna facientis robbariam.

XXI. Siqua persona fecerit robbariam in districtu Mevanię, et res mobiles valoris quinquaginta librarum, et infra per violentiam alicui abstulerit, in ducentis libris denar. condempnetur. Si vero fuerit valoris vigintiquinque librarum, vel ultra, usque in quinquaginta libras[a], denar. condempnetur. (a) Si vero fuerit valoris decem Librarum, vel ultra usque in vigintiquinque Libras, in septuagintaquinque libris denariorum condempnetur. Si vero a decem libris supra usque in viginti Libras, in triginta libris denar. condempnetur. Si vero esset valoris centum Solidorum usque in decem libras, in quindecim Libris denar. condempnetur. Si vero esset valoris viginti Solidorum, et infra, possit condempnari usque in centum Solidis, prout Potestati videbitur, convenire, considerata qualitate rei ablatę. Et in omnibus, et singulis supradictis dampnum passo emendet in duplum. Et si talis malefactor pœnam non solverit, si pœna hujusmodi ad quantitatem centum librarum ascenderet, vel ultra excederet, furcis suspendatur per gulam, ita quod moriatur omnino. Et si esset pœna quinquaginta librarum, et ab inde supra usque in centum Libras, ei pœna manus dextra amputetur. Si vero esset pœna vigintiquinque librarum, vel infra, et non haberet unde solveret, per totam Mevaniam fustigetur: Et nihilominus per quinque annos de Mevania, et districtu expellatur: Et quotiens infra dictum tempus Mevaniam rediret, fustigetur, et dampnum passo emendet in duplum. Et nihilominus sententia hęc ultimo casu firma remaneat.

(a) Per riparare la retta gradazione deve qui dopo la voce Libras aggiungersi = in centum quinquaginta Libris den. &.

Pœna

Poena facientis Lenocinium.

XXII. Quęcumque persona fecerit alicui, vel pro aliquo lenoci=nium, ex quo adulterium, stuprus, seu incestus contractaretur, seu esse diceretur publice commissum, in septuagintaquinque libris denar: condempnetur. Si vero ex ipso lenocinio secutum non fuerit, seu diceretur non esse secutum aliquod prędictorum, in vigintiquinque libris denar: condempnetur. Et ad probandū ipsum lenocinium esse commissum suffitiat fama publica tri=um testium fide dignorum, etiamsi non reddiderint in eorum testimonium suffitientem causam scientię. Et talem commit=mittentem lenocinium cuilibet sit licitum accusare, et ejus ac=cusationi stetur, et credatur ei cum fama publica probata per tres testes. Et in prędictis, et de prędictis Potestas, et ejus Curia teneantur, et debeant vinculo juramenti, et ad pœnam viginti=quinque Librar: denar: inquirere contra delinquentes cum de=numptiatione, vel sine denumptiatione, et contra delinquen=tes ad tormenta procedere, probato dicto crimine per duos testes probantes solum de publica fama, etiamsi in depositione ipso=rum non reddiderint causam sufficientem sui dicti, et testimo=nii.

Pœna contrahentis matrimonium cum aliqua Muliere sine voluntate, et pręsentia Parentum.

XXIII. Siquis Matrimonium, seu Sponsalia contraxerit cū aliqua Muliere sine voluntate, et pręsentia Parentum ipsius Mulieris, scilicet, Patris, Matris, vel Fratrum carnalium si Patrem, vel Matrem non haberet; vel proximiorum suorum consanguineorum ex parte Patris tantum, si Patrem, Matrē, aut Fratrem carnalem non haberet, in centum libris denar:

condempnetur

condempnetur. Mulier vero, quę hoc passa fuerit, bonorum paternorum, maternorum, fraternorum, et aliorum suorum consanguineorum privetur hęreditate. Et nulla Mulier malę famę contrahat matrimonium, vel sponsalia cum aliquo minore quatuordecim annis. Contrafaciens tam Vir, quam Mulier in sexaginta Libris denarꝝ condempnetur. Et si aliqua Mulier nubere se vellet, et alii ex suis consanguineis prę=ter Patrem, et Matrem nollent, seu contradicerent, non possit nubere. Possit tamen nubere de voluntate Potestatis, et Consulum Populi, vel majoris partis ipsorum. Et quod dantes in iis auxilium, consilium, vel favorem in medietate dictę poenę condempnentur. Et quod Potestas, et vicem ejus tenens teneatur banniri facere per loca consueta. Et Mulier teneatur ad similem pœnam, ad quam tenetur Vir; ~~Et~~ si contraxerit matrimonium cum aliquo contra voluntatem Parentum suorum, si Parentes haberent, secundum distinctionem prędictam.

Poena capientis, vel capi facientis aliquem violenter in Mevania, vel districtu, vel captum detinentis.

XXIV. Quicumque ceperit, vel capi fecerit aliquem violenter in Mevania, vel districtu, et captum tenuerit, vel teneri fecerit invitum in domo, private, vel absconse, vel eum in privatum carcerem immittendo, vel immitti faciendo, in septuagintaquinque libris denarꝝ condempnetur. Salvo, quod siquis ceperit de nocte in domo sua aliquem, de quo suspitionem haberet, quod dampnum, aut injuriam sibi, vel suę familię intulisset, vel inferre voluisset; aut extra

domum

domum aliquem ceperit damnum sibi dantem, vel dare volentem, tunc de nocte in aliqua sua possessione (a), dummodo ipsum de mano ante tertiam assignet, non teneatur ad pœnam, ad quam teneatur si non assignaverit, et poterit assignare.

Pœna intrantis, vel exeuntis Terram Mevaniam per aliquem locum, nisi per Portas.

XXV. Nulla persona intret, vel exeat de die, vel de nocte Mevaniam per aliquem locum, nisi per Portas, vel Januas apertas: quę sic aptentur, quod eis clausis, per eas intrari, vel exiri non possit ab aliquo. Contrafaciens de die ab ortu Solis usque ad occasum in quadraginta Solidis denar. condemnetur: Aliis vero temporibus usque in quantitatem sexaginta Librarum denar. condemnetur, inspecta qualitate, et conditione loci, et temporis. Forenses vero, vel exbanniti Communis Mevanię in prędictis delinquentes de die, in vigintiquinque Libris denar. condemnentur: Et de nocte in centum quinquaginta libris condemnentur pro vice qualibet: Et si non solverint dictum bannum, sibi pes dexter amputetur. Et in eisdem pœnis puniatur forensis pręstans ad prędicta auxilium, consilium, vel favorem. Et liceat cuilibet accusare contrafacientes, et teneatur in credentia, et habeat quartam partem banni. Et super iis Potestas, vel vicem ejus tenens ad petitionem cujuslibet petentis inquirere, et culpabiles punire teneatur vinculo juramenti, et ad pœnam centum Librarum denar. Et hoc Capitulum semel banniatur in mense.

(a) Manca = si detinuerit =

Pœna

Pœna receptantis aliquam personam, quę committeret aliquod malefitium, vel aufugeret.

XXVI. Siqua persona committeret aliquod malefitium, et aufugeret, seu aufugere vellet, aut se occultare, nullus talem aufugientem, seu se occultare volentem accipiat, occultet, aut receptet, vel defendat, quominus in fortiam dicti Communis deveniat. Contrafaciens, si malefactor evaserit, recipiens, occultans, vel defendens prędictum teneatur ad eamdem pœnam, in qua tenetur idem malefactor exbannitus, vel condempnatus: Et nihilominus idem malefactor exbanniatur, et condempnetur pro malefitio per eum commisso. Et qui eum defenderet parando se Familię Potestatis, ne eum caperet, in septuaginta libris denar: condempnetur; et de injuriis, et offensis per eum in defensione commissis nihilominus puniatur secundum formam Statuti, non obstante quod cum forense rixam habuerit. Si vero malefactor non obstante receptione, defensione, et occultatione in fortiam Communis devenerit, receptans solum in nihilum puniatur; occultans vero in triginta libris denar: condempnetur. Et hoc Capitulum banniatur quolibet mense semel. Et quod nullus non suppositus jurisdictioni Communis Mevanię, vel alia quęcumque persona audeat, vel pręsumat publice, vel occulte receptare aliquem, qui commiserit aliquod malefitium in Mevania, vel districtu: Et qui contrafecerit teneatur solvere illam pœnam, quam deberet solvere malefactor. Et quod pro non supposito jurisdictioni Communis Mevanię teneantur proximiores consanguinei usque in tertiũ gradum. Et Potestas, et sui Offitiales habeant in prędictis plenum, et liberum arbitrium; nisi forsan tales receptatores malefacto-

rem

malefactorem, vel malefactores in fortiam Communis Mevaniȩ prȩsentaverint cum effectu. Et quod nullus possit, vel debeat publice, vel occulte, directe, vel indirecte dicere, allegare, nec advocare pro prȩdictis, vel aliquo prȩdictorum, ad poenam centum Librarum denar. Quam poenam Potestas Mevaniȩ possit, et debeat exigere de facto a contrafacientibus in prȩdictis.

Poena turbantis, ~~aliquem~~ vel molestantis aliquem in tenuta, et possessione alicujus rei.

XXVII. Siquis auctoritate propria turbaverit, inquietaverit, vel molestaverit in futurum aliquem, vel aliquam in tenutam, vel prȩtorio, pignore, vel juditiali dato, vel data alicui per Curiam, vel Offitiales Communis Mevaniȩ, vel in possessionem alicujus rei; Si ipsa res, tenuta, vel pignus in prȩtorium, vel juditiale fuerit valoris decem Librarum et infra, condempnetur in tribus libris denariorum. Si vero fuerit valoris ultra decem libras usque in vigintiquinque libras denar. exclusive, in sex libris denar. condempnetur. Si vero fuerit valoris quinquaginta librarum denar. et ultra, in triginta libris condempnetur. Et quod semper in quolibet dictorum casuum ab inquietatione, turbatione, et molestatione desistere debeat condempnetur. Et si violentiam, expulsuram in dictis rebus super declaratis contra aliquem quis fecerit, vel commiserit, in dictis poenis secundum distinctionem suprascriptam condempnetur. Et nihilominus in quolibet dictorum casuum, quod expulso detentionem, et possessionem restituat, condempnetur. Et siquis de turbatione, molestatione, vel inquietatione hujusmodi fuerit accusatus, denumptiatus, vel inquisitus, et renumptiaret cum juris efficacia omni suo juri, quod haberet, vel habere prȩtenderet in tenutam, vel

vel poſseſsionem dictę rei antequam se excusaret ab accusa, denumptiatione, vel inquisitione de prędictis facta, vel ea die qua fuit accusatus ———

non condempnetur. Et si post dictam renum=ptiationem iterum committeret aliquod de dictis male=fitiis, et delictis, vice qualibet condempnetur in dictis poenis secundum distinctionem superius declaratam: et iterata re=numptiatio ad poenę relationem (a) patrocinetur eidem.

Poena opponentis se contra Potestatem, vel Iudicem, vel Offitialem ejusdem.

XXVIII. Quęcumque persona se opposuerit Potestati, Iu=dici, vel suis Offitialibus, quominus eorum offitium viriliter exerceant prout decet, in septuagintaquinque libris denar: Communi Mevanię condempnetur.

Poena ementis Pisces causa revendendi, et de modo vendendi dictos Pisces.

XXIX. Pisces in Terra Mevania vendantur ad libram hoc modo, videlicet, quod libra Tenchę quę eſset ponderis du=arum librarum, et ab inde supra usque ad mediam Quadra=gesimam vendatur decem et octo denariis. Quę vero eſset inde infra, et usque ad dictum tempus, vendatur libra duodecim de=nariis. Post dictum tempus medię Quadragesimę, et post Qua=dragesimam usque ad mediam Quadragesimam, libra Tenchę duarum librarum et ultra vendatur quatuordecim denari=is. Quę autem eſset ab inde infra vendatur libra duodecim denariis: Parvarum vero decem denariis. Et intelligantur parvę, et magnę prout Potestati, et Consulibus videbitur. Et ipſos Pisces vendentes teneantur, et debeant dare, et vende=re

(a) Puto dico = relaxationem =

vendere pro dicto pretio volentibus (a) secundum distinctionem predictam. Contrafaciens in predictis, vel aliquo predictorum, in viginti Solidis denar: pro quolibet, et vice qualibet condempnetur. Et cuilibet liceat accusare, et denumptiare contrafatientes predictos; et accusationi, et denumptiationi cujuslibet stetur, et credatur; et accusator, et denumptiator habeat tertiam partem banni, et in credentia teneatur. Liceat (b) vero Lascarum grossarum vendatur quindicem denariis: Parvarum vero decem denariis. Et intelligantur parvę, et grossę prout Potestati, et Consulibus videbitur. Contrafatiens in viginti Solidis pro quolibet, et vice qualibet condempnetur. Et cuilibet liceat accusare, et denumptiare Contrafatientes, et cujuslibet accusationi, et denumptiationi stetur, et credatur; et habeat tertiam partem banni, et teneatur in credentia. Et quod dictum est de Tenchis, et Laschis intelligatur de omnibus aliis Piscibus aliunde apportatis, et apportandis. Et predicta locum non habaant in Piscibus fluminis Tunię, et Topini. Et nulla persona debeat Pisces predictos exclusos vendere, nisi ea persona, quę apportaverit ipsos ad Terram Mevaniam, ac districtum dictę Terrę Mevanię. Contrafatiens puniatur in viginti Solidis secundum distinctionem superius declaratam, et plus ad voluntatem Potestatis, et Consulum, prout delicti qualitas exegerit, et requiret. Et cuilibet liceat accusare, et denumptiare, et habeat tertiam partem banni, et in credentia teneatur. Et Potestas teneatur, et debeat vinculo juramenti, et ad poenam vigintiquinque librarum de suo Salario in Quadragesima qualibet hebdomada inquisitionem facere de predictis. Et nulla persona etollit (c) Pisces fluminis causa revendendi

(a) Manca = emere = che dovrebbe aggiungersi appresso la voce = pretio, che pure mancava. (b) Deve dir = Libra = (c) Così nel Codice.

revendendi, nec ipsos pisces revendat crudos, vel coctos, ad poenam viginti Solidorum denar. Et etiam nulla persona emat pisces apportatos (a) extra Mevaniam per aliquem Foretanum causa revendendi; nec cum ipso Foretano societatem fatiat in ipsis Piscibus; nec eos recipiat, aut eum juvet ad vendendum; nec stet cum eo, vel prope eum ad vendendum ipsos. Contrafaciens, tam in emendo, societatem faciendo, quam etiam in recipiendo, et juvando ad vendendum ipsos Pisces; ac etiam stando prope ipsum, ut superius continetur, in centum Solidis denar. pro quolibet, et vice qualibet condempnetur. Et cuilibet sit licitum contrafacientes predictos in predictis, et quolibet predictorum accusare, et denumptiare, et accusationi, et denumptiationi cujuslibet stetur, et credatur cum uno teste fide digno, et teneatur in credentia(b): et accusator, et denumptiator habeat tertiam partem banni, et in credentia teneatur. Et Pisces fluminis, et alii Pisces predicti vendantur in Scalis Palatii, et in Logiis ante carceres Communis, et in Macello, et in aliis circumstantiis Plateę, exceptis trasannis superiori, et inferiori Communis, nisi tantum tempore pluvioso. Et dicti Pisces fluminis possint vendi per quemlibet ubicumque per totam ~~Terram~~ per totam Terram Mevaniam. Et nullus Beccarius, sive Macellarius possit, nec debeat emere, nec emi facere ~~alii~~ ab aliquo Forense Pisces per ipsum Forensem apportatos Mevaniam causa vendendi: nec stare cum ipso Forense publice, vel occulte debeat ad vendendum ipsos Pisces, ad poenam centum Solidorum denar. Et cuilibet sit licitum accusare, et denumptiare contrafacientes, et denumptiationi, et accusationi cujuslibet stetur, et credatur cum uno teste fide digno, et habeat tertiam partem banni, et in credentia teneatur. Et Potestas Mevanię in omnibus, et singulis casibus

(b). Replica che può togliersi.

casibus supradictis poſsit contrafacientibus poenas, et banna de facto auferre antequam contrafaciens in prędictis, vel aliquo prędictorum de Palatio Communis secedat, vel discedere poſsit. Et Pisces fluminis vendantur per illum, quavis (a) eos ceperit, vel aliquem de domo capientis, et non per alium: Et si per alium venderentur, incurrat talis vendens in poenam quinque Solidorum.

Poena devastantis, vel discoriantis arbores domesticas, vel silvestres, vel pergulas.

XXX. Quęcumque persona fregerit, vel devaſtaverit arbores domesticas, vel silvestres, pergulas, vel vites vinearum, vel excoriaret, si dampnum fuerit quinque Solidorum, vel infra, in decem Solidis; si fuerit a quinque supra usque in decem, in viginti Solidis condempnetur. Et si dampnum fuerit viginti Solidorum, et abinde supra, in duodecim Libris condempnetur. Et si dampnum fuerit a viginti Solidis usque in centum Solidos, in triginta libris denar. condempnetur. Et si dampnum fuerit a centum Solidis usque in decem libras, in sexaginta libris denar. condempnetur. Et ab inde supra condempnetur secundum dictam distinctionem duplicando poenas, et banna. Et in quolibet dictorum casuum dampnum patienti emendet semper in duplum. Et si committens tale malefitium non inveniretur, dampnum per Commune Mevanię emendetur paſso. Et Potestas teneatur mittere infra tres dies postquam fuerit requisitus duos homines ad videndum dictum dampnum, quorum ęstimationi stetur, et in tantum dampatienti emendetur, ut supra dictum est, infra octo dies. Et hoc Potestas, et Consules facere teneantur vinculo juramenti infra octo dies, ad poenam vigintiquinque librarum denar. pro quolibet.

Pena

(a) Deve dir = qui =

Poena euntis post tertium sonum Campanae.

XXXI. Nulla persona vadat, vel stet extra suę habitationis domum longe a dicta domo suę habitationis per tres domos post tertium sonum Campanę, quę pulsatur de sero pro custodia Terrę Mevanię usque ad sonum Campanę, quę pulsatur de mane pro signo diei

possint ire personę tantum. Et Potestas Mevanię, et ejus Locumtenens teneatur, et debeat qualibet nocte mittere familiam suam scrutando per Terram, et Burgos Mevanię pro euntibus contra formam prędictam: Et quos Familia invenerit euntes, vel stantes, ducat ad Palatium, si idoneos fidejussores non dederint de repręsentando se coram Potestate, et ejus Curia, et de solvendo totum quod debent solvere occasione dictę inventionis, et excessus. Et de mane sequenti in Scalis Palatii sono tubę pręmisso banniatur, quod quicumque illa nocte recepisset aliquod dampnum compareat coram Curia, et dampnum assignet ea die; et dampnum datum dicta nocte talis qui inventus est debeat emendare, prout, et sicut justum videbitur Potestati Mevanię, vel suo Vicario. Et de inventione supradicta stetur relationi duorum Custodum noctis, vel etiam cuilibet de Familia Potestatis. Populares vero sic inventi contrafacientes solvant quilibet ~~de facto in Cippum~~ pœnam de facto in Cippum Communis die sequenti viginti Solidos denar. Nobilis vero quilibet nomine pœnę centum Solidos in dictum Cippum de facto solvere teneatur. Et si dictę pœnę non solverentur dicto die, sequenti solvat duplum. Et cuilibet liceat post tertium sonum Campanę stare ante domum suę habitationis, et ante domum conjunctam domui suę habitationis. Et (a) omnia vero Statuta tam Populi, quàm Communis loquantur (b) de

(a) Particola superflua.

(b) Sembra che debba dir = loquentia = o manca qualche altra voce.

de prędictis totaliter sint sublata.

Poena occidentis, vel macagnantis animal alicujus.

XXXII. Quęcumque persona animal alicujus occiderit, vel macagnaverit, si Equus, vel Jumentum occisus, vel occisum fuerit valoris a quindecim Florenis supra, in decem libris denar. condempnetur. Si vero a quindecim Florenis infra, in quinque libris denar. condempnetur. Si vero non occiderit, sed vulneraverit cum sanguinis effusione, condempnetur usque in quantitatem viginti librarum denar. prout Potestati videbitur, inspecta atrocitate, et qualitate vulneris. Si vero ex dicto vulnere inutilis remaneret, in sex libris condempnetur. Et in quolibet dictorum casuum dampnum passo emendetur in duplum. Siquis vero Asinum, Bovem, vel Mulum alicui occiderit, in quatuor libris denar. condempnetur. Si vero aliter macagnaverit, ita quod inutilis remaneret, in tribus libris denar. condempnetur. Si vero aliter percusserit, et sanguis exierit, in decem Solidis denariorum condempnetur: et in quolibet casuum dampnum emendet. Ita tamen quod si dicta Animalia dampnum darent, possint a dampnum passo impune, non atrociter verberari, sed moderate, non tamen letaliter, quod remaneat in providentia Potestatis. Si vero alia animalia quis occiderit, videlicet, Pecudes, Porcum, Capram, in viginti solidis denar. pro eorum quolibet condempnetur, et dampnum passo emendet in duplum. Si vero aliquod ex dictis animalibus macagnaret, ita quod efficeretur inutile, in medietate dictę poenę condempnetur. Si vero dicta animalia vulneraret cum sanguinis effusione, solvat decem Solidos denar. pro quolibet, et dampnum e=

mendet

emendet in duplum. Si vero animalia, scilicet, Columbos, Pullos, vel Aves occiderit, in decem Solidis denar. pro quolibet condempnetur, nisi ea in suo invenerit dampnum dare, quo casu ea possit percutere, et occidere sine poena. Et de hoc stetur juramento percutientis, et occidentis, quod in suo tunc facerent dampnum. Siquis vero Animal alienum quadrupedem fecerit cadere in terram, ex quo casu moriretur, vel magagnaretur, vel efficeretur inutile, puniatur in supradictis poenis secundum supradictam distinctionem, et semper dampnum passo emendet in duplum.

Poena suspectę personę inventę per aliquem in domo habitationis suę.

XXXIII. Siquis invenerit aliquem in domo suę habitationis suspectum quod carnaliter coheat cum aliqua Muliere de Familia ipsius, vel cognoverit aliquam de Familia ipsius, et talem inventum offenderet, et ipsum occiderit, in viginti quinque libris denar. condempnetur. Si vero aliter cum sanguinis effusione, et membri mutilatione, vel debilitatione percusserit, in decem libris denar. condempnetur. Si sine membri mutilatione, vel debilitate, in centum Solidis denar. condempnetur. Si sine sanguinis effusione cum armis, vel sine armis eum percusserit, in tribus libris denar. condempnetur. Et si talis sic inventus non fuerit per invenientem offensus, nihilominus condempnetur ipse sic inventus in quinquaginta libris denar. Et in eadem poena condempnetur si probaretur stetisse cum in dicta domo. Prędicta vero possint probari non solum vera probatione, sed etiam possit probari, et sufficiat probatio publicę famę probatę per tres testes, etiamsi non reddiderint in eorum testimonio legitimam causam scientię.

Poena

Pœna facientis luctum alta voce extra domum occaſione alicujus mortui.

XXXIV. Nulla persona luctum, seu plantum faciat alta voce extra domum occasione alicujus mortui, vel carnem, vel pannos sibi dilaniare, vel cappellam, vel capputeum, vel birrectum, seu vilgelmectum sibi trahere extra domum, vel se excapigliare, vel pannos nigros pro aliquo mortuo facere, vel se de panno nigro induere: et contrafaciens in aliquo predictorum in quadraginta Solidis denar: condempnetur. Nec etiam in aliqua domo occaſione alicujus mortui poſsit sibi vultum, vel cannã (a) dilaniare cum sanguinis effusione ad dictam pœnam. Nulla mulier repittet pro aliquo mortuo, vel mortuum, nec exeat domum cum bara, vel post baram vadat quando mortuus ad Ecclesiam portatur; nec exeat domum ad obviandum hominibus redeuntibus ab Eccleſia; nec sibi valcat extrahat: et contrafaciens in viginti Solidis denar: condempnetur pro qualibet vice. Poſsit tamen Mulier pro Viro, Parentibus, Fratre carnali, Liberis, et quolibet consanguineo carnali, et Consobrino sibi valcã extrahere, et sipilare (b) intra domum tantum sine pœna. Salvo quod pro quolibet occiſo, vel subito mortuo, vel mortua in Mevania, et diſtrictu. Et quod nullum corpus mortuum quacumque morte non stet, nec ponatur, nec deferatur in Platea Communis, ut ibi maneat aliquo modo; nec ibi de aliquo poſsit fieri luctus, vel plantus. Et qui contrafecerit in proximo predictiſs vel aliquo predictorum in vigintiquinque libris denar: condempnetur. Et pro quolibet, et qualibet vice poſsit quilibet corruptum facere alta voce, et omnia supra vetita sine poena in domo, et circa ipsã domum: Et nulla persona, que non attineat mortuo, vel illis de domo

(a) Forse = carnem = (b) Forse = se pilare, o sibilare =

domo mortui usque in quartum gradum, com~~mendat~~ edat (a) vel exenium mittat ad domum mortui, vel mortuę, nisi esset Tutor, vel Curator, vel nisi esset convicinus a tribus domibus infra inclusive juxta domum mortui: Contrafaciens in viginti solidis denar: condempnetur. Et nulla Mulier vadat ad domum mortui, dummodo illę de domo vellent ire, et iret cum oblationibus ad Ecclesiam; nec ipsis per viam societatem faciat in eundo, vel redeundo, nisi essent Mulieres attinentes Mulieribus de domo mortui, vel alicui ipsarum in primo, vel secundo gradu; nec corruptum facere, vel reiterare extra domum mortui dicta die quando fiunt oblationes. Et Masculi de domo mortui nullam personam ducant ad Ecclesiam secund die lunę sequenti post obitum alicujus mortui, nec aliquis eos assotiet ad Ecclesiam in eundo, vel redeundo: Contrafaciens in viginti Solidis denar: vice qualibet condempnetur. Et homines qui vadunt ad Ecclesiam cum mortuo, eo in Ecclesia deposito, non obsculentur eum, nec se projiciant supra lectum: Sed statim exeant Ecclesiam, et ad domum mortui redeant, nisi ad prędicationem, si placeret, remanerent. Et statim habita aqua benedicta, ad ipsam domum (b) personę non remaneant, sed statim inde recedant, nisi starent dum ibi prędicaretur, et attinerent mortuo, vel alicui de domo mortui usque in quartum gradum. Contrafaciens in viginti solidis denar: vice qualibet condempnetur. Et nulla persona vadat extra ~~domum~~ districtum Mevanię ad corruptum alicujus defuncti, ad poenam viginti Solidorum, exceptis consanguineis mortui, vel cum quatuor, vel quinque personis ire possint. Et Potestas Communis Mevanię teneatur mittere unum ex Notariis suis ad quemlibet mortuum cum Bajulo, et debeat stare quando mortuus trahitur de domo,

et

(a) Forse = comedat = (b) Meglio = Ecclesiam =

et ire usque ad Ecclesiam, dummodo Ecclesiam non intret, nec se appropinquet personis, quę stent ad domum mortui ad unam domum: Sed debeat mittere Bajulum ad prohibendum, quod nullus faciat contra formam Statutorum. Et ubicumque de proximioribus consanguineis fit mentio, intelligatur de affinibus; Et de consanguinitate, et affinitate stetur Sacramento eorum. Et hoc Capitulum legatur in prima arenga, et per singulas Ecclesias majores infra quindecim dies post introitum Potestatis diebus festivis quando Missę cantantur. Et si Potestas, vel ejus Offitialis, Familiaris, vel Bajulus in prędictis fuerit negligens, Potestas in vigintiquinque libris, Familiaris, vel Bajulus in quinque libris denan; pro vice qualibet condempnetur. Et pro nullo mortuo portetur barba ultra tres dies, poena viginti solidorum. Et quod nullus pro aliquo mortuo faciat, nisi duppleria, ad poenam centum Solidorum pro quolibet. Et quod nullus mortuus, vel mortua trahatur, vel portetur de domo ad Ecclesiam discoopertus ad poenam centum Solidor. qua poena condempnetur ille, de cujus domo extraheretur. Et cogantur omnes Clerici de Mevania, ut faciant fieri lectum de corio pro mortuis portandis, pro habito (a) nullus mortuus portetur in materatio. Rursus nulla persona die oblationis mortui, vel tempore annualis, vel die, quo fieret obsequium pro mortuo aliquo, vel mortua faciat luctum, vel plantum alta voce, poena centum Solidorum pro qualibet vice. Et cuilibet liceat accusare, et teneatur in credentia, et habeat quartam partem danni.

Poena projicientis lętamen infra confines infrascriptos, et de chiochis (b) et sciaquatoriis non habendis.

XXXV. Nulla persona projiciat lętamen a Terra Andreoli Angelilli

(a) Forse dove sostituirsi altra voce. (b). In vece di = Cloacę =

Angelilli, quę olim fuit Mutii Rainerii versus Mevaniam, a terra Nicolę (a) versus Mevaniam, et forma plani Filiorum Comitis infra versus Mevaniam. Nec a Fornace olim Morici infra versus Mevaniam: Nec a trivio Scarzuli infra versus Mevaniam, in via, qua itur Spellum, a terra Matthęi de Cam̃ infra versus Mevaniã: Nec a trivio, quod est juxta terram Hermannini, et terram Bonaventurę Ranerii, per viam muri veteris infra versus Mevaniam. Nec ab Ecclesia S. Iacobi de Tagliano infra versus Mevaniam per Stratam novam. Nec a domo Loli Michaelis infra versus Mevaniam per Stratam novam infra versus Mevaniam: Nec in Stratis, et Viis publicis. Et quod nullo modo projiciatur lętamen infra Senaitas prędictas in prędictis. Contrafaciens in decem Solidis denar̃: vice qualibet condempnetur. Et nullus projiciat lętamen in foveis Communis Mevanię pœna viginti Solidorum. Et Bajuli teneantur ire qualibet mense semel ad videndum si in prędictis foveis est projectũ lętamen, et denumptiare contrafacientes, et habeant medietatem banni. Idem dicimus observari de foveis Castrorum S.ti Laurentii, Gaglioli, et Radioni. Et nulla persona habeat, vel projiciat lętamen in Viis novis factis, ubi Magister Ranutius de Trevio fuit Superstes Communis Mevanię ad faciendum fieri Vias novas. Contrafaciens in habendo, tenendo, vel projiciendo lętamen in dictis Viis, vel aliqua ipsarum in decem Solidis denar̃: vice qualibet condempnetur. Hoc addito, quod quicumque projiceret lętamen in dictis Viis, seu lętaminaria alterius juxta terram alterius, si Dominus Agri, vel lętaminarię, juxta quas dictum lętamen projectum fuerit, teneatur denumptiare illis, quorum eſset dictum lętamen, quod infra triduum amoveant

(a) Par che possa leggersi = Julioli, o Iohannoli =

amoveant ipsum letamen. Et si infra dictum terminum non amoverent, post dictam denumptiationem sit licitum illi dictum letamen elevare, et in sua possessione projicere sine poena, et banno.

De modo procedendi super citationibus factis super malefitiis.

XXXVI. Quicumque, vel quecumque persona citatus fuerit personaliter semel, vel bis ad domum sue habitationis pro aliquo malefitio, vel occasione alicujus malefitii per Bajulum Communis Mevanie, et non comparuerit personaliter coram Curia Mevanie in termino assignato, Potestas faciat eum exbanniri per Preconem Communis Mevanie publice, et alta voce, sono tube premisso, ad fenestram Palatii dicti Communis, vel in Palatio, in omni poena, et quantitate denariorum, et etiam in omni eo, et toto, quam, vel quod malefitium per ipsum commissum in accusatione, vel inquisitione contentum requiret. In quo banno assignetur ei terminus trium dierum ad veniendum, comparendum, et se excusandum, et obediendum Dno Potestati, et sue Curie super accusa, et inquisitione facta contra eum. Infra quem terminum si non comparet personaliter, habeatur pro confesso, convicto, et de omni malefitio, de quo accusatus, vel inquisitus esset et possit, et debeat condempnari, ac si confessus, et convictus esset legitime coram Curia Mevanie de omnibus malefitiis in accusatione, denumptiatione, vel inquisitione contentis, computato banno in condempnatione predicta. Si vero accusatus, vel denumptiatus, vel ille contra quem inquireretur compareret in termino exbannimenti, Potestas eum personaliter detineat, si esset personaliter condempnandus, sub

fida

fida custodia in carceribus Mevanię. Si vero esset pecunialiter puniendus, tunc eum detineat donec det ei de condempnatione solvenda, et parendo mandatis dicti Potestatis, et suę Curię, et se coram eis personaliter pręsentando idoneas cautiones. Et recepta ejus cautione, bannum datum contra eum nullum sortiatur effectum: Et assignet ei terminum competentem ad suam defensionem faciendam. Salvo quod in homicidiis, robberiis, incendiis, rapturis virginum, in ponentibus seditiones, vel scandalum in populo, et in falsitatibus, et proditionibus possit dictis terminus citari (a). Et si bannum alicui vel contra formam Statutorum datum esset, in eo quod contra fieret, vel ultra, non valeat; in eo vero quod secundum formam Statutorum daretur, valeat, et sit firmum.

De ponendo ad torturam illos, contra quos malefitium probaretur per unum testem, vel alia inditia

XXXVII. Siqua persona compareat coram Curia Mevanię pro aliquo malefitio per eum commisso, vel quod per eum diceretur commissum, et se excusaret super inquisitione et accusatione, et ipsum malefitium negaverit, de quo postea contra eum probaretur per unum testem fide dignum, vel alia legitima inditia, et pręsumptiones, per quę posset de jure torqueri ad confitendum malefitium, et ad tormenta cogi possit. Et si citatus fuerit per Bajulum Communis Mevanię semel personaliter, vel ad domum suę habitatationis mandato Potestatis, vel suę Curię, quod compareat coram eis, et non compareret in termino sibi dato, ponatur in banno dicti Communis pro malefitio supradicto sic contra eum probato secundum formam

(a) Sembra, che debba dire = dictus terminus evitari =

formam in precedenti capitulo contentam, aſsignato sibi in dicto bannimento termino trium dierum; infra quem si non comparuerit, habeatur pro confesso, et convicto; et de ipso malefitio poſsit, et debeat condempnari secundum formam Statutorum loquentium de ipso malefitio. Si vero comparuerit in dicto termino, et se excusare voluerit a dicto proceſsu, quod Potestas, et ejus Curia teneatur, et debeat dare ei copiam criminis, de quo accusatus, inquisitus, vel denumptiatus eſset, et quod contra eum eſset probatum per teſtem, vel testes, seu inditia, vel presumptiones malefitii facti; exhibita ei copia attestationum, testium, et presumptionum contra eum habitarum: Et probandum de jure contra dictum testem, vel testes ad eorum dicta. Et si in dicto termino se legitime excusaverit, quod de dicto crimine absolvatur. Et hoc locum non habeat in adulterio, homicidio, raptu virginum, occupatione Stratarum, incendio, et furto, in quibus Potestas, et ejus Curia non teneantur copiam dare eis, qui de aliquo ipsorum criminum eſsent diffamati; et proceſsus habiti contra eos, et terminum ad opponendum, et probandum de jure suo dare (a), niſi tantum in Palatio, et carceribus detineri. (b)

De citationibus faciendis super malefitiis.

XXXVIII. Citationes super malefitiis fiant hoc modo, quod accusatus, vel denumptiatus, vel contra quem inquireretur citetur per Bajulum Communis Mevanie, ut Curie videbitur expedire: et si non reperiret personaliter, vel domi ubi moratur in Mevania, vel districtu, nec in habitatione ipsius, citetur per Preconem Communis Mevanie alta voce, sono tube premiſso, in Palatio, vel in Scalis Palatii, vel ad fenestram Palatii dicti Communis, ubi ipsi Dño Poteſtati, et sue Curie placuerit. Et dicta

(a) Manca ~~qualche cosa~~ = copiam = come sopra.

(b) dovrebbe dir = detenti =

dicta sufficiat, et pro legitima habeatur. Et in qualibet citatione super malefitiis personaliter facta aſsignetur citato terminus unius diei. Et in citatione facta domi aſsignetur ei terminus in proximo sequenti die post ipsam citationem. In citatione vero facta cum tuba per preconem detur, et aſsignetur citato terminus quinque dierum. (a)

Poena se opponentis Bajulo, vel Preconi.

XXXIX. Siquis, vel siqua opposuerit se Bajulo, et Preconi quominus eorum offitium consequantur, in viginti Solidis denar. condempnetur; et nihilominus de injuria per eum facta dictis Bajulo, et Preconi condempnetur.

Quod citationes, et relationes facte per Precones, vel Bajulos mandato Potestatis, et sue Curie valeant, et teneant sine commiſsione, ac si de comiſsione constaret.

XL. Siquis Preco, vel Bajulus Communis Mevanie mandato Potestatis, vel sue Curie suum offitium exerceret in citationibus, relationibus, terminis, bannimentis, et exbannimentis, et non apponeret de commiſsione, et mandato eis facto, semper presumatur mandatum, et commiſsionem eis datum fore per Potestatem, et suam Curiam; et valeat, et teneat tamquam fecerit ac si de mandato, et commiſsione legitime appareret. (b)

In

(a) Lacuna di 4 linee nel Codice. (b) Altra di Linee 9.

In maleſitiis, vel quasi, Mulieres, et Minores vigintiquinque annis admittantur ad teſtimonium perhibendum.

XLI. In maleſitiis, vel quasi, Mulieres majores, et minores vigintiquinque annis, majores tamen duodecim; Et Masculi minores vigintiquinque annis, majores tantum quatuordecim in criminalibus causis, ad teſtimonium admittantur, et teſtimonium ferre poſsint. Minores tamen doli capaces adsumptiores (a), ad inditia faciendum recipiantur in testes in criminalibus, prout Potestati visum fuerit. Et hęc omnia locum habeant in accusationibus, denumptiationibus, et inquisitionibus.

Quod in causis maleſitiorum filii familias sine Patris consensu poſsint in judicio intereſse.

XLII. Super causis criminalibus Filii familias etiam plures, tam agentes, quam defendentes, etiam sine Patris consenſu in juditiis eſse poſsint, et proceſsus eorum valeant, non obstante si Pater non consenserit filio suo, seu filiis agentibus, vel defendentibus. Et quod majores duodecim annis licet sint minores vigintiquinque annis poſsint stare in juditio quolibet criminali, et criminalibus causis etiam sine Tutoris, vel Curatoris auctoritate, et etiam Tutorum, et Curatorum auxilio constituti, et valeat, et teneat proceſsus totus factus, non obstante quod Tutoris, et Curatoris consensus deficeret, vel quod eſsent tutorio, et curatorio auxilio adstricti.

Quod in proceſsu maleſitiorum non obsit, si non fuerit juris solempnitas observata.

XLIII. Si super aliquo proceſsu criminalium, quorum non fuerit juris solempnitas observata; vel si aliqua de solempnitatibus, vel substantialibus, seu de ordine juris fuerit prętermiſsa

(a) Deve dire = ad pręsumptiones =

pretermissam, vel non servatam, ipse processus, et sententia que sequeretur ex eo valeant, et teneant, et executioni mandentur; et contra ipsos processus, et sententiam non possit aliquid obiici, vel opponi occasione ordinis (a)

Mancano qui alcune pagine nel Codice, per cui si desidera il termine della seguente Rubrica, e le altre appresso infino alla metà della Rubrica 72.

penitus duplicentur. Et etiam duplicentur pœnę, et banna omnibus, et singulis Forensibus, qui delinquerent, et offenderent aliquem Mevanatem. Pro quibus omnibus Offitialibus, et Familiaribus Potestatis (a) puniatur de omni malefitio committendo per eos, vel alium ipsorum: et de omnibus malefitiis commissis in personam Dominorum Consulum Populi Terrę Mevanię, qua (b) duplicentur pœnę, et banna. Et de omnibus injuriis, et offensionibus factis, dictis, et commissis, et quę committerentur per Nobiles in personam Popularium quadruplicentur. Et si in personam alicujus Consulis essent commissę per dictos Nobiles, pœnę octuplicentur.

Pœna projicientis lapidem ad domum Sponsi.

LXXIII. Nulla persona projiciat aliquem lapidem, vel aliam rem ad domum alicujus Sponsi quando ducit Uxorem, vel duabus noctibus sequentibus, poena centum Solidorum qualibet vice. Et nullus percutiat aliquem quando capit Uxorem, sub dicta poena. Et

quod

(a) Sembra che debba dir = Potestas = (b) Forse = quod =

quod per Potestatem inquiratur vinculo juramenti, et ad poenam vigintiquinque librarum de suo Salario; et teneatur mittere pro Sponso, et vicinis circumstantibus domui dicti Sponsi pro dictis inquirendis; et repertos culpabiles punire, et condempnare secundum formam dicti Statuti. Et habeat dictus Potestas quartam partem banni. Et prędicta banniantur quolibet mense per loca consueta Terrę Mevanię.

Poena ementium in die Fori ante tertiam Pollastros, Pippiones, Ova, vel Caseum, Aves, et Olera.

LXXIII. Nulla persona, quę consueverat emere, vel revendere Pollastros, Pippiones, Ova, Caseum, Gallinas, vel alios Pullos, et alias Aves, Olera, Poma, vel Agrumina, emat, vel emi faciat in die Fori, in Platea, vel alibi ante tertiam, poena, et banno viginti Solidorum pro qualibet vice. Et quilibet poſsit accusare, et denumptiare; et ipsius accusationi, vel denumptiationi stetur, et credatur cum uno teſte; et habeat medietatem banni, et teneatur in credentia. Et Consules Populi eligant quatuor custodes secretos, qui contrafacientes denumptient, et accuſent, et habeant eandem partem banni, et teneantur in credentia, et eorum denumptiationi stetur, et credatur. Et dictę poenę tollantur de facto, et Camerario Communis dentur pro Communi.

Poena portantium arma per Mevaniam.

LXXIV. Nulla persona portet per Mevaniam, et ejus diſtrictum Stoccum, seu Quatrellectum. Contrafaciens in octo libris denar. pro vice qualibet condempnetur. Et nulla persona portet Curtellum feritorium, Spatam, vel alia arma ferrea offendibilia, inter quę non intelligantur Guanti, vel Tabulatum. Siquis contrafecerit puniatur in centum Solidis. Et siquis portaverit

portaverit arma ferrea defensibilia puniatur in medietate dictę poenę. Et siquis inventus fuerit habere, vel portare cultellum in caliga, corea, serrabulis, becchecto capputii, vel subtus duppleidem, vel subtus camisiam, varnellum, vel tunicam, super quo non inveniatur, vel sit tunc cinctus, vel involutus in aliquo panno, quem tunc non portaret in brachio, subtus brachium, vel in spatulis, vel inter pannum, et foderam alicujus varnaccię, vel mantelli, vel alterius panni foderati, vel sub aliquo panno, quem tunc non portaret in dorso, secundum quod ipse pannus de sui natura factus, et ordinatus esset, puniatur in duplum dictę poenę. Et dictę poenę in nocte duplicentur. Et nox intelligatur a sono Campanę Communis, quę pulsatur de sero pro Januis claudendis, usque ad sonum Campanę Communis, quę pulsatur de mane pro Januis aperiendis. Et dictę poenę duplicentur in omnibus, et in quolibet de Mevania. Et semper arma perdantur, et deveniant in Commune. Et dictę poenę de facto tollantur dum arma inveniuntur. Et in inquirendo, et scrutando pro armis Curia habeat plenum, et liberum arbitrium. Et nemo possit se excusare prętextu alicujus decreti, vel ordinamenti, vel Statuti Populi. (a)

(a) Lacuna di una intera Colonna nel Codice.

Quod nullus de carceribus extrahatur in die Veneris Sancto, nisi prius solverit suam condempnationem, et debitum.

LXXVI. Nullus debitor Communis Mevanię, vel spetialium personarum, vel alia quevis persona pro aliquo malefitio, injuria, vel offensa detentus, vel qui detineretur in futurum in carceribus Communis Mevanię possit extrahi, vel extrahatur de ipsis carceribus in die Veneris Sancto, vel aliquo alio tempore, nisi primo solverit debitum dicti Communis, et spetialium personarum, vel integre solverit condempnationem suam, seu poenam, in quam incidisset occasione malefitii per eum commissi, vel quod committeret in futurum in persona alicujus de Mevania. Et nullus cum impetu, vel clamore, vel rumore vadat, vel accedat ad Palatium Communis, vel ad carcerem ipsius Communis pro aliquo prędictorum extrahendo de ipso carcere, vel carceribus, et qui contrafecerit in prędictis, vel aliquo prędictorum, in quinquaginta libris denar: pro quolibet, et qualibet vice condempnetur. Et hoc locum habeat in pręsentibus, videlicet a publicatione pręsentis Statuti, et in pręteritis ab uno anno citra proxime pręterito, et in futuris. Et si aliquis extraheretur, et postea capi poterit, iterato capiatur, et remittatur, et detineatur in ipsis carceribus per Potestatem, et ejus Offitiales tam pręsentes, quam futuros dicti Communis, donec solverit condempnationem, et poenam, in quam incidisset, vel condempnatus fuisset ad dictam poenam. Et Potestas, vel Consules Populi, vel aliqui eorum non proponant, quod contra pręsens Statutum fiat aliquid novitatis, quin omnia, et singula supradicta firmiter observentur. Et nullus contra dictam formam arenghet, vel consulat ad poenam decem librarum denar. Quę poena ei de facto per Potestatem, et Consules tollatur, et in cippo dicti Communis de

facto

facto mittatur. Et si Potestas contrafecerit in prędictis, vel aliquo prędictorum, in vigintiquinque libris denar: Communi Mevanię condempnetur: et nihilominus perjurium incurrat. Et Camerarius Communis dictas vigintiquinque Libras de Salario Potestatis retinere de facto teneatur vinculo juramenti, si Potestas contrafecerit. Et hoc capitulum sit precisum, quod tolli non possit, vel suspendi per Consilium Populi ex forma alicujus Statuti Populi, vel Communis sub quacumque forma, vel condempnatione[a] verborum contenta. Et hoc Capitulum banniatur in die Jovis Sancto, ne aliquis propter ignorantiam inde se valeat excusare.

Quod nemo tempore alicujus rumoris ascendat super aliqua Turri, vel domo circumcirca Plateã, nec balistet per Terram Mevaniam.

LXXVII. Nullus tempore alicujus rumoris, vel sinistrę sumptionis audeat, vel presumat ascendere, vel stare super aliqua Ecclesia, vel turri, vel domo circumcirca Plateam, ex qua possit projicere lapides in Plateam Communis, vel infra Mevaniam sagittare, balistare, vel aliquem lapidem projicere, sub poena quinque librarum denar: Et si ipsam poenam non solverit intra tres dies post latam sententiam, sibi manus dextera penitus amputetur.

De consilio revidendo dato contra Commune in criminalibus causis.

LXXVIII. Si contigerit alicui per Potestatem, Judicem, vel Consules Populi Mevanię poni Sapientem super aliquo in criminalibus causis, Si videbitur Potestati, et Consulibus Populi, quod dictum Consilium detur contra Commune, possit peti pro parte dicti Communis, ipsum consilium revideri, et iterato Sapientiori committi.

De

(a) Forse = conceptione =

De non receptando malefactores in Mevania, vel districtu.

LXXIX. Non suppositus jurisdictioni Communis Mevaniȩ, vel alia quȩcumque persona non audeat, vel prȩsumat publice, vel occulte receptare aliquem, qui commiserit aliquod malefitium in Mevania, vel districtu. Et qui contrafecerit teneatur solvere illam poenam, quam deberet solvere malefactor. Et pro non supposito jurisdictioni Communis Mevaniȩ teneantur proximiores consanguinei usque in tertium gradum. Et Potestas, et ejus Offitiales habeant in prȩdictis plenum arbitrium; nisi forsan tales receptatores malefactorem, vel malefactores Curiȩ Mevaniȩ prȩsentaverint cum effectu. Et nullus possit, vel debeat publice, vel occulte dicere, allegare, vel etiam advocare pro prȩdictis, vel aliquo prȩdictorum, ad poenam centum librarum denar. Quam poenam Potestas Mevaniȩ possit, et debeat exigere de facto a contrafacientibus.

Poena committentis vitium Sodomiȩ.

LXXX. Quicumque de Mevania, vel aliunde in Mevania, vel ejus districtu commiserit vitium Sodomiȩ, in centum libris denar. Communi Mevaniȩ condempnetur. Et de hoc Potestas teneatur inquisitionem facere diligenter. (a)

Poena

(a) Lacuna di 15. linee nel Codice.

Poena ludentium ad azardum.

LXXXI. Item statuerunt, et ordinaverunt quod nullus audeat, vel præsumat ludere ad aliquem ludum taxillorum, seu ad azardum, ad poenam centum Solidorum denar. quos de facto in cippum Communis sine aliqua condempnatione, et diminutione contrafaciens mittere teneatur. Et quod omnia instrumenta facta, vel facienda, seu fienda inter ludentes non valeant, nec teneant ipso jure, si probari poterit per duos testes fide dignos, quod tale instrumentum, vel instrumenta sit, vel sint de ludo. Et prædicta probatione habita, statim dictum instrumentum, seu instrumenta per Judicem Communis Mevaniæ cancellentur, et aboleantur vinculo juramenti, et ad poenam vigintiquinque librarum denar. Et ad inveniendum tales ludentes, seu ipsorum receptatores suffitiat fama publica trium testium sine aliqua alia probatione. Et si aliquis Vinum vendens, vel aliqua alia persona in domo propria, vel conducta ad aliquem ludum taxillorum aliquem ludere scienter permiserit, in decem libris denar. pro vice qualibet condempnetur. Et ad prædicta probanda suffitiat fama publica trium testium. Domus conducta intelligatur de qua aliqua pensio solveretur. Et Potestas, et sua Curia teneatur, et debeat quolibet mense inquirere bis de prædictis, ad pœnam superius nominatam. Et præsens Capitulum non vendicet sibi locum in ludentibus ad aleas, sive tabulas.

Quod corrigentes eorum Familiam non teneantur ad poenam.

LXXXII. Siquis corrigendo aliquem de sua familia verberaret, vel offenderet dicto, vel facto, vel Magister discipulum, vel Dominus famulum, vel Tutor pupillum moderate, sine armis, et sanguinis

effusione

effusione, citra mortis periculum, vel membri mutilationem, vel perditionem membri, non teneatur ad pœnam. Et siquis aliquem consanguineum usque in tertium gradum, sine armis, et sangui=nis effusione, citra mortis periculum, et sine mutilatione mem=bri, vel perditione membri (a), non teneatur ad poenam.

Quod Potestas non possit condempnare ultra formam Statutorum.

LXXXIII. Potestas Communis Mevaniȩ non possit aliquem con=dempnare ultra, prȩter, vel contra formam Statutorum Commu=nis, et Populi Terrȩ Mevaniȩ, vel aliquem contra dictam formã gravare. Et ubi Capitulum Statuti non loqueretur, possit procedere ad poenam de similibus ad similia (b).

(a) Sembra mancare = verberavet, vel offenderet = c.º s.º (b) Lacuna di linee 13. nel Codice.

De poena mitiganda familiaribus, aut fratribus carnalibus offendentibus seipsos.

LXXXIV. De omnibus offensis factis, vel faciendis inter familiares, aut fratres carnales sine armis ferreis, citra mortem, vel membri abscissionem, solvant tantum tertiam partem poenę, quę inter alios solveretur. Et de prędictis non possit inquiri.

Quod Mulieres recipiantur ad excusandum, et testificandum in Logiis Communis.

LXXXV. Nulla Mulier pro aliqua causa criminali Palatium Communis ascendat: sed ejus dictum recipiatur sub Logia superiori Communis Mevanię. Et Potestas, et ejus Curia nullam Mulierem ascendere cogat ad eundum in Palatium ante dictum de nocte, vel de die. In causis autem civilibus quando Judex staret ad bancum ad jus reddendum, possit Mulier occasione causarum civilium coram dicto Judice ad dictam bancam civilium comparere. Super criminalibus autem possint Mulieres coram Curia Mevanię in Palatio comparere, si majori parti Consulum videbitur convenire. Et prędicta Potestas observare teneatur vinculo juramenti, et ad poenam quinquaginta libraꝝ. denaꝝ.

De rixa habita inter Mevanates, et Forenses.

LXXXVI. Si inter Mevanates, et Forenses rixa aliqua oriretur, vel inter eos aliqua malefitia intervenirent, vel injuria fieret, Forensis puniatur in poenam in Statuto contentam; Mevanas vero in medietatem dictę poenę condempnetur. Et si Forensis aufugeret, contenderet, seu se defenderet quod poenam solvere non deberet, ita quod cum effectu poenam commissi malefitii non solveret in pecuniis, vel (a) persona, talis Mevanas pro omnibus malefitiis factis per eum in viginti Solidis denaꝝ. condempnetur, et non ultra

~~(a) Manca forse qualche cosa.~~

ultra. Salvo si Forensis aufugeret, et contumax existeret, et occasio=
ne contumaciȩ exbanniretur, tunc Mevanas ipsum offendens punia=
tur in medietate poenȩ in Statuto contentȩ: dummodo suam con=
dempnationem solvere non cogatur donec talis Forensis exbanni=
tus, seu condempnatus solvat suam condempnationem, seu Commu=
ni Mevaniȩ aliter eſset satisfactum; vel caperetur, et in carcerem
mitteretur, et teneretur. Et tunc Mevanas ipsum offendens cogatur ad
depositum faciendum: Et tamdiu illud depositum teneatur quamdiu
ipse Forensis in carceribus detinetur. Et si dictus Forensis occideretur,
vel in carcere mitteretur (a), et non solviſset, ipsam condempnationem
suam solvat. Nihilominus talis Mevanas condempnationem suam
solvat, et ejus depositum in introitibus Communis Mevaniȩ mittatur.
Et si inter aliquem Mevanatem, et aliquem non suppositum jurisdi=
ctioni Communis Mevaniȩ in civilibus, et criminalibus causis rixa,
vel malefitium aliquod oriretur, et fieret per Curiam Mevaniȩ de prȩ=
dictis proceſsus contra eos, et talis non suppoſitus se defenderet taliter,
quod condempnationem, seu bannum de eo factam, vel factum non sol=
veret, vel aliter contra eum de prȩdictis, vel aliquo malefitio non proce=
deretur, talis Mevanas condempnatus, et exbannitus suam condempna=
tionem, vel bannum solvere non cogatur, nec aliquo jure cogi poſ=
sit per Potestatem, vel aliquem Offitialem dicti Communis. Et hoc
locum habeat in prȩsentibus, prȩteritis, prȩcedentibus, et futuris.

Nullus alleget contra merum, et justum imperium Communis Mevaniȩ.

LXXXVII. Nullus per se, vel alium audeat, vel prȩsumat op=
ponere, dicere, vel allegare in Curia pro Commune Mevaniȩ (b)
non sit, et fuerit a tanto tempore citra, cujus memoria non existit,
in poſseſsione, vel quasi merum, et justum imperium exercendi.

(a) Forse = moriretur = (b) O qui, o in luogo del = pro = antecedente
deve aggiungersi = quod =

Contrafacien

Contrafaciens in centum libris denar. pro vice qualibet condem=pnetur, et in Mevania perpetuo sit infamis: Et ad nullum Offiti=um Communis, vel Populi admittatur: Et in Palatio Communis Me=vaniæ cum subscriptione sui nominis depingatur. Et intelligatur ~~oppone~~ illud opponere ille, cujus Advocatus, vel Procurator id oppo=neret, vel allegaret.

Pœna laborantis, vel seminantis in Costa Sanctæ Potentiæ, vel de ea ligna, et genestras extirpantis.

LXXXVIII. Nulla persona (a) sset, nec seminet, nec seminari faciat Costam S.a Potentiæ, nec in ipsa Costa, quæ est Communis Mevaniæ, aliquod genus bladi, vel leguminis seminet, nec in Territorio dictæ Costæ aliquod laboritium faciat, nec de ea ligna, vel genestras radicitus extirpet, ad poenam viginti=quinque librarum denar. pro quolibet, et qualibet vice. Et siquis in ipsa Costa, et Territorio aliquid seminaverit temporibus retro=actis, teneatur, et debeat reddere, et restituere Communi Mevaniæ medietatem omnium fructuum recollectorum infra decem dies postquam sibi mandatum fuerit, ad poenam decem librarum. Et nihilominus de extirpatione radicitus ipsorum lignorum, seu gene=strarum de dicto terreno laborato in vigintiquinque libris denar. condempnetur, cum sit factum in prejuditium dicti Communis Mevaniæ. Et Potestas de prędictis quolibet mense inquirere tenea=tur ad poenam prędictam. Et super inquisitione fienda per eum dicta occasione recipiat usque in decem testes de convicinis dictæ Costæ. Et ipse Potestas teneatur, et debeat ipsam Costam undique ad dictam poenam facere terminari, ita quod jus Communis nullate=nus amittatur.

Quod

(a) Laceramento nel Codice.

Quod bona, dotes Mulieris committentis adulterium sint adjudicata Marito.

LXXXIX. Siqua Mulier maritata commiserit adulterium, omnia bona ipsius Mulieris tam dotalia, quam alia quęcumque, et qualicumque sint, et acquirantur Marito ipsius Mulieris sic delinquentis ipso jure, et facto, absque processu aliquo, vel sententia super ipsa acquisitione fiendo, vel ferenda. Et liceat Marito dictę Mulieris sic delinquentis, postquam de dicto malefitio constiterit per processum super dicto malefitio per Curiam Communis Mevanię faciendum, ipsa bona apprehendere, et ipsorum possessionem intrare propria auctoritate, et ea licite retinere pro suis, et tamquam suis (a)

ipsius usque in tertium gradum. Et Potestas dicte (b), et ejus Curia ad accusationem, et denumptiationem procedere teneatur ad poenam centum librarum denar: de suo salario persolvendarum, et vinculo pręstiti juramenti. Et accusationi, et denumptiationi cujuslibet ex supra nominatis personis, videlicet, mariti, et consanguineis prędictis usque in dictum gradum stetur, et credatur cum testimonio duorum testium deponentium legitime de prędictis, vel sex testium deponentium de publica voce, et fama.

Poena Nobilis fidejubentis pro aliquo Populari, et Popularis fidejubentis pro Nobili.

XC. Super contractibus, vel judiciariis causis, vel aliter quomodocumq., et qualitercumque nullus Popularis, et de Populo Terrę Mevanię fide

(a) Mancano otto linee lacerate. (b) Devo dir = dictus, o prędictus =

fidejubeat, nec ricoltam faciat pro aliquo nobili, vel qui reputaretur nobilis de Terra Mevaniæ, vel districtu. Et nullus Nobilis, vel reputatus Nobilis de dicta Terra, vel ~~districtu~~ ejus districtu fidejubeat, vel ricoltam faciat pro aliquo Populari, et reputato Populari dictæ Terræ Mevaniæ, vel districtus. Qui vero contrafecerit, si fuerit Nobilis, ~~vel~~ aut Nobilis reputatus in vigintiquinque libris denar., Popularis vero in quinquaginta libris denarior. pro quolibet, et vice qualibet condempnetur. Et nihilominus dictam fidejussionem, et ricoltam faciat suo resico, periculo, et fortuna, ita quod ab illo, vel ~~pro illo~~, per illum, pro quo fidejussisset, vel suis heredibus indempnis non debeat conservari. Et predicta locum non habeant in fidejussoribus prestandis per Nobiles dictæ Terræ de aliquo Offitio per eos, vel aliquem ipsorum extra Mevaniam, et districtum legaliter exercendo, et in fidejubente in utroque casu pro aliquo suo consanguineo, vel affine usque in secundum gradum.

Pœna facientis prelium gectorum, vel fiundularum.

XCI. Statuerunt, et ordinaverunt, quod nulla persona audeat, vel presumat prelium, sive bactagliam facere cum gectis, seu fiundulis, vel manu aliter lapides projicere in Mevania, vel districtu. Contrafaciens in quadraginta solidis denar. vice qualibet condempnetur. Et siquis supra in dicto prelio, vel bactaglia pro quolibet, et vice (a)

(a) Il rimanente è lacerato.

Poena impedientium cursum aquarum.

XCII. Item statuerunt, et ordinaverunt quod nullus impe=
diat aliquo modo cursum aquarum, qui extiterit a decem annis
citra. Contrafaciens in decem libris denariorum vice qualibet con=
dempnetur: et ipsum cursum reducere teneatur in pristinum sta=
tum. Et cuilibet liceat accusare, et denumptiare; et ejus accusationi, et
denumptiationi stetur cum juramento ipsius.

Poena vendentis rem diversis personis.

XCIII. Nulla persona (a)

De Terris non emendis per Forenses in con=
finibus Mevanię, vel alibi.

XCIV. Nulla persona de Mevania, ~~audeat, vel pręsumat~~ vel districtu
audeat, vel pręsumat vendere, seu vendat alicui Forensi aliquam
terram, vineam, seu possessionem existentem in confinibus terri=
torii dictę Terrę, vel intra solita confinia dicti territorii. Et nul=
lus Forensis aliquam terram, seu possessionem in dictis confinibus
seu intra existentem emat ab aliquo Mevanate. Qui vero contrafece=
rit in prędictis, vel aliquo prędictorum, quartam partem secundum quod
dicta terra, seu possessio ęstimata, seu accatastata esset in catasto
Communis

(a) Questa rubrica è affatto cancellata.

Communis Mevaniæ, vel districtus, nisi quinq. annis ante dictam venditionem prædictus forensis non fecerit omnes factiones reales, et personales ~~præ~~dicti Communis.

Poena currentis exercitum intra Terram Mevaniam.

XCV. Nemini liceat exercitum (a) currere per plateam, vel in viis publicis Terræ Mevaniæ (a)

Quod in malefitiis procedatur de similibus ad similia.

XCVI. In omnibus, et singulis malefitiis, et excessibus (b) dicto, vel facto commissis, et in posterum committendis per quemcumque, ~~vel~~ seu quoscumque in Mevania, et districtu, de quibus Statuta dicti Communis, vel alia ordinamenta dicti Communis, vel Populi Mevaniæ non loquerentur, et de quibus poena non imponeretur per dicta Statuta, vel ordinamenta, sive aliquod eorumdem, per Potestatem, et ejus Curiam de similibus ad similia procedendum. Et ubi similia, vel dicta Statuta, et ordinamenta non reperirentur, jura communia volumus observari.

Quintus

(a) Il restante è cancellato del tutto. (b) è lacerato.

Quintus Liber
super dampnis datis

Si aliquis Bos, Asinus, Jumentum, Vacca, Capra, Porcus, seu Scrofa, vel alia aliqua quecumque bestia grossa dederit dampnum alicui in blado, vel legumine non spicato, vel tegato, pro qualibet bestia, et vice qualibet duos solidos denar. nomine banni in cippum Communis mittere, et solvere teneatur de facto. Et intelligatur spicatum, vel tegatum a Kalendis mensis Maji in antea.

Si vero in blado spicato, vel legumine tegato, solvat, et solvere teneatur de facto in cippum Communis Solidos quatuor pro qualibet bestia, et qualibet vice.

Si vero Silvis, Salicetis, sepalibus, fluminatis, vel solvat in cippum Communis de facto quatuor solidos denar. pro qualibet bestia, et qualibet vice.

Si vero in vinea plena cum dictis Bestiis dampnum dederit, solvat de facto in cippum Communis viginti Solidos denar. pro qualibet bestia, et qualibet vice. Et intelligatur plena a Kalendis Aprilis, usquequo fuerit vindemiata. Si vero fuerit vindemiata solvat de facto in cippum Communis decem Solidos denarior. pro qualibet bestia, et qualibet vice.

Si vero Canis dampnum dederit in vinea plena a Kalendis Augusti in antea, usquequo fuerit vindemiata, solvat dominus ipsius Canis in cippum Communis de facto decem Solidos denar. pro quolibet Cane, et qualibet vice. Et intelligatur dampnum dedisse, si vineam intraverit.

Si

Si vero dictę bestię groſsę, excepto Cane, dampnum dederint in Horto, solvat pro qualibet bestia, et qualibet vice de facto in cippum Communis   solidos denariorum.

Si vero cum dictis bestiis dampnum dederit in aliquo Horto, vel blado, duodecim denarios pro qualibet (a)   et qualibet vice de facto in cippum Communis solvere teneatur. et stetur Sacramento duorum laboratorum.

Si vero pecudes minores Castrati, vel Caprę, dampnum dederint in Horto aliquo, solvat de facto in cippum Communis pro qualibet bestia, et qualibet vice duos solidos denar.

Si vero Porcus dampnum dederit, dominus ipsius solvat de facto in cippum Communis qualibet vice quinque solidos denariorum.

Si vero bestię groſsę dictum dampnum dederint, dominus ipsarum solvat in cippum Communis pro qualibet bestia, et qualibet vice de facto quinque solidos denariorum.

Si vero personaliter dampnum dederit in Horto, solvat de facto in cippum Communis pro vice qualibet viginti Solidos denar.

Si vero aliqua dictarum bestiarum groſsarum, excepto Cane dampnum dederit in fructibus, malis, vel pomis, vel aliis arboribus domesticis, solvat pro qualibet bestia, et qualibet vice de facto in cippum Communis Solidos   denariorum.

Si vero pecus Castratus, vel Montones in dictis arboribus dampnum dederint, solvat de facto in cippum Communis pro qualibet bestia, et qualibet vice duodecim denarios.

Si vero aliqua dictarum bestiarum groſsarum iverit per poſseſsionem alicujus non bladatam, vel leguminatam, in qua sint arbores domesticę, solvat de facto in cippum Communis pro qualibet bestia, et qualibet vice sexdecim denarios.

Si

(a) Forse deve supplirsi Bestia =

Si vero aliquis personaliter dampnum dederit in arboribus domesticis supradictis, vel aliqua ipsarum, solvat de facto in cippum Communis pro qualibet vice

Siquis vero

in caneſsa, solvat in cippum Communis de facto decem Solidos denarioꝝ pro qualibet vice.

Si vero in legumine, vel bladis quis personaliter dampnum fecerit, vel dederit, decem Solidos denaꝝ de facto in cippum Communis solvere teneatur.

Si vero aliqua persona de catasta existente in arboribus, vel alibi aliqua ligna abstulerit, viginti Solidos denaꝝ de facto in cippum Communis pro quolibet, et qualibet vice solvat, et solvere teneatur.

Si vero aliqua persona abstulerit bladum, vel legumina de metis alicujus, solvat de facto in cippum Communis centum Solidos denarioꝝ pro quolibet, et qualibet vice. Et si dictos centum Solidos denaꝝ non solverit infra decem dies post terminum sibi datum, per totam Terram Mevanię fustigetur.

Si vero aliqua persona personaliter in poſseſsionem aliquam intraverit, et dampnum sibi non dederit in intrando, excepta vinea, solvat in cippum Communis de facto duodecim denarios. In aliis vero casibus non expreſsis procedatur de similibus ad similia. Supradictę vero poenę duplicentur, si supradicta dampna, vel aliquod ipsorum commiſsa fuerint noctis tempore. Et in quolibet casu de prędictis dampnum dantes emendent dampnum paſso in duplum. Et de dampno dato, et ejus ęstimatione stetur sacramento illius, qui dampnum recepit, vel sui laboratoris, si viderit dampnum dantem, usque in quantitatem

titatem

quantitatem decem Solidorum, dummodo de unoquoque accusato, seu denumptiato, et ejus ~~accusa~~ estimatione et (a) juramentum de novo prestetur. Ab inde vero supra usque in quantitatem quadraginta solidorum stetur sacramento damnum passi cum uno teste fide digno.

Siquis vero damnum dederit cum bestiis grossis in Canepa, solvat in cippum Communis de facto pro qualibet vice, et qualibet bestia quinque Solidos denar. Si vero cum pecudibus Castratis, vel Montonibus, solvat in cippum Communis pro qualibet bestia, et qualibet vice duos Solidos.

Si vero personaliter damnum dederit in Canepa, solvat in cippum Communis de facto pro quolibet, et qualibet vice decem Solidos denariorum. Et de predictis omnibus stetur, et credatur, et etiam de ejus estimatione, sacramento accusantis, denumptiantis, vel emendam petentis, si viderit damnum dare. Salvo quod si aliqua dictarum bestiarum per muscam encappanz (b), vel per arzillum damnum dederit, dominus ipsarum ad poenam aliquam non teneatur. Et de iis stetur, et credatur sacramento domini bestiarum.

Gualdarii electi per Commune Mevanie de accusationibus, et denumptiationibus faciendis per eos, de denariis exigendis ex dictis accusationibus, et denumptiationibus habere debeant solum quartam partem, et non plus, aliquo alio Statuto Communis, vel Populi de majori, vel minori parte, quod in contrarium loqueretur, non obstante. Que quarta pars mittatur in quodam cippo novo fiendo in Palatio Communis ante bancam Notarii damnorum datorum per accusatum in presentia duorum testium.

(a) Questa particola è superflua, (b) Così nel Codice

Do

De Uvis, et Olivis non deferendis.

I. Siquis fuerit inventus, seu inveniretur per Notarium dampnorum datorum, vel ejus Familiares deferre Uvas, Ficus, Olivas, vel alios fructus, Notarius dampnorum datorum teneatur inquirere, et scire veritatem, de cujus poſseſsione talis apportans collegerit. Et si talis apportans inventus fuerit collegiſse de bonis alienis sine licentia domini rei, puniatur in poenis in Statutis contentis. Et istud idem dicimus contra apportantes palos, vel ligna. Liceat tamen unicuique cum laboratoribus, et fictajolis, (&) et cum illis de domo domini rei ire, et apportare de pomis, fructibus, et lignis existentibus in poſseſsionibus propriis, vel conductis sine poena, et banno.

De poena non permittentis se rimari Notario dampnorum datorum.

II. Notarius dampnorum datorum teneatur, et debeat rimare, et rimari facere discrete, et honeſte personas, quas invenerit extra Mevaniam Uvas, vel fructus alios apportare. Et quod quęlibet persona permittat se rimari ad mandatum dicti Notarii. Et qui rimari se non permiserit puniatur usque in viginti Solidis arbitrio dicti Notarii: Et ipsam poenam in cippum Communis solvere teneatur, et solvat de facto.

De poena apportantis Uvas.

III. Nulla persona audeat, vel pręsumat apportare, nec apportet de Uvis propriis, vel alienis extra Mevaniam, ad poenam quadraginta Solidorum denar: pro quolibet, et qualibet vice: Quam poenam de facto solvat, et mittat in cippum Communis. Liceat tamen unicuique habenti vineam, vel pergulas in suis

poſseſsionibus

possessionibus propriis, vel conductis apportare Mevaniam usque in tribus raspis, et non ultra. Et sic intelligatur quod cuilibet liceat apportare usque in tribus raspis de Uvis sibi datis, et non ultra. Et si aliquis inveniretur apportare de Uvis suis ultra tres raspos, solvat de facto in cippum Communis duodecim ~~solidos~~ denar: pro quolibet raspe, et qualibet vice. portare de Uvis alterius, similiter solvat de facto in cippum Communis pro quolibet raspe, et qualibet vice a tribus raspis supra. Et quod fuerint de Uvis suis; vel alienis sibi datis, stetur, et credatur sacramento apportantis, si talis apportans habuerit vineam, vel pergulas. Et quod fuerint de Uvis sibi datis stetur sacramento dantis.

Quod quilibet possit accusare de suo proprio, vel laboritio.

IV. Quicumque invenerit aliquem dampnum dare personaliter, vel cum bestiis in possessionibus, et rebus propriis, vel conductis, possit quilibet dominus, vel conductor talem dampnum dantem personaliter, vel cum bestiis accusare, et denumptiare, et cuiuslibet ipsorum accusationi, et denumptiationi stetur, et credatur, inspecta semper conditione personę.

Quod Notarius dampnorum datorum possit facere executiones reales, et personales.

V. Notarius dampnorum datorum possit, teneatur, et debeat facere executiones reales, et personales contra omnes, et singulos dampnum dantes personaliter, vel cum bestiis contra formam Statutorum, et ordinamenta dicti Communis Mevanię; et ab eis pœnas, et banna de facto exigere, et auferre secundum formam Statutorum, et ordinamenta dicti Communis, et in Communo facere devenire. Et idem

Notarius

Notarius poſſit poenas, et banna pro suo offitio exercendo imponere usque in quantitatem decem Solidorum; et ipsam poenam ab inobedientibus exigere, et in Communi facere devenire.

Quod Notarius dampnorum datorum teneatur ire scrutando contra dampnum dantes, et de parte debita.

VI. Notarius dampnorum datorum teneatur, et debeat personaliter ire, et accedere de die, et de nocte per diſtrictum Mevanię scrutando contra dampnum dantes personaliter, vel cum bestiis. Et quos ipse Notarius personaliter invenerit dampnum dare, et delinquere contra formam Statutorum, et ordinamenta dicti Communis, de facto punire secundum formam Statutorum dicti Communis, et ordinamentorum ejusdem. Et quod de omnibus, quos ipse Notarius invenerit dampnum dare, a dampnum dantibus habeat, et habere debeat quartam partem omnium bannorum, quę devenire fecerit in Communi ab ipsis delinquentibus sic per eum inventis. Si vero invenerit personaliter noctis tempore dampnum dantes, habeat medietatem omnium bannorum, quę devenire fecerit in Communi.

Quod quilibet poſſit colligere, et exportare de pomis, et fructibus jacentibus in, et super poſſeſſione sua.

VII. Cuilibet liceat colligere, et exportare de pomis, et fructibus jacentibus, et qui cadunt in poſſeſſione, et super poſſeſſione sua de arboribus pendentibus in alterius poſſeſſione talis colligentis, et exportantis. Et liceat domino arboris, seu arborum intrare in vineam, et poſſeſſionem vicini sui, super qua dictę arbores pendent, et poma jacentia in tali vinea, et poſſeſſione sui vicini colligere, et ex=

portare

exportare impune, Statuto aliquo super, vel infra poſito loquen=
te in contrarium non obſtante. Et siquis accusatus fuerit de colle=
ctione fructuum arborum pendentium, vel jacentium in poſseſſione,
et super poſseſſione sua, vel de introitu facto in vinea, vel poſſeſ=
sione alicujus causa recolligendi fructus, vel poma jacentia in ea,
qui, vel quę cadunt de arboribus talis intrantis, talis accusatus ad
poenam aliquam minime teneatur. Et idem intelligatur de illis,
qui emerent dicta poma, vel fructus a domino arborum hujusmo=
di, et conductoribus Terrarum, ubi fuerint dictę arbores.

Quod suspecti teneantur dare fidejuſſores Notario dampnorum datorum de non dando dampnu[m]

VIII. Suspecti teneantur, et debeant dare fidejuſſores Notario
dampnorum datorum ad ejus mandatum, et terminum, dummo=
do dampnum (a) in bonis alienis in diſtrictu Mevanię existenti=
bus, ad poenam centum Solidorum pro quolibet ipsorum. Et fide=
juſſores dare recusantes, et non dantes exbanniantur de Meva=
nia, et districtu in decem libris denar. pro quolibet ipsorum.

Poena euntis, vel redeuntis personaliter, vel cum bestiis per poſſeſſionem alterius sine li= centia illius, cujus est poſſeſſio.

IX. Nullus deinceps vadat, vel redeat cum bestiis, vel sine
bestiis per poſſeſſionem alicujus sine voluntate illius, cujus
fuerit poſſeſſio; Poſſit tamen ire per terram vicinorum hone=
ste, si non haberet commode unde ire, et redire poſſet, non ob=
stante quod locus deset minus dampno=
suf. de prędictis questio, seu querela fuerit
seu, seu oriretur coram Potestate, vel ejus Curia, mittat ipse
Potestas expensis partium Viarios Communis Mevanię, qui
videant

(a) Deve dire = de non dando dampnum =

videant locum convenientem, ut talis aliquatenus ad suam poſ=
seſsionem commode ire, et redire poſsit. Et postea unde vide=
rint, et cognoverint ipsi Viarii ei, vel eis
aſsignent per terras vicinorum. Et quod per ipsos Viarios in prę=
dictis factum fuerit valeat, et teneat, et effectui demandetur. Et
siquis ad suam poſseſsionem iverit per terras vicinorum, et re=
dierit si iter aliunde habuerit, vel consueverit habere, duos so=
lidos denariorum solvat de facto in cippum Communis pro quo=
libet, et qualibet vice, Capitulo aliquo Communis, vel Populi loquen=
te in contrarium non obstante. Si vero aliqua via eſset aliqualiter
destructa, seu occupata alias, sive diruta occasione cursus alicu=
jus foſsati, vel occasione cursus, vel inundationis aquarum, vel
alia occasione quacumque; per quam viam, niſi reaptaretur, vel
ad statum pristinum reduceretur, iri, et rediri non poſset ad poſ=
seſsionem alicujus, quod ipsa via debeat reaptari, et ad statum
pristinum reduci per adjacentes ipsius vię, non obstante si longius
iter eſset ad eundum ad poſseſsionem suam, quàm per terras vici=
norum suorum: Et non obstante quod Viarii declaraſsent aliquem
debere ire, et redire per aliquam poſseſsionem alicujus sui vicini;
quę declaratio, sive diffinitio non valeat, nec teneat ipso jure. Et
questio qua est, vel fuerit occasione alicujus vię videatur omni=
no per Judicem Communis Mevanię. Qua visa, sine libelli obla=
tione, omni figura juditii prętermiſsa summarie terminet. Qui
Judex teneatur facere inquisitionem per quatuor adjacentes de me=
lioribus.

Poena facientis semitam, vel trajectum per rem alterius.

X. Nulla persona faciat semitam, vel trajectum per poſseſsionem

alicujus

alicujus cum bestiis, vel sine bestiis. Contrafaciens cum una bestia duos solidos denar. de facto solvat in cippum Communis pro qualibet vice. Si vero cum pluribus bestiis, solvat in cippum Communis de facto ultra unam bestiam duodecim denarios pro qualibet bestia. Si vero personaliter semitam, vel trajectam fecerit quis per poſseſsionem alterius, duodecim denarios pro qualibet vice ~~solvat~~ de facto solvat in cippum Communis. Si autem fuerit bladata, solvat de facto in cippum Communis duos solidos denar. pro qualibet bestia. Et de hoc credatur domino rei, vel laboratori cum juramento usque in numerum sex bestiarum, et usque ad sex vices cum personaliter viderit. Liceat tamen ire unicuique, et redire ad poſseſsionem suam infra poſseſsiones vicinorum per locum breviorem, unde minus damnum daret: dummodo ad dictam poſseſsionem per viam publicam, vel vicinalem ire, et redire non poſset. Et ob hujusmodi servitium alicui aliqua servitus non acquiratur, nec sit alicui aliquod jus acquisitum, propterea quod tempore retroacto ivißet, vel redißet ad suam poſseſsionem per ~~tenutam~~ terram aliquam, nisi doceret, vel probaret quod servitutem inde constitutam habuißet, vel jure servitutis ivißet, et redißet per decem annos et plus. Et liceat cuilibet ire, et redire per terram alterius causa habendi aquam de flumine, puteo, fovea, vel rivis publicis in alicujus bonis sitis, vel currentibus; dum tamen vadat per locum breviorem.

De arboribus jacentibus, seu pendentibus super poſseſsionem alterius, vel viis publicis, vel vicinalibus, incidantur, et eleventur.

XI. Omnes arbores domesticę, et silvestres jacentes, seu pendentes super poſseſsionem alicujus infra, vel extra Mevaniam incidantur, et eleventur in ea parte, qua super poſseſsionem alterius

alterius penderent, vel jacerent infra quindecim dies postquam petitum fuerit ab illo, super cujus poſseſsionem penderent, vel jacerent. Quod si dominus arboris non fecerit, puniatur in viginti solidis denar. ~~condempnetur~~; Et ille, super cujus poſseſsionem penderent, vel jacerent, poſsit, et sibi liceat ramos, seu frascas, quę super suo penderent, vel jacerent, sine aliqua alia petitione, vel requisitione, vel Judicis licentia incidere, et elevare; et de fructibus ramorum, seu frascarum hujusmodi super suo pendentium, vel jacentium percipere, colligere, et exportare sine poena, et banno. Et omnes arbores domesticę, et silvestres pendentes super viis publicis, vel vicinalibus, quę impediunt vias, seu transeuntes per eas ad petitionem cujuslibet petentis dominus arboris hujus incidere, et elevare teneatur, et debeat infra quindecim dies postquam petitum fuerit, ad poenam viginti solidorum denar. Quod si non fecerit, Potestas Communis Mevanię teneatur, et debeat ad petitionem cujuscumque petentis mittere Bajulum, et Familiam suam ad ipsam incidendum. Et de fructibus ramorum pendentium super vias quilibet poſsit colligere. Et idem intelligatur de arboribus stantibus in viis publicis, vel vicinalibus.

Nullus pro dampno dato, vel custodia non facta in carceribus mittatur, si dare voluerit fidejussores.

XII. Nulla persona pro dampno dato, vel custodia non facta per Terram Mevaniam, vel ad portas in carceribus mittatur, si dare voluerit fidejuſsores, et promittere, et solvere bannum, et poenam, in quod, vel quam incidiſset occasione prędictorum, vel alicujus eorum. Et si contra factum fuerit per aliquem Offitialem dicti Communis, in centum solidis denar. pro qualibet vice, et quolibet ipsorum Offitialium sic delinquentium condempnetur. Quos centum solidos et (a) Consules Populi

Mevanię

(a) Forse manca <u>Potestas</u>, o ridonda la particola <u>et</u>

Mevaniæ, qui pro tempore fuerint, ipsum talem Officialem sic delinquentem in prædictis de facto cogere teneantur ad mittendum in cippum Communis, si talis Offitialis sic delinquens non fuerit de Notariis Potestatis. Si vero fuerit de Notariis Potestatis, Camerarius Communis, qui pro tempore fuerit, dictos centum Solidos de Salario dicti Potestatis retinere teneatur, si fuerit per aliquem ab eo petitum, sub poena decem librarum denar. Possit tamen dictus Offitialis dictum talem delinquentem constringere, et detinere in Palatio Communis donec dederit fidejussores de prædictis omnibus, et singulis observandis.

Poena colligentis olivas alterius sine licentia illius cujus essent olivæ.

XIII. Nulla persona colligat olivas alterius sine licentia domini, vel familiaris, vel laboratoris ipsius, ad poenam quadraginta Solidorum denar. pro quolibet, et qualibet vice. Et de prædictis teneatur Pater pro Filio, Frater pro Fratre, et Mater pro Filio, si simul habitarent. Et tempore electionis Offitialium eligantur Custodes in prædictis in Consilio generali dictæ Terræ a Consulibus Populi ad denumptiandum contrafacientes in prædictis, et teneantur in secreto, et habeant medietatem banni. Et liceat cuilibet accusare, et ejus accusationi stetur, et credatur. Et Potestas teneatur, et debeat tempore quo olivæ colliguntur de sero sæpe sæpius mittere Notarium suum ad portas Terræ Mevaniæ, et si quos invenerit colligentes Olivas, cogat eos ad solvendum de facto in cippum Communis dictam poenam, nisi probaverint eas collegisse ad partem cum domino, vel laboratore. Et nulla persona colligat olivas tempore pluvioso, vel caliginoso, nec ante Festum Omnium Sanctorum, ad dictam poenam. Et nulla persona debeat incidere eas, vel spodare, ad poenam quadraginta Solidorum.

Et

Et cuilibet liceat accusare, et ejus accusationi stetur, et credatur, et habeat medietatem banni. Et prędicta omnia in pręsenti Capitulo contenta Potestas banniri faciat per totam Terram Mevaniæ octo diebus ante Kalendas Novembris.

Quod Canes de mensibus Augusti, et Septembris teneantur ligati, vel portent uncinum ad collum.

XIV. Canes de mensibus Augusti, et Septembris ad hoc ut in vineis dampnum dare non possint teneantur ligati, ita quod extra Mevaniam exire non possint: Vel ipsi dicti Canes portent continuo infra dictum tempus uncinum ligneum ad collum, qui sit longus tribus semissis ad minus, et grossus convenienter, ad poenam decem Solidorum pro quolibet, et qualibet vice apparerent dissoluti, vel dictum uncinum ad collum non haberent. Et cuilibet liceat accusare, et denumptiare, et accusationi, et denumptiationi cujuslibet stetur, et credatur, et teneatur in credentia, et habeat tertiam partem banni. Et idem intelligatur per districtum Mevanię observandum. Et hoc Capitulum banniatur octo diebus ante Kalendas Augusti per totam Terram Mevaniam. Et nulla persona debeat alicui Cani dictum uncinum ad collum portanti elevare, vel tollere, ad pęnam viginti Solidorum. Et cuilibet liceat accusare, et denumptiare, et habeat medietatem banni. Et nihilominus talis delinquens ad poenam, ad quam teneretur dominus Canis teneatur. Et Gualdarii teneantur omnes Canes prędictos accusare, et habeant quartam partem banni, et in credentia teneantur.

Poena dantis dampnum in Arcaturis ~~Communis~~ Molendinorum Communis personaliter, vel cum bestiis.

XV. Nullus audeat, vel pręsumat cum bestiis, vel sine bestiis

dare

dare dampnum in Arcaturis Communis Mevanię. Contrafaciens in predictis cum bestiis, pro qualibet bestia, et vice qualibet quinque Solidos de facto in cippum Communis solvat, et solvere teneatur. Si vero personaliter dampnum dederit solvat de facto in cippum Communis decem libras denariorum pro quolibet, et qualibet vice. Et cuilibet liceat accusare, et accusationi cujuslibet stetur, et credatur; et habeat medietatem banni, et in credentia teneatur. Et predictę curaturę (a) manuteneantur expensis Communis Mevanię.

Poena dantis dampnum in Palude Communis.

XVI. Quicumque dampnum dederit personaliter in Palude Communis Mevanię solvat in cippum Communis de facto pro qualibet vice decem Solidos denariorum. Si vero cum bestiis grossis, solvat in cippum Communis de facto pro qualibet vice, et qualibet bestia decem Solidos denar. Si vero cum bestiis parvulis, solvat pro qualibet
(c) vice in dictum cippum quinque Solidos denar. Et omnes poenę predictę de nocte duplicentur. Et cuilibet liceat accusare dictas bestias, et personas, et ejus accusationi, et denumptiationi cum juramento stetur, et credatur; et habeat medietatem banni. Et liceat unicuique bestias dampnum dantes in dicta Palude capere, ducere, et presentare curię (d) Offitialibus Communis Mevanię libere, sine poena, et banno infra secundum diem postquam in dampno ceperit eas; et dampnum dans dampnum emendet in duplum. Si vero Forenses dampnum dederint, si personaliter, solvant in cippum predictum de facto pro quolibet, et qualibet vice viginti Solidos denar. Si cum bestiis grossis, solvat in cippum Communis de facto pro qualibet vice viginti Solidos. Si cum bestiis minutis, solvat in dictum Cippum pro qualibet vice quinque Solidos. Et in quolibet dictorum casuum Forenses dampnum passo dampnum emendent in duplum quam Mevanates emendare

(a) Deve dire = Curvaturę, o Arcaturę. (c) Manca forse = pro qualibet bestia =

(d) Forse = coram = .

emendare tenerentur: Et credatur, et stetur sacramento accusatoris, et denumptiatoris, ut supra dictum est; et habeat medietatē banni, seu poenę hujusmodi.

Poena dantis dampnum in Prato, vel in Palude alterius.

XVII. Siquis dampnum dederit in Prato, seu Palude ~~alterius~~ alicujus specialis personę de Mevania; si personaliter, solvat in cippum Communis de facto quinque Solidos pro qualibet vice. Si vero cum bestiis, solvat in dictum cippum duodecim denarios pro qualibet bestia grossa, et qualibet vice: Et pro qualibet bestia parva, et qualibet vice solvat sex denarios, dummodo non prejudicet ordinamentis factis de Palude Communis. Et si Forenses dampnum dederint in dictis Pratis, vel Paludibus, si personaliter solvant in dictum cippum de facto decem Solidos pro quolibet, et qualibet vice: Si vero cum bestiis, solvant quinque Solidos pro qualibet vice. Et cuilibet liceat accusare dictas bestias, et personas: et dictas bestias sic inveniens capere, et coram Curia, et Officialibus Mevanię presentare die inventionis, vel sequenti. Et de dicto dampno in dictis casibus dampnum dans emendet dampnum domino rei, vel custodi: Et credatur sacramento accusatoris de ęstimatione dampni usque in quantitatem decem Solidorum: dummodo pro unoquoque accusato super ęstimatione dampni hujusmodi juramentum de novo prestet, et prestare teneatur. Et dictę poenę in quolibet casuum predictorum duplicentur a Kalendis Aprilis usque ad Kalendas Septembris.

Quod liceat unicuique tenere Capram.

XVIII. Unicuique de Mevania, vel districtu liceat tenere Capras, ita tamen quod nullus possit retinere nisi unam

Capram tantum. Et quilibet, qui teneret Capram debeat ipsam tenere continue extra Mevaniam ipsam Capram ligatam. Et si dicta Capra inventa fuerit extra Terram Mevaniam dissoluta, vel non ligata, dominus dictę Caprę solvat de facto in cippum Communis pro qualibet vice decem Solidos denariorum. Et cuilibet liceat accusare, et habeat tertiam partem banni, et teneatur in credentia: et accusationi cujuslibet stetur cum juramento prius pręstito ejus accusationem veram eſse. Salvo quod habentes pecudes, et tenentes in Mevania, vel districtu, non poſsint, nec debeant tenere Capram sine licentia Dnorum Potestatis, et Consulum Populi Mevanię non sine rationabili causa concedenda, sub pœna viginti Solidorum denar: pro quolibet retinente contra dictam formam. Homines vero de ~~Radiono, et~~ Gagliolo, et de Radiono poſsint, et eis liceat tenere, et habere Capras a foſsato Naſsi ultra. Et homines de Castro S.t Laurentii, sive de Castro Turris Collis poſsint, et eis liceat tenere, et habere Capras a Lactono ultra sine poena, et banno in supradictis locis, videlicet a fossato Naſsi ultra, et a Lactono ultra secundum distinctionem prędictam Capras quot quot voluerint ligatas, et solutas, prout, et quomodo voluerint pro libito retinere, et habere. Et quod dicti homines de Turri poſsint, et eis liceat ipsas Capras a dicto Castro usque ultra Lactonum solutas, vel ligatas ducere, et reducere sine poena, et banno; dummodo ipsas ducant, et reducant per viam publicam.

Poena reimplentium formam Paludis, vel impedientium cursum aquarum earundem.

XIX. Nulla persona personaliter, vel cum bestiis debeat reimplere formas Paludis Communis, nec cursum aquarum dictarum formarum

formarum modo aliquo impedire poena centum Solidorum denar. et nihilominus formam debeat in pristinum statum reducere omnibus suis sumptibus, et expensis infra octo dies postquam sibi mandatum fuerit per Officiales Communis, qui cognoverint de dampno dato predicto. Et cuilibet liceat accusare, et accusationi cujuslibet credatur, et teneatur in credentia dictus accusator, et habeat quartam partem banni, exceptis conductoribus ipsius Paludis, qui de poena predicta in Capitulo posita per eorum accusationem partem aliquam habere non debeant

Quod Laboratores, et Conductores Terrarum possint accusare, et denumptiare dampnumdantes in possessione conductoris per eos, et inquisitionem fieri facere de voluntate dominorum possessionum hujusmodi.

XX. Laboratores, et Conductores terrarum, et possessionum alicujus possint, et debeant denumptiare, accusare, et inquisitiones facere ad petitionem, et utilitatem dominorum bonorum, terrarum, et possessionum hujusmodi de dampnis datis, et dandis in dictis bonis, terris, et possessionibus. Et in inquisitionibus, accusationibus, et denumptiationibus ponant illos homines, et personas, que declamarentur (a) per ipsos dominos, et Locatores ipsorum bonorum, ad poenam quadraginta Solidorum denar. pro qualibet (b). Quarum autem poenarum medietas sit Communis, et alia medietas domini, vel Locatoris hujusmodi. Poenas vero et banna de dampnodato per Notarium dampnorum datorum ~~(c)~~ domini bestiarum dampnum dantium, et pascentes eas solvere teneantur, et solvere cogantur.

Quod habentes licentiam a domino rei non teneantur ad poenam.

(a) Forse = declararentur = (b) O manca = vice = o deve dir = quolibet = .

XXI. In omnibus, et singulis casibus supradictis, et poenis nullus co= gatur ad aliquam poenam solvendam, si accusatus, vel denumptiatus, vel inquisitus probaverit se licentiam habere a domino rei. Et jura= mentum ipsius domini rei, qui licentiam se dediſse dixerit, ~~sufficiat~~ pro plena, et legitima probatione habeatur, et sufficiat accusato, denum= ptiato, vel inquisito in bonis domini rei, ab ipso domino habere li= centiam generalem: Quam quidem licentiam Notarius dampnorum datorum tali delinquenti ad poenam decem librarum denar: et vincu= lo juramenti admittere teneatur; dummodo dictus dominus rei juret, et jurare teneatur, se ipsi tali in bonis suis licentiam dediſse dictis dampnum dantibus. Et sufficiat licentia filiorum domini rei, si per Patrem fuerit confirmata in omnibus casibus supradictis.

Nulla persona stet, vel moretur extra suam poſses= sionem a Kalendis mensis Iunii usque ad Kalen. Septembris noctis tempore.

XXII. Nullus a Kalendis Iunii usque ad Kalendas Septembris extra Mevaniam stet, vel moretur extra suam poſseſsionem propriam, vel conductam, vel extra publicas vias noctis tempore absque legitima cau= sa. Et siquis contrafecerit, vel inventus fuerit, in quadraginta Solidis denar. pro vice qualibet Communi Mevaniȩ condempnetur. Et si ea no= cte dampnum reperiretur datum in dicta contrata, et aliter non ~~reppe~~ inve= niretur dampnum dans, prȩsumatur dampnum fore datum ab eo sic stante, vel sic invento. Et de prȩdicto dampno dato per Officiales Com= munis Mevaniȩ condempnetur secundum formam Statutorum supe= rius, vel inferius declaratam, legitima causa probata, qua de causa iverit, vel steterit.

Poena Forensium dampnum dantium in aliqua poſseſsione Terrȩ Mevaniȩ cum bestiis.

XXIII.

XXIII. Quicumque Foretanus dampnum dederit cum suis bestiis in aliqua poſseſsione hominum Terrę Mevanię, sive in fructibus existentibus in dictis poſseſsionibus, ille cujus est poſseſsio, vel ejus numptius bestias, quas invenerit aliquorum Forensium dampnum dantes poſsit, et sibi liceat sine pœna, et banno capere, et Mevaniam ducere; et secunda die poſsit ipsas Communi Mevanię, vel suis offitialibus aſsignare. Et nihilominus talis Foretanus solvat duplū ejus, quod solvere deberet aliquis Terrigena in omnibus casibus dampnum dantes (a) bestię occasione in aliquo ferivet, seu etiam gravaret.

Poena dampnum dantium in Costa S.ę Potentię.

XXIV. Nulla persona det dampnum in Costa S.ę Potentię, quę est Communis Mevanię. Contrafaciens, si cum bestiis quinque solidos denar. pro quolibet, et qualibet vice, et pro qualibet bestia de facto in cippum Communis solvere teneatur. Si vero personaliter dampnum dederit, solvat de facto pro qualibet vice viginti solidos denar. in cippum prędictum, Statutis, vel ordinamentis aliquibus loquentibus in contrarium non obstantibus. Et pœnę hujusmodi omnibus Forensibus duplicentur.

Quod Notarii dampnorum datorum teneantur de die, et de nocte scrutare dampnum dantes in bonis alicujus; et de dampno invento habeant quartam partem.

XXV. Notarii dampnorum datorum, qui offitium habebunt super dampnis datis de die, et de nocte continue a Kalendis Maji usque ad Kalendas Octobris teneantur, et debeant ire, et perscrutare dampnum dantes in bonis, et poſseſsionibus alicujus per territorium

(a) Forse = dampnum dans = o = dampnorum datorum = .

territorium, et districtum Mevaniæ. Et quos ipsi, vel alter ipsorum invenerint sic euntes dampnum dantes puniant, et punire debeant in poenis superius declaratis. De quibus poenis, et bannis, postquam exacta fuerint, dicti Notarii inventores habeant a Communi quartam partem.

De electione æstimatorum super dampnis datis.

XXVI. De Mense Maji eligantur in Consilio generali ad æstimandum dampna data quatuor æstimatores, scilicet unus per Guaitam, qui jurent ipsam æstimationem facere bona fide; et habeant Salarium eis per Consulem (a) ordinandum. Et quod per ipsos factum fuerit valeat, et teneat. Et ad prædicta eligi non possint Præcones, vel Bajuli. Et si dicti æstimatores, vel eorum aliquis in suo offitio dolum, fraudem, vel negligentiam commiserint, pro dolo, et fraude in decem Libris, pro negligentia in viginti Solidis denariorum condempnentur.

Quod Notarii dampnorum datorum teneantur, et debeant facere omnes executiones secundum formam Statutorum, et reformationum, vel ordinamentorum de iis loquentium, et non aliter.

XXVII. Notarii dampnorum datorum omnes exequutiones, quas fecerint occasione dampnorum datorum, vel dandorum personaliter, et etiam cum bestiis, vel sine bestiis, debeant facere secundum formam Statuti loquentis de dampnis datis. vel secundum reformationem factam, vel faciendam, vel secundum ordinamenta facta, et facienda in Communi super iis, et non aliter. Nec suo arbitrio dicti Notarii exequutionem facere possint, vel ultra, aut præter, vel contra formam Statutorum, et ordinamentorum Communis, vel Populi Mevaniæ. Contrafaciens in Centum Solidis denar. Communi Mevaniæ condempnetur.

Quod

(a) Forio = Consules =

Quod in quolibet Castro, seu Villa territorii Mevaniç eligantur sex Custodes ad denumptiandum dampnum dantes in locis alterius.

XXVIII. In quolibet Castro, et Villa territorii Mevaniç fiant, et fieri debeant de mense Maji sex Custodes pro quolibet Castro, et duo pro qualibet Villa per Consules Populi dictç Terrç, qui pro tempore fuerint: Qui sint accatastati in Catasto Communis quinquaginta Libris pro quolibet ipsorum Custodum. Qui Custodes teneantur jurare ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tactis Scripturis eorum offitium bene, et legaliter facere, et ire, et scrutari quilibet ipsorum per contratam suam de die, et de nocte de mensibus Junii, Julii, et Augusti, Septembris, et Octobris. Et si ipsi, vel eorum aliquis invenerit aliquem dampnum dare in possesione alicujus, si de nocte fuerit solvat de facto in cippum Communis pœnam in Statutis contentam. Si vero de nocte solvat de facto in cippum Communis centum Solidos denar. Et qui per dictos Custodes fuerit inventus alibi, quám in possessione sua, solvat in dictum cippum nomine pœnç de facto quadraginta Solidos denar. Et talis inventus dampnum dare teneatur emendare illi, qui recuperet dictum dampnum in duplum dicti dampni. Et si aliquod furtum Canipç, Grani, vel alicujuscumque rei factum fuerit ea nocte, et aliquis alius inventus non fuerit, culpabilis dicti dampni talis sic inventus de nocte dictum dampnum dampnum passo debeat emendare. Et quando aliquod dampnum daretur in contrata eorum, vel alicujus ipsorum, et malefactor aliquis non inveniretur, Custodes prçdictç contratç, in qua dictum dampnum datum fuerit debeant facere inquisitionem inter personas dictç Contratç, et repertos culpabiles Officialibus dicti Communis referre. Et si non inveniretur aliquis culpabilis, dictum dampnum, seu

furtum

furtum emendetur per decem adjacentes proximiores Loci, seu contratę hujusmodi, habitatores dictę contratę, seu loci, in quo dictum dampnum, seu furtum factum fuerit. Et si aliquis inventus fuerit stare in Area alicujus ad custodiendum Aream non teneatur ad pœnam.

Quod omnes vię publicę, et vicinales terminentur, reinveniantur, aptentur, et manuteneantur per Notarium dampnorum datorum.

XXIX. Omnes vię publicę, et vicinales de Mevania, et districtu non terminatę per Notarium dampnorum datorum terminentur, et reinveniantur ab utraque parte, et ipsis terminatis, et aptatis, ac reinventis, manuteneantur per tenentes juxta ipsas Vias ab utraque parte. Et nullus mittat aliquam foveam prope terminos, sicut recte trahunt, nec prope ipsum terminum laboret per unum pedem ad pedem manus. Contrafaciens solvat de facto in cippum Communis nomine pœnę quadraginta Solidos denariorum. Et omnes tenentes juxta ipsas vias teneantur, et debeant mittere, et cavare dictas foveas semel, et medietatem totius terrę cavandę de ea projicere in Viam, et aliam in campum ejus si dicto Notario videbitur, et placebit, ad poenam prędictam. Et prędicta omnia dictus Notarius exequutioni mandare teneatur, et debeat ad pœnam vigintiquinque Solidorum (a)

Quod Notarius dampnorum datorum Communis Mevanię semper cum fuerit requisitus teneatur ire ad omnes operas, et accuncimina fieri facienda per Communem, vel adjacentes.

XXX. Notarius dampnorum datorum Terrę Mevanię semper cum

fuerit

(a) Il fine in parte è cancellato, e in parte vuoto.

fuerit requisitus per Commune Mevaniꝗ, vel aliquos Superstites adja=centium alicujus operis fiendi per Commune Mevaniꝗ, vel ipsos adjacentes, teneatur, et debeat ire, et accedere ad dictum opus fieri faciendum ad pœnam decem Librarum denar. quas Camerarius Communis de ipsius Notarii Salario debeat retinere, et in introitibus Communis mittere statim cum sibi per aliquem fuerit protestatum, ad poenam prędictam. Cui Notario in omnibus operibus supradictis fiendis quilibet debeat obbedire.

Poena pascuantium cum bestiis in foveis sitis juxta vineas, nec infra ipsas vineas.

XXXI. Nulla persona pascuet, nec pascuare debeat in foveis sitis juxta, vel infra, seu intra vineas, ad poenam quinque Solidorum pro qualibet vice. Et cuilibet liceat accusare, et accusationi cujuslibet stetur, et credatur. Possit tamen quilibet cum bestiis pascuare in foveis vinearum existentium juxta vias tantum; et in foveis juxta vias ipsius bestiæ pascentis. Et Notarius dampnorum datorum teneatur, et debeat ire, et scrutari contra prędictos, et contra apportantes palos vinearum, vel alia ligna contra formam Statutorum. Et quos invenerit culpabiles in prędictis, vel aliquo prędictorum puniat in poena in Statutis contenta ad poenam centum Solidorum, et vinculo juramenti.

Nos Statutarii supradicti, quia intentionis nostrę salubre propositum est non tam circa punienda malefitia, quę commissa versantur, quàm ut committendis eisdem via, et materia pręcludatur; pervenitque ad audientiam, notitiamque nostram, quod furta, et defraudationes quamplurimę in solutione Pedagiorum dictę Terrę Mevaniꝗ, ejusque districtus hactenus committebantur: et cum nostrum sit amplexando justitiam fovere pacem, et quę paci sunt

contraria

contraria reserare, placet nobis ipsorum fraudulentiam, nequitiamque mansuetudine nostra ex super abundanti justitia reprimere. Hujusmodi ergo velata furta, fraudationesque prefati Pedagii detegere, et perpetua securitate delere, presentique constitutione, atque Statuto nostro perpetuo valituro, Precipimus, sancimus, statuimus, atque firmamus, quod pro lege haberi volumus, et mandamus, Ad quam legem omnes et singuli cujuscumque conditionis existant sint penitus, et totaliter obligati. Itaque portantes marcantias, ducentes animalia, et res alias, absque solutione dicti Pedagii, juxta ordinamenta infrascripta super hujusmodi causa per nos firmata, transire nullatenus debeant, vel presumant, prout de preterito, et de antiqua consuetudine in dicta Terra Mevania extitit observatum. Antiqua autem ordinamenta, et Capitula eorundem, que ambigua, obscura, et formidolosa, atque periculosa irritamus, et annullamus, et decernimus de cetero non valere. Et ista, que magis mansueta, et placida sunt, ex nunc mandamus inviolabiliter observari.

Statuimus etiam, et ordinamus in quibus, quod quelibet persona Forensis, et Terrigena portans res forensium cujuscumque status, et conditionis existant, pro mercantiis, animalibus, et victualiis, et rebus aliis quibuscumque, que aliunde portando immitteret, et induceret, conduceret de loco, seu districtu predicto, et de ipso loco, seu diſtrictu extraheret, seu duceret, vel ducere vellet, vel extrahi faceret sic aliunde deportando, vel inde extrahendo res predictas quomodocumque, solvat, et solvere teneatur, et debeat pro dictis animalibus, rebus, mercantiis, et rebus quibuscumque portandis, et extrahendis pro exitu, transitu,

et

et Pedagio Camerario, vel Pedagerio Communis Mevanię ad hęc deputato infrascriptarum pecuniarum quantitates particulariter, et distinctim inferius denotatas. Et contrafacientes in decem libris denarij: et majori usque in quantitatem quinquaginta librarum denarij auferendas sibi de facto arbitrio Dnorum Potestatis, et Consulum qui pro tempore fuerint (a), inspecta qualitate delicti, et conditione fraudis, et personę pensata. Et nihilominus perdat rem, mercantiam, et animalia, de quibus pedagium non solveret, nec politiam fecerit, et bestias oneratas rebus prędictis si in totum fraudaverit: Si in partem rerum, non perdat bestias, sed solummodo res non aſsignatas. Et intelligatur, et pręsumi poſsit, et debeat quemlibet dictum Pedagium defraudare faciendo transitum, seu exitum cum rebus quibuscumque prędictis, seu parte ipsarum per quamcumque partem districtus Terrę Mevanię, excedendo, prętereundo Terram prędictam, vel eundo per loca insolita extra vias publicas dictę Terrę, et elongando viam, ita ut de facili pręsumi poſsit voluiſse defraudare; nisi hoc notificaverit, vel notificari fecerit Pedagerio dictę Terrę: Quę omnia relinquantur arbitrio Potestatis, et Consulum dictę Terrę, inspecta conditione personę defraudantis, et qualitate loci, et temporis. Quę pœnę, seu fraudes dividantur in hunc modum, quod quando defraudati, vel defraudantes aliqui reperti (b) studio, vel sollicitudine Paſsagerii prędsentis, seu qui pro tempore fuerit, medietas declaratę pęnę, inspecta qualitate delicti, et conditione fraudis, et personę pensata, sit et eſse debeat Communis Mevanię: Alia vero medietas transeat in sortem Paſsagerii. Et idem intelligatur de perditione animalium, atque rerum defraudatarum, nec consignatarum Paſsegerio antedicto. Quando vero defraudatores prędicti

reperti

(a) Manca = condempnentur =. (b) Manca = fuerint =.

reperti fuerint per aliam tertiam personam absque studio Passegerii, tunc poenę, animalia, et res contra ordinem in fraudem deportatę, ut supra, cedant in lucrum pro tertia parte Communis Mevanię; alię vero duę partes ęqualiter dividantur inter repertores, seu repertores fraudis, et Passagerium: Nisi esset die Fori dictę Terrę, videlicet die Martis. Qui ducens, et portans dictas res, mercantias, et animalia, vel alias res quascumque, si immitteret in dictam Terram Mevaniam animo, et intentione illas vendendi, et in dicto Foro dictas mercantias, et animalia tenuerit, quod tunc dictus talis ad solutionem dicti Pedagii minime teneatur. Sed licitum sit ei dicta die Martis, et die Mercurii sequenti usque ad horam tertiarum dictas mercantias, et animalia ducere, et deportare quo voluerit pro ipsius libito voluntatis sine solutione alicujus Pedagii, vel Gabellę, libere, et secure vigore dicti Fori. Et prędicta locum habeant etiam in diebus nundinalibus, quibus Nundinę fiunt in Terra prefata, in quibus quilibet portare, et ducere possit quascumque mercantias, dummodo in dictis nundinis dictas mercantias, et animalia per diem ad minus tenuerit ad vendendum.

Statuimus etiam, et ordinamus, quod quicumque Forensis, vel Terrigena portans res Forensium immitteret, seu duceret in locum districtum prędictum mercantiam, animalia, victualia, seu res aliquas, de quibus solvi deberet Pedagium, ut supra dictum est, si in locum induceret, die sequenti post immissionem immittens, seu ducens ipsi Passagerio absque dolo, et fraude debeat assignare, narrando, et ~~exp~~ exspecificando ipsi Passagerio verum numerum, pondus rerum, et animalium, sicut inferius est expressum. Si vero in assignando fraudem aliquam commiserit, non assignando verum numerum

numerum, seu verum pondus rerum, et animalium, quę por=
taret, seu duceret; et sic non aſsignando, vel non solvendo
dolum, vel fraudem commiſerit, pręsumatur Pedagium
defraudaſse; et per dictum Pedagerium cogi poſsit ad sol=
vendum pœnam pręditam: et nihilominus perdat res,
mercantias, et animalia non aſsignata, in quibus frau=
dem commiſerit aſsignando minorem numerum, vel
minus pondus, ut dictum est. Et in omni caſu fiat conside=
ratio delicti de qualitates (a) et fraudis, et conditione
personę.

Statuimus etiam, et ordinamus, quod quicumque furti,
et Pedagii pręditti de

sua inventione et sollicitudine,
habeat, et habere debeat tertiam partem illius, quod defraudatum
fuerit, et inventum, ~~sine diminutione aliqua~~ ipsasque defraudatio=
nes, et delinquentes statim sine diminutione aliqua coram ip=
sis Offitialibus, et Pedagerio, vel alii deputato teneatur pręsentare.
Quod si non fecerit, et Offitialibus non aſsignaverit, debita ejus
portio Potestati Mevanię applicetur; aliam tertiam partem
Pedagerio; reliquam tertiam partem Communi Mevanię applica=
ri volumus, et mandamus. Et omnes de Mevania, et ejus distri=
ctu teneantur, et debeant favere, et auxilium prębere dicto Pedage=
rio, vel alteri exactori deputato, et dicto inventori fraudum pre=
dictarum, sub poena arbitrio dicti Dni Potestatis reservata.
Quod Pedagium solvatur modo infrascripto, videlicet,

Acciarii

(a) o manca una voce, o ridonda la particola et.

Acciarii pro qualibet Salma Solidos septem, denarios quinque.
Accio filato pro qualibet salma Solidos decem; et ab inde infra denarios duos per libram.

(a) A

Aluminis pro qualibet Salma Solidos quatuor.
Alcorum pro qualibet Salma Sol. duos cum dimidio.
Ambrarum pro qualibet libra Solidum unum.
Amindolarum pro qualibet Salma Solid. octo.
Acudine pro qualibet Solidos octo.
Anguillarum pro qualibet Salma Sol. unum, denar. sex.
Agnorum lactantium pro quolibet Agno.
Apium pro quolibet vase Sol. duos.
Agoni pro qualibet Libra denarios quindecim.
Arnesium pro qualibet Salma Sol. decem.
Argenti pro qualibet Libra Sol. duos. denar. sex.
Argenti Vivi pro qualibet Libra denar. sex.
Armorum pro qualibet Salma Sol. septem, denar. sex.
Arcionorum pro qualibet Salma Sol. quinque.
Anisi pro qualibet Salma Sol. quatuor.
Aquę stillatę pro qualibet Libra denar. quinque.
Aquę rosatę pro qualibet Libra denar. quinque.
Assugnę, et alterius grassi pro qualibet Salma ~~denar.~~ Sol. decem.

Barilium pro qualibet Salma Sol. decem.
Balistarum pro qualibet Salma Sol. decem.
Baldreriorum pro qualibet Salma Sol. decem.
Bastanono pro qualibet denar. duodecim.
Bardia pro qualibet Sol. decem.

Bigonsorum pro qualibet Salma Sol. decem.

Bove, vel Vacca pro quolibet Sol. unum.

Bullarum, et Bullonorum pro qualibet ~~Libra~~ Salma Sol. decem.

Butiri pro qualibet Salma Sol. septem cum dimidio.

Biacchę pro qualibet Libra denar. duos.

Bombicis filatę, vel non pro qualibet Salma Sol. decem.

Braccio de Panno de Lana pro quolibet denar. sex.

Braccio de Panno biscio denar. tres.

Borrę pro qualibet Salma Sol. duos, denar. sex.

Calzarum de Panno Lanę pro qualibet Salma Sol. decem.

Calzarictarum pro qualibet Salma Sol. octo.

Caldaria pro qualibet denar. quindecim.

Caldarillo pro quolibet denar. sex.

Caldaria veteri pro qualibet denar. quinque.

Caldarillo veteri pro quolibet denar. tres.

Campana pro quolibet centenario Sol. unum

Caſtagne pro qualibet Salma Sol. unum.

Catinorum pro qualibet Salma Sol. decem.

Cappellorum pro qualibet Salma Sol. quindecim.

Canapę pro qualibet Salma Sol. quinque.

Caſsa nova pro qualibet Sol. quinque.

Caſsa veteri pro qualibet Sol. duos ~~duos~~, denar. sex.

Carnis Salatę pro qualibet (a) Sol. septem denar. sex.

Cavallo che se menaſse ad vendere pro quolibet Sol. tres.

Cavalla pro qualibet Sol. tres.

Caſtrati pro quolibet centenario Sol. quindecim.

Item pro quolibet Caſtrato denar. duos.

(a) manca forse Salma.

Caſei

Casei pro qualibet Salma Sol. septem, denar. sex.
Carta pro qualibet Salma Sol. decem.
Cenere pro qualibet Salma denar. sex.
Cepello pro qualibet Salma Sol. tres.
Cecere, Cici, et Lenticchie pro qualibet Salma Sol. unum.
Cedri pro qualibet Salma Sol. unum.
Ceste pro qualibet Salma denar. sex.
Cerę pro qualibet Salma Sol. decem.
Cimini pro qualibet Salma Sol. sex.
Cinci pro qualibet Salma Sol. sex.
Chiovi pro qualibet Salma Sol. decem.
Corame concio pro qualibet Salma Sol. decem.
Coli pro qualibet Salma Sol. unum.
Cofani pro qualibet Salma Sol. decem.
Coltra pro qualibet nova Sol. duos.
Corazza pro qualibet Sol. quinque.
Coralli pro qualibet Libra Sol. unum.
Capistrorum pro qualibet Salma Sol. decem.
Cerestrę pro Salma Sol. unum, denar. sex.
Cortina pro qualibet Sol. duos, denar. sex.
Clavium pro Collare denar. sex.
Cardatinę pro Salma Sol. quinque.
Cioccolorum pro Salma Sol. decem.
Cineris fęcis pro Salma Sol. sex.
Cardorum pro Salma Sol. sex.
Canapacciorum pro Salma Sol. decem.
Item pro petia denar. decem.
Copparum pro Salma Sol. unum.

Caulium

Caulium pro Salma Sol. unum.
Carnium groſsarum pro Salma Sol. unum.
Carnium Caſtratorum pro Salma Sol. unum.
Camorcanna pro qualibet denar. sex.
Capra pro qualibet denar. tres.
Capretorum pro quolibet den 12
Canaſpicci pro Salma Sol. duodecim.
Carta Pecudina, vel Caprectina pro Salma Sol. decem.
Ciambellocti pro Salma Sol. viginti.
Corvellorum pro Salma Sol. tres.

Drapporum pro qualibet Salma Sol. viginti.
Item pro qualibet petia Sol. quinque.

Fabarum pro qualibet Salma Sol. unum.
Fardello pro quolibet Sol. duos, denar. sex.
Ferro novo pro Salma Sol. sex.
Ferro lavorato pro Salma Sol. decem.
Femenellę pro qualibet Libra denar. tres
Ficuum pro Salma Sol. quatuor.
Item pro petia denar. duos.
Finnicilli pro Salma Sol. decem.
Item pro Libra denar. duodecim.
Frisci pro Libra Sol. unum.
Foglie pro Salma Sol. unum.
Funium pro Salma Sol. octo.
Forficuum pro pari denar. duos.
Fusorum pro milliare denar. sex.
Flascorum pro Salma Sol. quinque.

Fuſtium

Fustium de Sellis pro Salma Sol. septem, denar. sex.
Fructuum pro Salma Sol. unum.

Gambari pro Salma Sol. duos.
Garofinorum pro qualibet libra denar. sex.
Gensularum pro centenario denar. sex.
Glandium pro Salma denar. sex.
Grani pro Salma Sol. unum.
Guarnelli pro Salma Sol. septem, denar. sex.
Guati viridis pro Salma sol. duos, denar. sex.

Indici pro centenario Sol. duos, denar. sex.
Iuspecto novo pro quolibet denar. sex.

Lancearum pro Salma Sol. decem.
Lanę gentilis, et Lanę sucidę pro Salma sol. decem.
Lanę de Stamegne pro Salma Sol. quinque.
Lignaminis concii pro Salma Sol. decem.
Ligni non concii pro Salma Sol. quinque.
Ligni concii pro Salma Sol. septem, denar. sex.
Lentiaminum pro pari denar. sex.
Lepore pro quolibet denar. sex.
Libro Legum, et Medicinę cum bactice pro quolibet Sol. decem.
Libro Grammaticę Sol. duos.
Libro Missali, Breviario, vel alio Libro Ecclesiastico Sol. decem.
Lupinorum pro Salma Sol. duodecim.
Lignorum (a) denar. quatuor.
Lavello pro quolibet denar. sex.

Mataratio

(a) Manca = pro Salma =

Materatio pro quolibet Sol. duos, denar. sex.
Magestate, sive Cona Sol. duos, denar. sex.
Macina pro qualibet Sol. quinque.
Melarantium pro Salma Sol. quinque.
Mercium pro Salma Sol. viginti.
Mellis pro Salma Sol. septem.
Maſsaritiarum pro Salma sol. quinque.
Metallorum pro centinario Sol. decem.
Mela pro Salma Sol. unum.
Mulo pro quolibet sol. tres.
Muſti pro Salma Sol. duos cum dimidio.

Nucium pro Salma Sol. duos.
Nucillorum amindolarum pro Salma Sol. septem.

Olei pro Salma Sol. quinque.
Ordei pro Salma Sol. unum.
Oſsium pro taxillis pro centenario Sol. decem.
Ovorum pro Salma Sol. quinque, et pro centenario Sol. unum.
Olivarum pro Salma denar. duodecim.

Pannorum ultramontanorum pro Salma Sol. quindecim.
Pannorum de Florentia, et Verona Sol.
Pannorum Perusinorum, de Cammereno, et aliunde Sol. decem.
Pannorum Gactinellorum Sol. sex.
Paternoſtrorum Vitri, vel Oſsis pro Libra denar. sex.
Pannorum Lini seu Canapę pro Salma Sol. septem, denar. sex.
Palarum de ligno pro Salma Sol. quinque.

Pavesium, seu Targonum pro Salma Sol. decem.

Paraturę

Paniturę Solidum unum.

Panis Sol. unum.

Pannectorum pro Salma Sol. quindecim.

Parlarum pro qualibet Libra Sol. decem. (a). Forse = Perlarum =

Pellium pelosarum pro salma Sol. quinque.

Petrarum pretiosarum pro Libra Sol. decem.

Pellicnovum pro Salma Sol. decem, et pro qualibet Sol. unum.

Pellium pro fodaris pro Salma Sol. sex.

Pellium Montonorum pro qualibet denar. sex.

Pellium Vulpium pro qualibet denar. tres.

Pannicelli pro Salma Sol. duos, denar. sex.

Penocchiorum cum coccio pro Salma Sol. quinque.

Pectinum a capite pro centenario Sol. tres.

Pectinum a Stuppa pro quolibet pari denar. tres.

Pecudum pro centenario Sol. sexdecim, denar. octo.

Panni colorati pro quolibet brachio denar. tres.

Panni vero biselli pro quolibet brachio denar. duos.

Porcorum pro quolibet centenario Sol. sexdecim, denar. octo.

Ab infra pro quolibet Porco grosso denar. quatuor, pro parvo den. duos.

Pro ovum pro Salma Sol. duos.

Pollastrorum pro Salma Sol. decem.

Pro quolibet pari denar. duos.

Pignactarum pro Salma Sol. tres.

Piperis pro Salma Sol. quindecim.

Piscium pro Salma Sol. duos, denar. sex.

Pulveris Zuccari pro Salma Sol. decem.

Plumbi pro Salma Sol. tres.

Luctana pro qualibet Sol. duos, denar. sex.

Ramis non laborati novi pro Salma Sol. octo.

Ramis vero laborati pro Salma sol decem.

Rasię pro centenario Sol. unum.

Renę lotę pro Salma Sol. duos.

Renę de latu pro Salma Sol. duos.

Risi pro centenario Sol. unum, denar. sex.

Rosarum pro decina denar. duos.

Rotarum pro qualibet Sol. unum, denar. sex.

Rotium pro Salma Sol. octo.

Reficis pro qualibet decina Sol. unum, denar. sex.

Rubbię montaninę pro Salma Sol. decem.

Rubbię alterius generis

Salnitri pro Salma Sol. quinque.

Saponi pro Salma Sol. sex.

Saccutarum de ole pro Salma Sol. unum.

Sazgrę pro Salma Sol. quindecim.

Salis pro Salma Sol. quatuor.

Sedium pro qualibet denar. quatuor.

Setę non finę pro decina Sol. unum, denar. sex.

Setę finę pro decina Sol. unum, denar. sex.

Seppiarum pro centenario Sol. unum.

Setacciorum pro Salma Sol. decem.

Senapis pro decina denar. quatuor.

Sega pro qualibet denar. sex.

Suacti pro Salma Sol. decem.

Suavi pro Salma Sol. tres.

Sulfuris

Sulfuris pro Salma Sol. sex.

Stamegnarum pro Salma Sol. duodecim, denar. sex.

Stagni non laborati pro Salma Sol. decem.

Stagni Laborati pro Salma Sol. quindecim.

Spatarum pro dozina Sol. duos, denar. sex.

Spetiariæ pro Salma Sol. viginti

Scojum pro Salma Sol. duos.

Speltæ pro Salma denar. sex.

Storionorum pro Salma Sol. decem.

Scadellarum pro Salma Sol. decem.

Tabaliarum pro Salma Sol. quatuor.

Taglierium pro Salma Sol. decem.

Tartufinorum Sol. duos, denar. sex.

Taxillorum pro decina mezicti denar. sex.

Tappitorum pro quolibet Sol. unum.

Tassiorum pro balistis pro Salma Sol. quatuor.

Terræ Gittæ pro Salma Sol. duos, denar. sex.

Terræ Acittis pro Salma Sol. tres.

Triacchæ pro centenario Sol. tres.

Tonninæ pro Salma Sol. decem.

Tobaliæ magnæ pro qualibet Sol. unum.

Tomenti pro Salma Sol. quatuor.

Tinella pro qualibet Sol. quinque.

Turrini

Valiscia pro qualibet Sol. decem.

Vino veteri Sol. duos, denar. sex.

Vaſa de terra pro Salma Sol. duos, denar. sex.

Varnellorum Sol. octo.

Verectonorum Sol. octo.

Vitro lavorato Sol. octo.

Visco pro decina denar. sex.

Velectorum de seta pro petia Sol. quinque.

Veſtito, seu Mantello de Seta Sol. quinque.

Vestitu, sive Mantello de Lana Sol. unum.

Vitriorum Aluminis.

Verzini pro Salma Sol. quinque.

Uncenzi pro decina Sol. unum.

Zuccari pro Salma Sol. quindecim.

Zaffaraminis pro centenario Sol. viginti.

Item ab inde infra pro libra denar. sex.

Zendato pro Libra Sol. unum.

In Dei Nomine. Amen. Anno ejusdem Dñi MCCCCLXXV. Indictione octava, tempore Sanctiſsimi in Christo Patris, et Dñi Nri Dñi Sixti Divina Providentia Papę Quarti, die vero decima Martii.

Convocato, congregato, et coadunato Consilio novo Communis, et hominum Terrę Mevanię ad sonum Campanę, vocemque Pręconis, ipso Consilio heri pręconizato per Talianum publicum Pręconem dictę Terrę, de mandato Spectabilis Viri Berardi de Interamne dictę Terrę Mevanię Potestatis, nec non voluntate Spectabilium Virorum Ser Petri Bal. Pasqvij, Johannis Gapti, Archangeli Georgii, et Marini Catarcioni, ejusdem Terrę Magnificorum Dñorum Consules, ut moris est, in Sala magna Palatii solitę residentię dicti Potestatis, positi in dicta Terra in Guaita S.ti Georgii juxta Plateam, res ipsius Communis, res Ecclesię S.ti Silvestri, et alia lata. In quo quidem Consilio interfuerunt triginta tres Consiliarii, computatis in dicto numero dictis Magnificis Dñis Consulibus, con servatis servandis ipso Consilio, et Consiliariis ejus, propositum fuit Quid fieri videtur, et placet super mota proposita pro bono, et utilitate dicti Communis deliberata, et facta antequam pręsens Consilium fuiſset congregatum. Cum sępe ob alienationem, et ceſsionem, sive dationem Instrumentorum, Scripturarum, et donationum, quę fieret per homines Terrę Mevanię, et habitatores ejusdem Communis, et aliis non subjectis jurisdictioni dictę Terrę poſsint multa scandala exoriri: et pręsertim cum quidam Conterrigena nomine Ser Crisimbenes, qui nuper tentaverit, et tentat alienare, dare, cedere, aut vendere actiones, jura, scripturas, sive documenta quędam Communis in pręjudicium maximum, damnumque Territorii jurisdictionis Universitatis, et hominum prędictę Terrę, Quid decet super prędictis providere?

Primus

Eximius Legum Doctor Dnūs Johannes de Pantaleonibus unus ex Consiliariis in dicto Consilio, et iste surgens pedibus, et consuetam arengheriam adscendens, Christi nomine invocato super dicta proposita, dixit, quod quicumque de Mevania, vel habitator ejusdem venderet, alienaret, cederet, daret, pignoraret, sive donaret scripturas aliquas, jura, actiones, instrumenta, sive documenta alicui non subjecto jurisdictioni Communis prędicti, vel aliquibus convicinis, qui aliquod dampnum, aut prędjudicium possent generare, aut non ferre prędicte (a) non derogando reformationi suprascriptę, cadat in pœnam ducentorum ducatorum aureorum Camerę Apostolicę de facto applicandorum. Executor autem dictę pœnę habeat quartam partem: Et dicta alienatio, venditio, cessio, datio, pignoratio, sive donatio sit nulla ipso jure, et quod vendens hujusmodi pro rebelle habeatur. Et si dictus Ser Crescimbenes vellet reddere dicta instrumenta, et jura Communitati, et se componere cum eadem, pręsentes Dnī Consules vigore dicti Consilii auctoritatem, potestatem, et arbitrium ipsum acceptandi, et cum eo componendi habeant. Sin autem renitens esset prędicta facere, ipsum ponendi in carceribus, et alia faciendi, donec, et quousque dicta instrumenta, scripturas, et documenta reddiderit cum effectu. Et pręsens reformatio non possit tolli consilio, vel arenga; et sit perpetuo valitura &c.

Ad Consultationem supradicti Dnī Johannis Consultoris prędicti super dicta Proposita per partitum missum, et obtentum per triginta duas fabas repertas in Bussula rubra del Sic, una in Pixide alba del Non in contrarium restituta, obtentum, sanatum, et reformatum fuit in omnibus, et per omnia prout, et sicut in ejus Consultatione, et dicto continetur, et apparet. Et ego Jacobus de Fantigrossis de Mevania publicus Imperiali auctoritate Notarius

(a) Sembra che debba dire = aut inferre prędicto =

Notarius, et Iudex Ordinarius, nec non Cancellarius, et Notarius reformationum Communis, et hominum Terrę prędictę prędictis omnibus, et singulis dum sic agerentur, et fierent interfui, et fui, eaque rogatus scribere scripsi, et publicavi, signumque meum consuetum apposui.

Confirmatio Gubernatoris.

Confirmamus dictam reformationem tamquam rationi consonam.

Franciscus Maria Epūs Viterbien. Fulginii &c. Gubernator.

Datum Fulginii xxv. Martii 1475.

Obmisso Sigillo. Ia. de Castello.

Die 19. Aprilis 1475. Ser Petrus Baldassaris, Johannes Gapoti, Marinus Catarcioni, et Archangelus Georgii Magnifici Dñi Consules in Cancellaria existentes commiserunt Taliano Pręconi pręsenti &c. quatenus de eorum commissione, et mandato vadat per dictam Terram Mevanię, per locaque publica, et consueta, et ibidem alta voce sono Tubę pręconizet dictam reformationem, et contenta in ea cum omni modo &c.

Dicta die. Qui Talianus Pręco statim post commissionem sibi factam iens, et rediens exhibuit mihi Iacobo Cancellario suprascripto se ivisse, et dictam reformationem per supradicta loca bannisse, et pręconizasse, ut supra habuit in mandatis.

In Nomine Dñi. Amen. Anno Dñi Nri Iesu Christi a Nativitate ejusdem MCCCCLXXXI°. Indictione XIV.ª tempore Sñi in Christo Patris, et Dñi Nri Dñi Sixti Divina Providentia Papę Quarti, die vero XX.ª mensis Martii.

Publico ordinato, et consueto Consilio Communis, et hominum Terrę Mevanię convocato, et coadunato in Sala magna Palatii dictę

dictę Terrę solitę residentię Dñi Potestatis, et Magnificorum Dnorum Consulum, in dicta Terra heri sero pro hac mane de mandato Dñi Potestatis, et Magnificorum Dnorum Consulum dictę Terrę in sufficienti numero in dicta Sala posita in capite Scalarum dicti Palatii: Cui Palatio fines sunt ab uno Platea, ab alia vias publicas, reales, latas (a): et hodie ad sonum Campanę, vocemque Pręconis vocati, et coadunati secundum formam Statutorum dictę Terrę Mevanię,

In quo quidem Consilio prefati Dñi Potestas, et Consules proposuerunt, et proponi fecerunt per me Franciscum Cancellarium infrascriptum infrascriptas Propositas inter alias infrascripti tenoris, et continentię obmissa et prima talis est tenor, videlicet. (b)

Secundo, Cum cavillationibus, et subterfugiis Procuratorum lites efficiuntur quasi immortales, et facultates hominum adnihilantur, si videtur presenti Consilio reformare, stantiare, et ordinare, ac statuere, quod Procuratores quoquo modo non possint ad Bancum Juris pro aliquo procuratorio nomine comparere, nec aliquo modo respondere pro aliquo, nisi pro se tantum. Tertio &c.

Quarto, Cum ob nimiam Pecudum, Porcorum, et aliorum animalium congregationem supervenientem in locis domesticis, et damposis multa inferuntur dampna insupportabilia; ob quę dāpna data nonnullę oriuntur rixę, et discordię, ac inimicitię inter homines dictę Terrę, Si placet presenti Consilio providere, dando formam, modum, et ordinem, et confinem retinendi dicta animalia.

Super quibus omnibus, et singulis petierunt dicti Dñi Consules sanum, et salubre consilium impertiri per dictos Consiliarios in dicto Consilio existentes.

Spectabilis

(a) Nella riforma superiore a questo passo si dice soltanto = alia lata = dovrebbe perciò uniformemente emendarsi coerentemente a questo luogo, variando i casi.

(b). Par che debba dire = obmissa prima; et secundę talis est tenor =

Spectabilis Vir Ser Iason unus ex Consiliariis in dicto Consilio existentibus surgens pedibus, et adcedens ad solitam arrengheriam, ibique stans, invocato Divini Numinis presidio, dixit, et consuluit super secunda Proposita in ordine posita, Quod nullus cujuscumque Status, et conditionis existat audeat, vel presumat aliquo modo intervenire in judicio respondendo verbo, vel in scriptis procurare, aut aliquas scripturas, prout sunt exceptiones, petitiones, et capitula, et alias scripturas pertinentes ad inditia, Exceptis Ecclesiis, Hospitalibus, Viduis, et Orphanis, et Pupillis, et aliis Locis Piis; quibus liceat constituere Procuratores, et ipsis Procuratoribus predictis in judicio comparere, et procurare sine poena, et banno infrascripto. Quod locum habeat in questionibus, et litibus a decem Florenis infra inclusive: et a decem Florenis supra exclusive possint procurare, et in judicio intervenire generaliter pro omni persona. Hoc etiam excepto, quod si aliquis non litteratus, et sufficiens haberet litem cum aliquo litterato procurare, quod tunc, et eo casu sibi liceat constituere Procuratorem sine aliqua poena; et ipsi Procuratori comparere, et in judicio procurare sine poena. Liceat etiam unicuique Procuratori, vel non Procuratori pro se, Patre, Matre, et Fratribus carnalibus habitantibus secum ad unum panem, et unum vinum, et in una domo (a). Contrafacientes vero in predictis, vel aliquo predictorum, tam constituentes, quam Procuratores incidant in poenam quinquaginta Ducatorum auri applicandorum Camere Apostolice. Et Potestas, qui eos admiserit incidat in dictam poenam. Et quod presens Potestas, et qui pro tempore erit auctoritate presentis Consilii, et reformationis habeat plenum arbitrium, et auctoritatem omnes lites, et questiones civiles decidere, et terminare summarie, simpliciter, et de plano, sine strepitu, et figura juditii usque ad quantitatem decem libran. denari. seu rei valoris usque ad quantitatem decem librarum denarior.

Item

(a) Forse manca = procurare.

Item prosequendo ejus dictum super quarta proposita in ordine posi=
ta, dixit, et consuluit, Quod nullus cujuscumque Status, aut conditio=
nis existat, tam Terrigena, quàm Forensis audeat, vel presumat quo=
quomodo per se, vel alium retinere ultra viginti Pecudes pro quali=
bet familia a Flumine Lactonis, et a Fossato Naxi infra versus Me=
vaniam, ad poenam quadraginta Solidorum pro qualibet bestia Pecudi=
na, et qualibet vice, qua contrafactum fuerit. Cujus poenę quarta pars
sit Potestatis facientis executionem; alię tres sint Communis Mevanię.
Item dixit, et consuluit, quod nulli liceat facere mattam in pastura
de pluribus mattis diversarum personarum, sub dicta poena.
Item quod habens, seu retinens Pecudes non possit cum dictis Pecudibus
retinere filios, vel filias dictarum Pecudum excedentes tempus, et tem=
pora sex mensium a die nativitatis ipsorum filiorum, vel filiarum
dictarum Pecudum.
Item quod nullus habens pecudes possit dare alicui alteri existen=
ti in dicta Terra Mevanię, aut ejus districtu Pecudes alias ad soc=
cidam, sub dicta pœna quadraginta solidorum pro qualibet bestia
Pecudina qualibet vice auferenda tam a dante, quam ab accipiente,
aut tenente dictas bestias, applicanda Camerę Apostolicę.
Item quod nullus audeat, vel presumat tam Terrigena, quam Fo=
rensis habitans in Terra Mevania, sive ejus districtu conducere be=
stias a Forensibus, et eas retinere in Territorio dictę Terrę Meva=
nię ad soccitam, vel alio modo, sub poena predicta animalium appli=
~~Item~~ candorum Camerę Apostolicę de facto.
Item quod quoad alia animalia observaretur, et observari debeat
reformatio hactenus facta loquens de animalibus Porcinis, Capri=
nis, Bovinis, Vaccinis, et Cavallinis, ut infra ponitur.

Nobilis

Nobilis, et strenuus Vir Antonellus Rinchi de Mevania alter Consiliarius in dicto Consilio existens surgens pedibus, et accedens ad solitam arrengheriam, ibique stans, Christi nomine invocato dixit, et consuluit, ac adfirmavit omnia, et singula consulta, et consilia reddita per supradictum Ser Jasonem, ut supra: Hoc tamen addendo, quod habentes dictas Pecudes, et alia animalia supradicta, teneantur, et debeant ipsas Pecudes, et alia animalia removere &c. supradictos confines ducere usque ad medietatem Mensis Aprilis proxime futuri presentis anni. Et quod Potestas teneatur, et debeat punire contrafacientes in prędictis, vel aliquo prędictorum in supradictis poenis superius declaratis per dictum Ser Jasonem, ad poenam decem Ducatorum auri applicandorum Camerę Apostolicę: Quę poena debeat retineri de suo Salario in fine sui Offitii, tempore sui Syndicatus.

Nobilis Vir Dnus Angelus de Raynaldis alter Consiliarius existens in dicto Consilio surgens pedibus, et adcedens ad supradictam arrengheriam, ibique stans, facta Divinali invocatione consulendo confirmavit omnia dicta, et consilia reddita per supradictum Ser Jasonem, et Antonellum Consultores prędictos, et eis adjungendo dixit, et consuluit, quod unusquisque habens Pecudes teneatur, et debeat solvere in Communi pro qualibet matta Pecudum Solidos triginta quolibet anno in introitu Mensis Maji. Et illi de Gagliolo, et de Castro Turris Collis habentes Pecudes teneantur solvere quolibet anno pro qualibet matta Pecudum in introitu Mensis Maji solidos viginti. &.

In

In reformatione cujus quidem Consilii redditi per supradictum Ser Jasonem more solito facto, et misso solempni partito ad fabas albas, et nigras, hoc modo, videlicet, quod quicumque vult, et sibi placet dictum consilium redditum per supradictum Ser Jasonem super supradicta Secunda Proposita, sit una pars, quę reddit, et restituat ejus fabam albam. Qui vero non vult, et sibi non placet, sit altera pars, quę reddat, et restituat in bussola ejus fabam nigram. Significatum vero, et datis, et recollectis fabis more solito, et numeratis, victum, obtentum, ac reformatum fuit per fabas albas del Sic trigintatres repertas in bussola; non obstante novem fabas nigras repertas in bussula del Non restitutas per Consiliarios in dicto Consilio existentes. ~~[illegible] (a)~~

Similique modo, et forma facto, et misso solempni partito ad fabas albas, et nigras super dicto, et Consilio reddito per supradictum Ser Jasonem super dicta quarta proposita cum confirmatione, et adjunctione Antonelli, et Dñi Angeli consilio, et junctione, hoc modo, videlicet, quod quicumque vult, et sibi placet dictum, et consilium redditum per supradictum Ser Jasonem super dicta quarta proposita cum adjunctione Antonelli, et Dñi Angeli sit una pars, quę restituat ejus fabam albam in Bussula del Sic valente. Nota contrarium (a) sit altera pars, quę restituat ejus fabam nigram del Non. Et datis, et recollectis fabis more solito, victum, et obtentum, ordinatum, ac reformatum fuit per fabas albas restitutas in bussula del Sic triginta sex: Non obstantibus quinque fabis nigris restitutis in bussula del Non per supradictos Consiliarios in dicto Consilio existentes.

Tenor

(a) Forse = contrarii =

Tenor reformationis de qua supra in dicto Consultoris est talis, videlicet

Die XIV.^a^ Martii MCCCCLXXIV.°

Magnifici D.ni Consules. &c.

Item quod Capre non possint retineri, nisi secundum formam Statutorum loquentium de eadem materia, poena decem Solidorum pro qualibet Capra, et qualibet vice.

Item quod non possint nisi pro qualibet familia retineri due bestie Bovine aratorie, sive sint Masculi, sive Foemine. Si Masculi, ~~liceat~~ cum eis liceat retineri unam Vaccam. Si vero Foemine, non plus modo aliquo.

Item pro qualibet familia, in qua essent tres Viri, et ultra possint retineri quinque bestie bovine aratorie. Si Masculi, tunc cum eis retineri possit una Vacca. Si vero due bestie de dictis quinque fuerint foemine, quoquo modo ultra retineri non liceat. Filii vero, et armentitii dictarum bestiarum non possint retineri nis in duos annos a die nativitatis eorum.

Item pro qualibet familia non possit retineri nisi una bestia Cavallina: Salvo et

due bestie Cavalline, non plus. Et quod armentum, seu dictarum filii retineri possint per duos annos a die nativitatis eorum. Si vero aliquis ultra de dictis bestiis Cavallinis numerum aliquas haberet, vendidisse, et dimisisse eas, vel eam teneatur per totum mensem Maji proxime futuri poena quinque librarum denariorum si in aliquo predictorum contrafactum fuerit pro aliquo animali, et vice qualibet.

Item

Item quod Porci non possint retineri, nisi unus pro qualibet familia alligatus, ad poenam viginti Solidorum pro quolibet, et qualibet vice.
Item quod bestię Asininę retineri possint ad libitum sine poena.

In omnibus, et singulis casibus supradictis Offitiales damnorum datorum teneantur inquirere, et investigare pro prędictis, et repertos culpabiles punire, et condemnare secundum tenorem, et formam prędictorum, poena vigintiquinque Librarum denariorum si contrafecerint.

Nos Jacobus de Mandosiis de Ameria Reverendissimi Domini Johannis Baptistę Cardinalis Sabelli Perusię, totiusque Ducatus Legati Locum tenens generalis considerantes supradictam reformationem fuisse, et esse supradictę Terrę utilem, et necessariam in omnibus, ipsam confirmamus, et approbamus, pręterquam in ea parte, ubi fuit consultum per supradictum Dnūm Angelum, quod unusquisque habens Pecudes teneatur solvere pro qualibet Matta Solidos triginta &c. Quam partem refrenamus, moderamus, et reducimus, ut quilibet habens dictam Mattam teneatur solvere pro qualibet Matta Solidos vigintiquinque, et non ultra.
Item reducimus, et reformamus supradictum Consilium Ser Iasonis in ea parte ubi consuluit, quod non possit habens Pecudes retinere earum allevimina ultra sex menses a die nativitatis inclusive, et non ultra.
Item reformamus supradictum secundum Capitulum in ordine positum, ubi consuluit, quod non possint retineri, nisi duę bestię bovinę, et una vacca pro qualibet familia &c. volumus

pro

pro uberiori cultura fienda, ut dicta Familia poſsit etiam retinere usque ad tres boves cum dicta Vacca, si voluerit. Cetera consilia, consulta, et obtenta approbamus, et confirmamus, ut supra. Et ad majorem omnium, et singularum predictarum rerum fidem, et roborationem nostra propria manu subscripsimus.

Datum Perusię XXIX. Aprilis MCCCCLXXXI.

Antonius et huscolanus.

Partes suprascriptarum reformationum, quę petuntur corrigi, et modificari, seu refrenari per presentem Magnificum Dnum Locumtenentem Fulginei, Mevanię &c. instantibus Magnificis Consulibus Populi Terrę Mevanię prędictę, et Nobili Viro Marco Jacobo de dicta Terra Oratore ad Dominationem Suam transmiſso, videlicet pęnas ibi junctas, et alia, ut infra.

In primis. Petitur corrigi in illa parte, in qua dicit, quod Procuratores non poſsint comparere causis civilibus a decem Florenis infra; quod ubi dicit a decem Florenis infra, dicat a decem Libris infra.

Petitur etiam corrigi in illa parte, ubi dicit, seu loquitur de viginti Pecudibus a Flumine Latonis, et Foſsato Naſsii infra, dicat cum uno Montone; et a Flumine Latonis, et Foſsato Naſsii ultra liceat retinere usque ad triginta Pecudes, et non ultra, computato uno Montone.

Item petitur corrigi in ea parte, in qua loquitur, quod nulli liceat

at

liceat in pasculis coadunare Pecudes sub poena, et ad poenam quadraginta Solidorum pro qualibet Pecude, quod dicat, quod liceat duobus Pastoribus tantum ad duas Mattas adunare sine poena, et a duabus Mattis supra admattantes, seu adunantes Dni, seu Pastores solvant pro qualibet Matta Solidos decem.

Item petitur corrigi in ea parte, in qua dicitur, quod filii, seu Familię, aut armenticia non possint retineri ultra sex menses a die nativitatis eorum, quod dicat per totum mensem Augusti liceat retinere armenticia Pecudum, et non ultra, sub poena reformationum.

Item petitur corrigi in ea parte, in qua loquitur, quod nulli liceat retinere animalia Forensium ad soccitam, vel alio modo, quod non habeat locum in Bobus domus datis super eorum Laboritiis, videlicet usque ad duos pro qualibet Familia, et una Equa domata pro qualibet Familia, sub poena reformationum non liceat retinere ultra, et alias bestias non liceat retinere.

Item petitur corrigi in ea parte, in qua dicit, quod solvatur quolibet anno pro qualibet Matta Pecudum triginta Solidos, dicat viginti Solidos tantum pro qualibet matta, quolibet anno in Kalendis Maji, sive quod hactenus consuetum extitit.

Item petitur concedi posse retineri unum Porcum secundum formam Statutorum pro qualibet Familia, non obstante reformatione.

Item

Item petitur corrigi in ea parte, in qua ponit metam secundum numerum retinendi bestias aratorias, quod unicuique liceat retinere bestias aratorias quot voluerit absque poena, et cum eis usque ad duas Vaccas, et armenticia dictarum Vaccarum per tres annos.

Item petitur corrigi in omnibus locis ubi loquitur (a) ac poena applicanda Cameræ Apostolicæ, quod dicat Cameræ Communis Mevaniæ applicentur omnes poenæ, non obstante dicta reformatione, attento quod Camera Apostolica nunquam aliquid habuerit.

In aliis non habeat locum dicta reformatio.

Nos Iohannes de Julianis de Cantalupo Reverendmi Dni Iohis Baptistæ de Sabellis Fulginei, Mevaniæ &c. Locumtenens. Considerantes supradictam reformationem fuisse, et esse supradictæ Terræ Mevaniæ utilem, et necessariam in omnibus, ipsam confirmamus, et approbamus, preterquam in illa parte, in qua petitur Procuratores non admittendos in causis civilibus a decem Libris infra; quod dicat quod Procuratores non intervenire possint a quinque Florenis infra. Item similiter reducimus, et reformamus in ea parte, in qua petitur, quod admattantes solvant solidos decem, scilicet pro qualibet Matta; quod dicat solidos viginti pro qualibet Matta a duabus mattis supra. (b)

(a) ~~Manca la cosa di cui si parla~~ La seguente particola ac si converte in de

(b) Manca qui appresso una intera pagina, se non più, che conteneva altra riforma fatta nel 1485.

Perusiæ in Palatio residentiæ nostræ die 27. Februarii 1485.

Bar. Epūs Cassan. Locumtenens qui supra manu propria

Stephanus Girellus.

Rubrica de ordine servando in confectione Offitii Consulatus, et in extractione eorundem.

Spectabiles Viri Nobis Karissimi Salutem. Inteso cum quanta discussione, examine, et maturità sia facta la inclusa reformatione per lo Veschovo di Veste Nostro Locotenente, et Miser Anthonio da Gualdo Nostro Auditore nel Consilio vostro per vostri comuni suffragii, et voti, per vostra firma, et stabilita deliberatione, per honore, comodo, et utile della Comunità vostra circa la conservatione della dignità del Consulato vostro, della pace, et quiete del Popolo vostro &. Volemo et per questa Nostra faciate descrivere de verbo ad verbum in li Statuti novi della dicta vostra Comunità la predicta inclusa reformatione scripta, subscripta, signata, et registrata in forma de publico instrumento per Ser Benedecto Cuchorro Notario, et Scriba di questa Nostra Corte de Spoleti. Valete.

Ex Arce Spoletana 28. Octobris MD. Per comandamo dicta inclusa reformatione registrata queste Nostra in dicti Statuti (a).

In Dei Nomine. Amen. Anno a Nativitate ejusdem MD. Indictione tertia tempore Pontificatus S.mi in Christo Patris et Dni Nri, Dni Alexandri Divina Providentia Papæ Sexti, die vero tertia Mensis Septembris

Publico, et generali Consilio Consulum Populi Terræ Mevaniæ ejusq. Officialium, et hominum dictæ Terræ heri pro hodie bannito, et preconizato

(a) Forse vuol dire = Poi, o, pur comandamo che unita a dicta reformatione registrate questa Nostra in dicti Statuti.

preconizato per Precones, sive Bajulos publicos dictę Terrę per loca publica, et consueta, ut moris est: et de mandato Rmi in Christo Patris et Dni, Dni Karoli Epi Vestensis Rmi in Christo Patris et Dni Ludovici Borgii Electi Valen &c. Spoleti, Mevanię &c. Gubernatoris Locumtenentis generalis, et Rmi Patris Dni Anthonii de Hunnolis de Gualdo utriusque juris Doctoris eorundem Auditoris; Nec non dictę Terrę Potestatis; et Consulum secundum formam Statutorum dictę Terrę in Sala magna Palatii congregato, et convocato ad sonum Campanę. In quo quidem Consilio Ego Notarius, vox, et Scriba infrascriptus de mandato prefati Locumtenentis, et Auditoris predicti lecta fuerunt infrascripta. (a)

Etsi ad regendum, et gubernandum Provintiam, aliaque loca cuncta rimari oporteat, ea tamen per te omni ingenio convenit insudare, ubi de Populi regimine, gubernio, et offitiorum dispensatione tractatur. Cum igitur mensibus superioribus hac in Terra Mevanię, Bussulum Offitiorum inter homines dictę Terrę distribuendorum juxta morem, et consuetudinem dictę Terrę laudabile, et necessarium fieri (b) antiquatum, hujusmodi onus Ser Jacobo Magistri Cichi, Magistro Johanni olim de Bononia ~~habitatori~~ dictę Terrę habitatori, Petro Bartholi, Lagnilo Tadijutii fuerit impositum, certa quidem determinata Potestate, et expressa regula, et quadam forma apertissima, ac lege aperta concessis. Qua quidem lege, et forma penitus transgressa, derelicta, et postergata, ad dicti Bussoli confessionem (c) et publicationem obvenisse per Nos compertam est, pluribus quidem de tam intollerabili errore, et ipsorum audatia insupportabili publice conquerentibus. Nos an opere complewerint

(a) Manca il senso. (b) Forse = fuerit =

(c) Deve dir = confectionem =

compleverint quod ad aures Rmi in Christo Patris, et Dni Dni Lu. Borgiæ Electi Valentinen. Ec. Spoleti. Mevaniæque Gubernatoris de mandato expresso ejusdem ne inde scandala orirentur descendimus, ad hancque Terram nos contulimus; et auditis partibus hinc inde, et adtestationibus visis super potestate, auctoritate, et lege eis tradita, et Cancellarii qui pro tempore erit (a) fide subscripta in Libris dictæ Communitatis comperta: Quam quidem cum adtestationibus collationatam testium productorum, perop[t]ime convenire, et concordare invenimus; ita quod singulis perpensatis confectionem dicti Bussuli lege, et forma data per Consilium dictæ Terræ penitus spreta, et ejus publicationem [decernimus, et declaramus. Sed de novo tenore præsentium huic præsenti Consilio ad amovendum scandala pns (b) oblationem tollendam, et causas dissidii, quæ in electione aliorum habentium imbussulare, sive ad imbussulandum eligendorum possent verosimiliter exoriri, aut in longum ut supra trahi, auctoritatem, et potestatem impartimur omni meliori modo, via, jure, causa, forma, quibus magis, et validius possumus, et debemus pro hac vice tantum tradimus, et concedimus ut Consilium præsens, et in præsentia nostra cieri faciat, et imbussulet, et pro imbussulatis habere valeat, et possit Consilium ante dictum omnes qui in dicto bussulo reperiuntur imbussulati, prout jacere (d), sive stetur tamquam si bussulum a principio valuisset, licet transgressione legis, et formæ non valuerit, ut supra: Volentes quod omnes extractiones fiant more solito, et qui extrahentur sint veri Consules, et Offitiales virtute novæ citationis factæ in præsenti Consilio, non autem in primæ imbussulationis factæ (c) per electos imbussulatores contra legem eis datam. Quam quidem novam citationem fiendam ex

(a) Forse = erat = (b) Così nel Codice, (d) Forse = jacent =
[Manca = fuisse = (c) Nel Codice = fictæ =

ex nunc prout ex tunc, et ex tunc prout ex nunc confirmamus, testificamus, et approbamus pro hac vice tantum. Confirmantes etiam pro pace, et quiete dictę Terrę, et honore illorum qui hucusque fuerunt Consules mediante dicto Bussulo nulliter facto gesta, et per eos aliter laudabiliter facta, itaquod ex illa nullitatis confectionis Bussuli gesta per eos non possint quovis modo retractari, cum bona fide se gesserint in offitio prelibato. Et ne transgressores prędicti valeant de eorum audatia, et reprehensibili pręsumptione gloriari, mandamus puniri, ultra expensas per eos reficiendas ad arbitrium Communitatis prędictę, cujus lex, et forma extitit postergata, itaut in futurum nemo ex dicta universitate contra legem sibi datam audeat cujuscumque conditionis existat adtentare, et in tantam prosilire auctoritatem, audatiam, et arrogantiam, ut contra legem sibi datam, et formam, nedum contraire, sed nec audeat quoquo modo in tam reprobum sensum ut cogitet contra legem incidere sibi datam pariter, et stabilitam. Verum quia morbum illum pestiferum partiales, ut ipsorum Comprovintialium utamur vocabulo, Gelfi, et Gebillini de Sotto, et Sopra nomina diabolica ita Terram ipsam, ymmo et totam Provintiam invasisse comperimus, ut in celeri remedio provideatur in desolatis in curam facile credi potest, et debet, contestaturi ( ), prout et multa loca dictę Provincię (quod dolenter referimus) nos ipsi vidimus attestantes. Igitur ad obviandum hujusmodi abusionibus, et iram Divini judicii placare possimus, tenore pręsentium, et pręsenti decreto statuimus pariter, et ordinamus, ut in futurum incipiendo in fine pręsentis Bussuli noviter creati semper Bussulum fiat, et Offitia dentur per Guaitas, prout infra adęquatas; et si aliter fuerit ordinatum, bussulatum, irritum sit, et inane, omnia meliori modo, via, jure, causa, et forma, quibus melius, et validius possumus, et debemus.

Et

Et contrafacientes incidant in poenam ducatorum decem pro quolibet applicandorum Gubernatori, sive Locumtenenti. Et non acceptans offitium datum a Communi, videlicet Consulatus, incidat in poenam predictam applicandam ut supra. Et ipse, et filii sui nullo tempore possint habere Offitium in Communi. Et presenti decreto statuimus, et precipiendo mandamus, quod quando extrahetur aliquis, qui ex aliqua causa sit debitor Communi, vel repertus scriptus sive in speculo, sive in Libris Malefitiorum, sive Dativarum, vel Gabellarum, vel alio in Libro, ubi Commune habeat interesse quovis modo, licet in veritate sit debitor, dilaceretur per Consules, et per Cancellarium, et per quemlibet ipsorum subito ante discessum a Bancho, quando fit, et ubi fit extractio. Et casu quo contrafactum, Consules, et Cancellarius teneantur ad debitum, ad quod tenebatur extractus. Et si ad nihil tenebatur incidant in poenam tam in primo casu, quam in secundo Ducatorum quinque pro quolibet subito, et ipso facto applicandorum pro medietate Communi, pro alia medietate Gubernatori, sive Locumtenenti. Et tamen extractus non possit esse Consul. Et si attentant contrarium, incidant in poenam vigintiquinque Ducatorum applicandorum ut supra, etiamsi in veritate non sit debitor, dummodo reperiatur inscriptus ut supra. Et tamen Consules, qui pro tempore erunt ante finem Offitii eorum per octo dies faciant per loca publica preconizari, quod quis est debitor Communis satisfaciat ante publicationem novi Offitii; et siquis est descriptus injuste, faciat se cassari. Et non mittendo dictum bannum incidant in dictam poenam quinque Ducatorum, ut supra applicandorum. Et solutio debiti fiat in contanti in auro, vel argento, et non per pignora, sive deposita.

Adequatio

Adequatio Guaitarum.

Guaita Sancti Petri ascendat usque ad Turrim sive Columbarium Petri Pauli Florisponte; et per viam rectam prope semitam Nicolaji usque ad Stratam prope domum Francisci Ciccoli, eundo per dictam Stratam usque ad Portam Salvatoris versus Ser Lippum.

Guaita Sancti Angeli a dicta Via ante Ecclesiam S.ti Nicolai usque ad Stratam prope domum Ciancaglionis, et eundo per dictam Stratam recte usque Portam S.ti Vincentii versus Portam S.ti Johannis.

Guaita S.ti Georgii a dicta Porta S.ti Vincentii per Stratam recte usque ad Stratam subtus Plateam, et prope S.tum Silvestrum, et usque ad domum quondam Dnę Binaſsulę, eundo subtus Porticum dictę Dnę Binaſsulę versus domum Ser Dominici Blaſii, alias Spicucię, et usque ad viam, quę prętendit ad Portam Molendinorum versus Mœnia Communis, et Monasterium Sanctę Margaritę.

Guaita Sanctę Marię a dicta via, quę prętendit prope Sanctum Silvestrum in pede Plateę incepta a viis supra nominatis usque ad dictam Portam Molendinorum, et usque ad Portam Salvatoris versus Stratam majorem, quę prętendit ad dictam Portam Salvatoris versus Męnia Communis subtus dictam Portam Molendinorum.

In cujus quidem Consilii celebratione miſso solemni partito super

super omnibus, et singulis premiſsis, datis, et recollectis, ac numeratis per me Notarium, et Scribam infrascriptum fabis nigris, et albis, ut moris est, victum, obtentum, et reformatum fuit per fabas albas quinquaginta sex, tribus nigris inventis non obstantibus in contrarium.

Quibus omnibus, et singulis dum sic agerentur, et fierent, Ego Benedictus quondam Zuchari de Spoleto Apostolica, et Imperiali auctoritate Notarius, et Iudex ordinarius, nuncque Notarius, et Scriba prefatorum Dni Locumtenentis, et Auditoris specialiter electus, et deputatus, interfui, et presens fui, et de iis rogatus scribere, scripsi, et in hanc publicam formam redegi. In quorum omnium, et singulorum fidem signum, nomenque meum apposui consuetum.

Obmiſso signo dicti Notarii.

Deinde sequebatur Confirmatio dictarum reformationum sub his verbis, videlicet,

Manu propria subscribendo reformamus, ut supra

Da: Epus Vesarmes Ducatus Spoleti, Narnie &c

Generalis Locumtenens.

Confirmamus ut supra Lu: Cardinalis Borgia manu propria.

Capitula Primi Libri
Statutorum antiquę Terrę Mevanię, et
Primo Super Electione, Iuramento, et Salario Offitialium dictę Terrę.

I. De Electione Custodum ad denumptiandum non custodientes Festivitates. Pag.^o^ 2.

II. Ante electionem Offitialium constituatur eis Salarium. Pag.^o^ 2.

III. Iuramentum Potestatis. Pag.^o^ 11.

IV. Iuramentum Iudicis. Pag.^o^ 14.

V. Iuramentum Notariorum. Pag.^o^ 15.

VI. De duobus hominibus eligendis super omnibus Hospitalibus Communis Mevanię. Pag.^o^ 17.

VII. De electione Notariorum super causis civilibus P.^o^ 18.

VIII. De electione Bajulorum. Pag.^o^ 22.

IX. De Tubatoribus, et eorum Salario. Pag.^o^ 27.

X. De electione Notarii super dampnis datis, et ejus Offitio. 31.

XI. De electione Gualdariorum, et eorum Offitio. Pag.^o^ 33.

XII. De electione Custodum Costę S.^æ^ Potentię, et Paludis Feccioli Communis. Pag.^o^ 37.

XIII. De electione quatuor hominum super manutenendo, et aptatione Paludis Feccioli, et eorum Offitio. P.^o^ 38.

XIV. De electione duorum Hominum ad manutendum terminos communis Paludis, et ad plantonandum ripas Formarum, et eorum Offitio. Pag.^o^ 39.

XV. De electione Viariorum, et eorum Offitio. Pag.^o^ 40.

XVI. De Offitio Custodum Turrium Gaglioli, et Girione. P.^o^ 44

XVII. De electione illius, qui mundet, et mundare debeat Plateam.

XVIII. De electione duorum hominum super quolibet infrascriptorum Pontium manutendo. Pag.^o^ 45.

XIX. De electione duorum hominum super archaturis Communis apstandis, custodiendis, et manutenendis. Pag.a 46.

XX. De electione Aestimatorum Equorum.

XXI. De electione duorum hominum ad inveniendum terminos Carbonariorum. Pag.a 49.

XXII. De electione duorum hominum ad custodiendum Carbonarias Communis. Pag.a 51.

XXIII. De electione Ratiocinatorum Communis ad ratiocinandum a tribus annis citra non ratiocinatos. Pag.a 51.

XXIV. De electione Syndici ad capiendum tenutam bonorum exbannitorum. Pag.a 55

XXV. De electione Custodum grassię. Pag.a 56.

XXVI. Quod requirantur Terrę convicinę, et notificetur eis, quod grassiam non extrahant de Mevania, vel ejus districtu. Pag.a 56.

XXVII. Qualiter mittantur partita in Consiliis. Pag.a 57.

XXVIII. Qualiter in Consiliis faciendis obtineant partita. Pag.a 58.

XXIX. Quod unus ex Tubatoribus Communis contradicat omnibus propositis faciendis. Pag.a 59.

XXX. De subrogatione Notarii in rogationibus alterius Notarii. P.a 59

XXXI. Quod Medici non cogantur offitia acceptare. Pag.a 60

XXXII. De clavibus Portarum tenendis, et per quos. Pag.a 60

XXXIII. Quod Filii, Fratres, et Nepotes Notariorum mortuorum possint auctoritate pręsentis Statuti rogetationes, et Scripturas eorum singulas exemplare. Pag.a 61.

XXXIV. Quod nullus stet prope Cancellarium Populi quando aliquis Offitialis eligeretur ad aliquod Offitium. Pag.a 62

XXXV. De electione Syndici ad syndicandum Potestatem, et suos Offitiales. Pag.a 62.

XXXVI. Quod Potestati, vel alicui Offitiali Communis arbitrium non concedatur. Pag.a 65

XXXVII. Quod super nulla Propoſita consuletur, niſi per quatuor Consiliarios tantum sine licentia Potestatis. Pag.a 66.

XXXVIII. De electione Denumptiatorum maleſitiorum, et Ludentium ad taxillos. Pag.a 66.

XXXIX. De uno homine eligendo super quolibet Fonte publico manutenendo. Pag.a 66.

XL. De electione duorum hominum super Foſsatis Pontis Convalli. Pag.a 67.

Capitula Secundi Libri de jure reddendo. Pag.a 69.

I. De Sententiis, et preceptis guarantię exequendis. Pag.a 75.

II. Quod Laboratoribus, et Operariis jus summarium reddatur de eorum mercede. Pag.a 77.

III. De Laudis, et Arbitriis exequutioni mandandis.

IV. De Salariis in Communis cippum mittendis, et solvendis.

V. Quę res in tenutam dari poſsint.

VI. Quod acta Civilia scribantur per Notarium causarum civilium, et non alium.

VII. De poena negantis aliquem eſse, vel fuiſse Iudicem, vel Notarium.

VIII. De poena negantis Paternitatem, Fraternitatem, et his similia.

IX. De pœna negantis Positionem.

X. De poena se dejerantis super aliqua re.

XII. De questionibus per juramentum decidendis.

XII. De prçceptis guarentis in instrumentis faciendis.

XIII. Quod nullus exbanniatur pro minori quantitate quinque Solidorum.

XIV. Quod Potestas, et Judex Communis faciant de se copiam cuilibet; et Judex in instrumentis suam auctoritatem interponat.

XV. De Sapiente ponendo in causis civilibus.

XVI. Quod per Judicem examinentur instrumenta quando erunt plures Creditores, et primum instrumentum in tempore exequutioni mandetur.

XVII. Quando Mulier moritur maritata sine Filiis tertia pars dotium remaneat penes Virum.

XVIII. Quod Mulier dotata non intret Monasterium.

XIX. Quod Mulier dotata a Patre, Matre, Fratre, vel aliis suis consanguineis suis dotibus sit contenta.

XX. De Testamentis factis per Mulieres in potestate Patris constitutas valituris.

XXI. De quęstionibus inter conjunctos occasione divisionis summarie per arbitros cognoscendis.

XXII. De quęstionibus quibuscumque inter conjunctos summarie per Arbitros cognoscendis.

XXIII. Quod quęstiones ortę inter conjunctos compromittantur in duos consanguineos, vel amicos.

XXIV. De quęstionibus occasione Senaitarum summarię, et de plano diffiniendis.

XXV. Quod quęstiones de alimentis summarie diffiniantur.

XXVI. De quęstione sive Fidejussionibus indempnib; conservandis.

XXVII. Quod non cogantur Fidejussores usquequo inveniantur de bonis Principalis, nisi pro factis Communis.

XXVIII. Quod nullus contrahat cum minore vigintiquinque annis, vel aliis, quibus bona eſsent interdicta sine auctoritate Tutoris, vel Curatoris.

XXIX. De contractibus faciendis cum minoribus vigintiquinque annis.

XXX. Quod Filii familias mercatores, vel alii sui juris majores viginti annis poſsint contrahere.

XXXI. Quod in venditionibus servetur jus Laboratoris.

XXXII. De poena vendentis, vel alienantis aliqua bona alicui non ſuppoſito jurisdictioni Communis.

XXXIII. De habitantibus domum sub uno tecto.

XXXIV. De donationibus insinuandis.

XXXV. Quod inſtrumenta Usurariorum a decem annis citra confecta non exequantur.

XXXVI. De inſtrumentis factis in fraudem caſsandis.

XXXVII. Quod poſsint opponi omnes exceptiones contra inſtrumenta non ſuppoſitorum jurisdictioni Communis.

XXXVIII. De termino dando ad acceptandum hęreditatem.

XXXIX. De poena petentis debitum jam solutum.

XL. Quod mittatur Familia ad petitionem Creditoris ad accipiendum exbannitos pro debito.

XLI. Quod Legata omnia, et Fideicommiſsa solvantur per hęredes de plano ad petitionem Legatariorum.

XLII. De suſpectione Debitorum.

XLIII. De forma dandi in Tutorem, vel Curatorem alicui Minori.

XLIV. Quod contra inſtrumenta Judęorum eorumque personas poſsint opponi omnes legitimę exceptiones.

Tertius Liber super extraordinariis, et primo

I. De Eleemoſyna danda Fratribus Locorum Terrę Mevanię.

II. De Eleemoſyna danda Monasteriis Mevanię, et de Civitellis.

III. De Candelario dando Monasterio Sanctę Marię de Civitellis quolibet anno.

IV. Quod Fratres stantes in Coſta Sanctę Potentię poſsint lignare in ipsa Coſta.

V. De Eleemoſyna danda Fraternitati Laicorum.

VI. De reparatione Hoſpitalium Thomę, et Berardi.

VII. De reparatione Ecclesię Sancti Vincentii.

VIII. De duobus Candelariis dandis annuatim Ecclesię Sancti Vincentii.

IX. De Eleemoſyna danda Fratribus Prędicatorum annuatim in Festo Beati Jacobi.

X. Quod Pręcones, et Bajuli Communis teneantur mandatis Dnorum Consulum Populi obedire.

XI. Pœna arengantis sine licentia Potestatis, et Consulum quod aliqua condempnatio, vel multa alicui remittatur.

XII. Quod nullus audeat aliquid accipere de bonis Hoſpitalis Communis.

XIII. Quod Consules Populi teneantur fieri facere omnes operas utiles, et neceſsarias per Mevaniam, et districtum.

XIV. De Salario Famuli Consulum Populi Mevanię.

XV. Nulla Apodiſsa poſsit sigillari sine licentia Consulum Populi, vel trium ex eis.

XVI. De modo vendendi Proventus, et Redditus Communis conservando. De mensuris habendis, et de modo quo uti debent Conductores ipsorum Proventuum.

XVII. A quibus perſonis tolli debeat Pedagium, et Dogana, et quantum Salarium accipere teneatur ~~Statera~~ ad Stateram Communis tenens. Et quod nullus de Mevania niſi de Pomis, et Oleribus Pedagium solvere teneatur.

XVIII. De modo dando Fornariis coquentibus panem.

XIX. De Alveo Lactoni allargando, et diritzando, et de ripis ipsius aptandis, et manutenendis.

XX. De restauratione dampni facti ex cursu Lactonis.

XXI. Quod habentes, et tenentes Molendina centuminis, sive Olivarum teneantur unicuique macinare.

XXII. De Salario Ambaxiatorum mittendorum per Commune Mevaniȩ, et de illis qui in ambaxiata ire non poſsunt; et quod Ambaxiatores cuilibet concedantur.

XXIII. Quod Offitiales Communis Mevaniȩ debeant eorum Offitia bene, et legaliter exercere.

XXIV. De Propoſitis non faciendis in aliquibus Consiliis, niſi de Consulum Populi proceſserit voluntate.

XXV. Quod omnes non accatastati accatastentur.

XXVI. Quod omnes Mevanates, et Mevaniȩ, et in districtu habitantes faciant omnes factiones reales, et personales.

XXVII. Qualiter Dativa imponatur, et exigatur, et de poena eam non solventis: Et quod cuilibet liceat dampnum dare in Bonis non solventium eandem.

XXVIII. Qualiter Potestas teneatur exigere omnes condempnationes, sententias, et exbannimenta a

a decem annis citra facta, et omnes Dati=
vas impoſitas, et imponendas.

XXIX. Quod Consules Populi, nec Syndicus qui erit super bona exbannitorum non poſsint emere durante eorum Offitio de bonis prędictis.

XXX. De iis qui tenentur aliquid dare Communi.

XXXI. Quod Granum Communis accipiatur concianum, et corredatum ad gigliariam.

XXXII. Quod contractus Locationum, et inſtrumenta facta inter Commune, et speciales personas valeant.

XXXIII. Quod Mulieres pauperes non graventur in factionibus personalibus faciendis.

XXXIV. Quod Camerarius Communis teneatur facere inventarium de bestiis, et aliis rebus Communis.

XXXV. Quod licentia armorum concedatur per Potestatem, et Consules pro justa causa.

XXXVI. Quod Clericis de Populo Mevanię detur consilium, auxilium, et favor ad obtinenda benefitia impetrata.

XXXVII. Quod Balistę, et Paveses Communis Mevanię reinveniantur.

XXXVIII. Quod nullus habeat aliquod Oſtium in muro Communis, qui circumdat Terram Mevaniam.

XXXIX. De claudendo, et clausum tenendo juxta Foſsum Sancti Nicolai.

XL. Quod proponatur in Conſilio de Oleo amaro extrahendo de Mevania, et diſtrictu.

XLI. De modo quo uti debent Panificulæ, et panem vendentes.

XLII. De modo dando Piccicarolis vendentibus olera, et in quo loco ſedere debeant.

XLIII. De modo vendendi Vinum ad minutum, et de menſuris habendis, et quando Vinum Forenſe apportari poteſt in Mevania, et diſtrictu ad vendendum.

XLIV. De modo quo uti debent Macellarii, et de modo eis dando in venditione carnium cujuslibet animalis.

XLV. Quod Coſta Turris Collis, Gaglioli, et Molendinorum aptetur per habitatores ipſorum.

XLVI. De modo quo uti debent Conductores, et Mollarii Molendinorum Communis, et de Coppulo tenendo, et habendo in eis.

XLVII. Quod Popularis non ſolvat ſuam condempnationem, ſi non ſolverit non ſuppoſitus juriſdictioni Communis Mevaniæ.

XLVIII. Quod Flumicciolus Communis aptetur, et manuteneatur per adjacentes.

XLIX. Quod cuilibet de Mevania habenti Filium, aut Fratrem ad ſtudendum extra Mevaniam ſit licitum ſibi portare victualia ſine pœna.

L. Quod omnes Forenſes de Mevania recedant.

LI. Quod homines de Fraternitate poſſint ire

diebus Festivis per Terram Mevaniam de nocte.

LII. Quod Potestas, vel ejus Offitialis non acquirat Equum ab aliquo Mevanate.

LIII. Nulla fidejussio fiat per Commune alicui Communantię.

LIV. Quod quilibet faciat se accatastari.

LV. Quod nullus cogatur vendere alicui aliquam possessionem.

LVI. Quod nullus de Castro Collis S.Laurentii possit vendere alicui non supposito aliquam possessionem.

LVII. Quod Notarius Consulum teneatur facere unum librum, in quo scribat nomina hominum, qui serviunt Communi.

LVIII. De dampno emendando Communi per illum qui aufugeret jurisdictionem Communis, si Commune aliquod dampnum incurreret pro eodem.

LIX. Quod Camerarius non possit facere aliquam solutionem alicui, nec aliquod recipere sine apodissa Consulum Populi.

LX. De musto extrahendo de Mevania, et districtu, et quantum solvatur per salmam.

LXI. De permutationibus de Casalenis Ecclesiarum Terrę Mevanię

LXII. Quod Forenses habentes possessiones in districtu Mevanię non possint extrahere Bladum, nec legumen.

LXIII. De pignoribus acceptis per Bajulum recolligendis.

LXIV. De puteo fiendo in Trivio Insulę.

LXV. Quod in quacumque Familia habitante extra Mevaniam, ubi sunt plures Viri unus de sero in Mevaniam redeat.

LXVI. Quod Sciacquatorium, et Portę Molendini Plani Lactonis aptentur.

LXVII. De Fovea Collis cavanda, aptanda, et manutenenda.

LXVIII. De numptiantibus alicui novum opus.

LXIX. De Barbitonsoribus.

LXX. Quod nullus vendat aliquam possessionem alicui, a quo Dativa exigi, vel haberi non possit.

LXXI. Quod Forenses habentes possessiones in districtu Mevanię faciant eas sibi accatastari.

LXXII. De Chiocha filiorum Andreę Bartoli, et Consortis ejus aptanda, et manutenenda.

LXXIII. Via quę protenditur a ponte novo stante, qua itur Perusium per adjacentes ejusdem aptanda.

LXXIV. De Via nova fienda a Porta Castri Collis usque ad Fontem bonum, et per quos.

LXXV. Quod nullus de Castro Collis S.t Laurentii, Gaglioli, et Girione vendat domos quas habit in Mevania.

LXXVI. Quod nulla persona, quę non sit habitatrix Castri Collis S.t Laurentii Gaglioli, vel Girione possit ędificare aliquam domum in ipsis Castris, nec prope ipsa Castra.

LXXVII. Quod Pons Foveę Abyssi manuteneatur per adjacentes.

LXXVIII. Quod nulla persona ędificet prope Vias publicas sine licentia Potestatis, et Consulum Populi.

LXXIX. Quod nulla persona deferat Mevaniam Canepam Fulginatem.

LXXX. De Foſsato Piscatorii cavando, et dirizando per adjacentes.

LXXXI. De Foſsato Musulei dirizando, et aptando.

LXXXII. Quod omnes Notarii habentes aliquod instrumentum ad Commune pertinens debeant illum restituere infra terminum bannimenti.

LXXXIII. Quod Forenses volentes habitare in Mevania debeant dare fidejussores Communi de solvendo omnem condempnationem de eo faciendam occasione malefitii per eum committendi.

LXXXIV. Quod proponatur in Consilio de reparatione murorum Castrorum S. Laurentii, Gaglioli, et Girione.

LXXXV. De modo dando Mactonariis.

LXXXVI. Quod omnia renaria juxta flumina sint expedita.

LXXXVII. De dampno emendando per Commune, vel adjacentes quando aliquod opus per Commune, vel adjacentes fieret.

LXXXVIII. Quod ubicumque in hoc Volumine Statutorum haberetur mentio de Potestate, intelligatur et de Judice.

LXXXIX. De dampno emendando per Commune occasione ignis extinguendi.

XC. Quod siqua Statuta eſsent sibi contraria Potestas declinet in benigniorem partem, et quod major pars Statutorum predictorum poſsit ipsas contrarietates declarare.

XCI. Quod Consules Populi poſsint condempnare Potestatem et ejus Offitiales.

XCII. Poena laborantis de bonis alicujus, qui aufugeret jurisdictionem Communis Mevanię.

XCIII. Poena facientis suzzuram in trasannis Communis, vel in Stratis.

XCIV. Quod Bladum, et legumen infra certum tempus Mevaniam reducatur.

XCV. Quod nullus vendat alicui forensi aliquod genus bladi, vel Leguminis.

XCVI. Quod Potestas, et sui offitiales non emant bladum ultra illud quod sibi, et suę familię ſuffitiat.

XCVII. De licentia danda Religiosis personis extrahendi bladum de Mevania, et diſtrictu.

XCVIII. Quod Potestas, et ejus Curia debeat omnia Statuta exequutioni mandare infra tempora in eis contenta.

XCIX. De Custodia Turrium Caglioli, Girione, et S. Laurentii

C. Quod Mulieres non vadant de nocte cum lumine, nec sine.

CI. De Propoſita facienda per Potestatem super accuncimine Terrę Mevanię.

CII. Quod Consules Populi, nec eorum Notarius, nec Camerarius Communis aliquid emat de bonis Communis.

CIII. Quod siquis confessus fuerit se dediſse aliquod servitiū ad omnes operas faciendas per Commune, vel adjacentes.

CIV. ~~De operibus per Consules fieri faciendis~~ Quod Potestas teneatur mittere Notarium suum ad omnes operas fieri faciendas per Commune, vel adjacentes.

CV. De operibus per Consules fieri faciendis.

CVI. Ubi fieri debeat forum Canapę.

CVII. De habentibus murum communem.

CVIII. Quod homines Castri S.t Laurentii tractentur ut Mevanates.

CIX. De Senaitis Caglioli, Girione, Cerrupi, et Civiani reinveniendis.

CX. Quod muri Communis incepti murari compleantur, et perficiantur.

CXI. De Muris circum circa Terram Mevaniam reparandis.
CXII. De Muro fiendo a domo Pucciarelli M.ri Abbatis usque ad domum Mascioli Lunardi.
CXIII. De domibus, et Casalenis Communis sub pacto datis.
CXIV. De Campana Communis pulsanda, et per quos.
CXV. Quod Potestas, et sui Offitiales non comedant, neque bibant cum aliquo de Mevania, et districtu.
CXVI. De non vendendo Ceram operatam.
CXVII. De Lapidibus, lignis, vel letamine alicui forensi non vendendo.
CXVIII. De committantibus fraudem, et decartantibus de libris Communis.
CXIX. Mercatores vendentes pannum.
CXX. Quod nullus aperiat cancellum alterius.
CXXI. Quod omnia bona delinquentis sint statim commisso delicto Communi obligata.
CXXII. Quod quilibet poſsit defendere Parentem in publico.
CXXIII. Poena venantis ad Pernices.
CXXIV. Poena reimplentium formas Paludis Feccioli.
CXXV. Pœna proitientis aquam de alto loco in viis publicis.
CXXVI. Pœna accipientis aliquod vas alicui Tabernario.
CXXVII. Quod nulla persona mittatur ad catenam.
CXXVIII. Quod sententia aliqua occasione nullitatis caſsetur.
CXXIX. Quod Leprosi non intrent, nec stent in Mevania.
CXXX. Pœna levantium martanellum alterius
CXXXI. Quod quicumque ceperit aliquem exbannitum habeat quartam partem banni.
CXXXII. De mercede Magistrorum lignaminis, et Lapidum cum

irent ad aliquam executionem faciendum.
CXXXIII. De Cappannis non construendis, nec recoperiendis de sagi=nalibus.
CXXXIV. De inquirendo contra non accusatos.
CXXXV. Quod nulla Mulier in Palatio nisi pro gravi crimine cōstrin=gatur.
CXXXVI. De Custode Carceris, et ejus Offitio.
CXXXVII. Quod nullus stet in aliquo Consilio, nisi esset de Consilio.
CXXXVIII. De poena lavantis pannos, vel caldumen juxta speronem Molendini.
CXXXIX. De modo solvendi debitum Communis.
CXL. De electione quatuor hominum super concimine Terrę Mevanię.
CXLI. Quod extrahentes de Mevania oliva, vel poma, dimittant ad vendendum in Platea tertiam partem.
CXLII. Quod siqua Capitula Statuti pręsentis essent contra liberta=tem Ecclę, vel contra Constitutiones Ducales non valeant.
CXLIII. De non portando Fulgineum pannum ad valcandum.
CXLIV. De Forma a trivio Rotę usque ad formam Molendinorū aptanda.
CXLV. De illis qui dicerent se non esse adjacentes alicujus operis facti, vel faciendi.
CXLVI. Quod Syndici Hospitalis non possint aliquam personam recipere in aliquo Hospitalium Communis.
CXLVII. Quod aqua, quę vadit per Letamenariam Guidutii Magi-stri Nicolę tollatur, et derivetur per alium locum.
CXLVIII. Pœna transeuntis per Canapinam Dñi manentis Dñi Jacobi ad lavandum pannos.

CXLIX. Quod Figura S.t Christofori depingatur in qualibet Porta Communis Mevanię.

CL. Nullus extrahat aquam de forma Molendinorum.

CLI. De correctione, et renovatione Statutorum Terrę Mevanię.

CLII. Quod nulla Mulier ab uno mense in antea pannos, vel ornamenta dimittat occasione alicujus mortui.

CLIII. Quod nullus Offitialis, Bajulus, vel Pręco tangat de=narios Salariorum.

CLIV. De obscuritate Statuti declaranda, et per quos.

CLV. Quod Carratelli possint extrahi de Mevania, et districtu.

CLVI. De Turri Castri S.t Laurentii non locanda hominibus dicti Castri ad custodiendum.

CLVII. De Poderibus datis in dotem Mulieribus nuptis extra Mevaniam non vendendis.

CLVIII. Poena impedientis cursum aquę Fontis Magistri Karoli.

CLIX. De Via, qua itur Perusium, et Pontibus ipsius aptandis et per quos.

CLX. Quod semel extractus ex carceribus ulterius non ~~extrah~~ extrahatur.

CLXI. Quod nullus lavet coria a Porta Abbatis supra.

CLXII. De Registro Proventuum Communis per Potestatem fiendo.

CLXIII. Quod Procuratores Hospitalium debeant singulis pau=peribus subvenire.

CLXIV. De Pontibus Cantalupi fiendis.

CLXV. Quod Via qua itur subtus domum Magistri Bernardi Vicini reinveniatur.

CLXVI. De Vijs vicinalibus mactonandis.

CLXVII. Quod totum Flumen terminetur.

CLXVIII. De non ędificando juxta murum Communis a Porta Guelfa usque ad locum Fratrum Minorum.

CLXIX. De non eundo in fine anni cum oblatione pro mortuis.

CLXX. De non habendo Furnum in Caſtro Plani Lactonis.

CLXXI. Quod Foveę quę sunt in contrata Paludis Tagliani aptentur.

CLXXII. De bestiis in Podio Montoroni non tenendis.

CLXXIII. De non habendo Letamen in castro S.t Laurentii.

CLXXIV. Quod Cappannę existentes in Caſtro Cantalupi eleventur.

CLXXV. De Formis, et Sciacquatoriis non fiendis, niſi servetur modus infrascriptus.

CLXXVI. Poena plantonantis una mezenga Terrę positę in vocabulo Cantoni.

CLXXVII. De Via qua itur ad Paludem Feccioli a Strata Capri usque ad ipsam Paludem aptanda, et terminanda.

CLXXVIII. De Salario per Textrices accipiendo occasione texturę panni

CLXXIX. Quod Cuſtodes noctis Turrium Gaglioli et S.t Laurentii a factionibus personalibus Communis non excusentur.

CLXXX. Quod Laboratores, et Fictajoli pro Terris quas laborant faciant certas factiones pro dominis earundem.

CLXXXI. Quod non plantonetur aliqua arbor in aliqua via terminata.

CLXXXII. Quod homines de Caſtro S.t Laurentii, qui habent aliquod oſtium, fenestram, per quę poſſit intrari, vel exiri, debeant ipsum remurare.

CLXXXIII. Quod nullus Forensis emat, vel emi faciat aliquam poſſeſſionem in diſtrictu Caſtri S.t Laurentii.

CLXXXIV Quod Cortina Arcaturę Communis manuteneatur, et de poena apprehendentis eas.

CLXXXV. Quod nullus in Platea Molendinorum teneat ligna ab octo diebus in antea.

CLXXXVI. Quod habentes Possessiones juxta flumen teneantur ripas fluminis altas tenere ad sensum Superstitis.

CLXXXVII. Quod terminationes factę per Viarios absque parte, et non citata retractentur.

CLXXXVIII. De forma Plani Filiorum Comitis reinvenienda, et manutenenda.

CLXXXIX. Poena Mulieris portantis corredum in pannis, vel capite.

CXCI. Quod aqua quę currit versus Portam Abbatis antiquam removeatur, et mittatur per locum antiquũ.

CXCII. De Via reclusa, et occupata juxta flumen a Lavatorio S.t Vincentii relapsanda, et reinvenienda.

CXCIII. De Fossato Pontis Cavalli allargando, et dirizando.

CXCIIII. De loco ubi debeant stare Meretrices.

CXCIV. Quod in omnibus Portis Terrę Mevanię fiant scancani de ferro.

CXCVI. Quod quilibet teneatur facere annuatim usque in tres pugillos Horti.

CXCVII. Poena extrahentis de Mevania, et districtu ligna ciantiam, calcinam, mactones, vel coppos.

CXCVIII. De Canepa ubique maceranda.

CXCVIII. De muro juxta domum Maji Dñi Iohĩs tollendo.

CXCIX De muro devastato juxta domum Ceccoli Petrutii Pauli aptando, et reficiendo.

CCI. De Foſsato Trivii Scazzuli dirizando.

CCII. Quod Mensuratores terrarum, Lapidum, murorum, et vegetes teneantur facere unum librum.

CCIII. Quod famuli qui stant cum aliquibus ad posturam in factis personalibus faciendis non cogantur.

CCIV. Quod proponatur in Consilio de vindemiis faciendis.

CCV. De pondere Florenorum, et mensuris adjustandis.

CCVI. De Via qua itur ad Paludem Feccioli aptanda.

CCVII. Quod si famulus alicujus Nobilis offenderet aliquem Popularem, teneatur Dnus ejus pro eo.

CCVIII. Poena Nobilis receptantis aliquem exbannitum vel Communis Mevaniæ, vel Romanæ Ecclesiæ.

CCIX. Quod contra Nobilem fiat jus summarium Populari per Curiam Mevaniæ.

CCX. Quod nulla domus existens in circumstantiis Plateæ muniatur aliquo munimine, vel armis.

CCXI. Quod nullus Forensis faciat in Mevania Cellarium.

CCXII. Quod omnia bona, et jura Communis Mevaniæ sint in eo statu, in quo erant ante tempus primæ rupturæ Mevaniæ.

CCXIII. De Magistro artis Grammaticæ, et Logicæ habendo in Terra Mevania.

CCXIV. Poena dicentis, vel opponentis aliquid contra Statuta Populi, vel Communis quod non valeant.

CCXV. De modo aptandi ripas fluminis.

CCXVI. Quod habentes Pecudes solvant singuli sex mensibus decem Solidos.

CCXVII. De Foſsato Pentome dirizando.

CCXIX. De aqua mittenda per Flumicciolum.

CCXX. De correctione Catastorum Communis Mevaniæ.

CCXXI. Quanto tempore durent prædicta Statuta.

Capitula Quarti Libri super Malefitiis.

Primo.

I. Pena blasfemantis Deum, Beatam Mariam Virginem, vel alios Sanctos.

II. Poena Laborantium diebus Dominicis, et Festivis.

III. Poena jurantium sanguinem, et similia.

IV. Pœna dicentis alicui verba injuriosa.

V. Pœna dicentium alicui verba injuriosa cum clamore.

VI. Pœna reinproperantium alicui aliquam injuriam sibi, vel alicui consanguineo suo factam.

VII. Poena facientis insultum cum armis, vel sine armis contra aliquem.

VIII. Poena ~~evang~~ evaginantium ensem, spontonem, cultellum, aut alia arma ferrea.

IX. Poena committentis, vel facientis homicidium.

X. De Filiis carcerandis.

XI. De Filiis carcerandis, et exheredandis.

XII. De poena Forensium committentium homicidium, vel delictum.

XIII. Poena committentis furtum.

XIV. Poena ementis, vel receptantis aliquam rem furtivam.

XV. Poena committentis aliquam falsitatem, vel fraudem contra Commune.

XVI. Poena producentis instrumentum falsum, seu falsum testem, aut falsa attestata contra aliquem scienter.

XVII. Pœna facientis falsam Monetam.

XVIII. Poena frangentis pacem de homicidio, et aliis injuriis.

XIX. Poena cognoscentis carnaliter aliquam Mulierem.

XX. De Incendiis.

XXI. Poena facientis robbariam

XXII. Poena facientis lenocinium.

XXIII. Poena contrahentis matrimonium cum aliqua Muliere si=ne voluntate, et presentia Parentum.

XXIV. Poena capientis, vel capi facientis aliquem violenter in Mevania, et districtu, vel captum detinentis.

XXV. Poena intrantis, vel exeuntis Terram Mevaniam per aliquem locum nisi per Portas.

XXVI. Poena receptantis aliquam personam, que committeret ali=quod maleftium, vel aufugeret.

XXVII. Poena turbantis, vel molestantis aliquem in tenuta, et posses=sione alicujus rei.

XXVIII. Poena opponentis se contra Potestatem, vel Judicem, vel Offi=tialem ejusdem.

XXIX. Poena ementis Pisces causa revendendi, et de modo vendendi di=ctos Pisces.

XXX. Poena devastantis, vel discoriantis arbores domesticas, vel sil=vestres, vel Pergulas.

XXXI. Poena euntis post tertium Sonum Campane.

XXXII. Poena occidentis, vel macagnantis animal alicujus.

XXXIII. Poena suspecte persone invente per aliquem in domo habitatio=nis sue.

XXXIV. Poena facientis luctum alta voce extra domum occasione alicujus mortui.

XXXV. Poena proitientis letamen infra confines infrascriptos, et de chiochis, et Sciacquatoriis non habendis.

XXXVI. De modo procedendi super citationibus factis super Malefitiis.

XXXVII. De ponendo ad torturam illos contra quos malefitium probaretur per unum testem, vel alia inditia.

XXXVIII. De citationibus faciendis super malefitiis.

XXXIX. Poena se opponentis Bajulo, vel Preconi.

XL. Quod citationes, et relationes factę per Pręcones, vel Bajulos mandato Potestatis, et suę Curię valeant, et teneant sine commissione, ac si de commissione constaret.

XLI. In Malefitiis, vel quasi Mulieres, et minores vigintiquinque annis admittantur ad testimonium perhibendum.

XLII. Quod in causis malefitiorum filii familias sine Patris consensu possint in Juditio interesse.

XLIII. Quod in processu Malefitiorum non obsit si non fuerit juris solempnitas observata.

XLIV. Quod ad sententias audiendum super malefitiis suffitiat solum bannimentum Pręconis.

XLV. Quod testes in criminalibus possint recipi parte citata, et non citata.

XLVI. Quod quęlibet confessio facta super criminalibus causis coram quocumque offitiali valeat, et teneat.

XLVII. Quod Potestas super quolibet processu facto teneatur sententiam ferre in unum mensem a die instantis accusationis, vel inquisitionis.

XLVIII. Quod Potestas, et ejus Curia possit procedere super actus, et processus sui Prędecessoris.

XLIX. Quod in processibus Malefitiorum non obsit si non fuerit juris solempnitas observata.

L. Poena mittentis, vel extrahentis terminum malitiose.

LI. Pœna extrahentis graſsiam de Mevania, et diſtrictu.

LXXIII. Poena prohitientis Lapidem ad domum Sponsi.

LXXIV. Poena ementium in die Fori Pollastros, Pippiones, ova, vel caseum, aves, et olera.

LXXV. Pœna portantium arma per Mevaniam.

LXXVI. Quod nullus extrahatur de carceribus in die Veneris Sancto, nisi prius solverit suam condemnationem vel debitum.

LXXVII. Quod nullus tempore alicujus rumoris ascendat super aliqua Turri, vel domo circumcirca Plateam, nec balistet per Terram Mevaniam.

LXXVIII. De Consilio revidendo dato contra Commune in criminalibus causis.

LXXIX. De non receptando malefactores in Mevania, vel ejus districtu.

LXXX. Pœna committentis vitium Sodomię.

LXXXI. Poena ludentium ad azardum.

LXXXII. Quod corrigentes eorum familiam non teneantur ad pœnam.

LXXXIII. Quod Potestas non possit condemnare ultra formam Statutorum.

LXXXIV. De poena mitiganda familiaribus, aut Fratribus carnalibus offendentibus seipsos.

LXXXV. Quod Mulieres recipiantur ad excusandum, et testificandum in Logiis Communis.

LXXXVI. De rixa habita inter Mevanates, et Forenses.

LXXXVII. Quod nullus alleget contra merum, et justum imperium Communis Mevanię.

88. LXXXVIII. Poena laborantis, vel seminantis in Costa S.ᵗ Potentię, vel de ea ligna, et genestras extirpantis.

~~XC~~ LXXXIX. Quod bona, dotes Mulieris committentis adulterium sint adjudicata Marito.

XC. Poena Nobilis fidejubentis pro aliquo Populari, et Popularis fidejubentis pro Nobili.

XCI. Poena facientis prelium Gectorum, vel Fiundularum.

XCII. Poena impedientium cursum aquarum.

XCIII. Poena vendentis rem diversis personis.

XCIV. De terris non emendis per Forenses in confinibus Mevaniæ, vel alibi.

XCV. Poena currentis exercitum intra Terram Mevaniam.

XCVI. Quod in malefitiis procedatur de similibus ad similia.

Quintus Liber super Dampnis datis

De dampnis datis cum diversis bestiis, vel sine in rebus, et Terris alterius.

I. De Uvis, et Olivis non deferendis.

II. De poena non permittentis se rimari Notario dampnorum datorum.

III. De pœna apportantis Uvas.

IV. Quod quilibet possit accusare de suo proprio, vel laboritio.

V. Quod Notarius dampnorum datorum possit facere executiones reales, et personales.

VI. Quod Notarius dampnorum datorum teneatur ire scrutando contra dampnum dantes, et de parte debita.

VII. Quod quilibet possit ~~apportare~~ colligere, et asportare de pomis, fructibus jacentibus in, et super possessione sua.

VIII. Quod suspecti teneantur dare fidejussores Notario dampnorum datorum de non dando dampnum.

IX. Poena euntis, vel redeuntis personaliter, vel cum bestiis per possessionem alterius sine licentia illius, cujus est possessio.

X. Poena facientis semitam, vel trajectum per rem alterius.

XI. De arboribus jacentibus, seu pendentibus super possessionem alterius, vel viis publicis, vel vicinalibus incidantur, et eleventur.

XII. Nullus pro dampno dato, vel custodia non facta in carceribus mittatur si dare voluerit fidejussores.

XIII. Poena colligentis olivas alterius sine licentia illius cujus essent olivę.

XIV. Quod Canes de mensibus Augusti, et Septembris teneantur ligati, vel portent uncinum ad collum.

XV. Poena dantis dampnum in arcaturis ~~Communis~~ Molendinorum Communis personaliter, vel cum bestiis.

XVI. Poena dantis dampnum in Palude Communis.

XVII. Poena dantis dampnum in Prato, vel in Palude alterius.

XVIII. Quod liceat unicuique tenere Capras.

XIX. Poena reimplentium formam Paludis, vel impedientium cursum aquarum earundem.

XX. Quod Laboratores, et Conductores Terrarum possint accusare, et denumptiare dampnum dantes in possessione conductoris per eos, et inquisitionem fieri facere de voluntate dominorum possessionum hujusmodi.

XXI. Quod habentes licentia a dno rei non teneantur ad poenam.

XXII. Nulla persona stet, vel moretur extra suam possessionem a Kalendis mensis Iunii usque ad Kalendas Septembris noctis tempore.

XXIII. Poena Forensium dampnum dantium in aliqua possessione Terrę Mevanię cum bestiis.

XXIV. Poena dampnum dantium in Costa Sanctę Potentię.

XXV. Quod Notarii dampnorum datorum teneantur de die, et de nocte scrutari dampnum dantes in bonis alicujus, et de dampno invento per eos habeant quartam partem.

XXVI. De electione Aestimatorum super dampnis datis.

XXVII. Quod Notarii dampnorum datorum teneantur, et debeant facere omnes executiones secundum formam Statutorum, et reformationum, vel ordinamentorum de iis loquentium, et non aliter.

XXVIII. Quod in quolibet Castro, seu Villa territorii Mevanię eligantur sex Custodes ad denumptiandum dampnum dantes in locis alterius.

XXIX. Quod omnes vię publicę, et vicinales terminentur, reinveniantur, aptentur, et manuteneantur per Notarium dampnorum datorum.

XXX. Quod Notarius dampnorum datorum Terrę Mevanię semper, cum fuerit requisitus debeat ire ad omnes operas, et accuncimina fieri facienda per Communem, vel adjacentes.

XXXI. Poena

Constitutio super Pedagiis, et Gabellis, et designatio pretii, ac enumeratio rerum, de quibus Pedagium solvi debet.

Reformatio de Scripturis, et instrumentis ad Commune Mevanię pertinentibus non vendendis, aut alienandis extra Mevaniam.

Reformatio de abusibus in litium procurationibus tollendis, et de bestiis, quę intra Mevaniam retineri non possunt, aut debent.

Rubrica de ordine servando in confectione offitii Consulatus, et in extractione eorumdem.

In Dei Omnipotentis nomine. Amen. Anno Dni millesimo quingentesimo decimo . . . Indictione prima semper Sñu in Christo Patris et Dni Nostri Dni Iulii Divina Providentia Papę II. Die vero XXIV. mensis Ianuarii.

Publico, et generali Consilio Communis, et hominum Terrę Mevanię convocato, congregato, et coadunato in sufficienti numero secundum formam Statutorum dictę Terrę in Sala magna Palatii residentię Magnificorum Dnorum Consulum, quod Palatium positum est in dicta Terra in Guayta S. Georgii juxta Plateam Communis, et res dicti Communis a pl... Col.. ten... et al.. lata, ad sonum Campanę, vocemque Pręconis heri sero pro hac mane, et isto die bannito per . . . . de Hyspello publicum Pręconem, et Banditore dicti Communis de commiſsione, et mandato Magnifici, ac Reverendi Dni Ludovici Furnarii Pręposti aqu . . . . . us Pontificii Do. . . . . Rmi Dni . . . . . Peru . . . . Commiſsarii: Nec non Eximii Legum Doctoris Dni Aurelii Cini de Phano . . . . . Potestatis Terrę Mevanię; et Magnificorum, ac Nobilium Virorum Dni Roberti Scatasſę, Francisci Chrispolti, Pauli Ste. . . . lię, e Ioannis Baptistę . . . . . . men Magnificorum Dnorum Consulum dictę Terrę, ut moris est; In quo quidem Consilio pręfati Dni . . . . Potestas, et Consules proponi fecerunt per me Posſenium Posſen. de Fabriano Cancellarium Communis dictę Terrę pro bono, et evidenti utilitate dicti Communis quid videtur, et placet . . . . . . Consilio, et Consiliariis stantiari, sanciri, et reformari super infrascriptis . . .

Cum pręfatus Dnus Commiſsarius animadverterit, matureque pensitaverit

pensitaverit in Terra Mevania plurima odia inter homines dictę Terrę reperiri: Nec non quosdam discolos, et scelaratos homines sępenumero Officialibus obesse, et impedire quominus eorum Offitium exercere possint, Concupiscens igitur hujusmodi morbo salubrem ahibere medelam, paterna moderatione, et charitate modum, et ordinem in hujusmodi Consilio poni, et dari voluit, ut . . . . nt . . . . et quod orta inimicitię odia omnia deponantur, ut omnes unanimes et . . . . et justitię debitus locus reddatur.


Eximius Legum Doctor Dnus Bu.lus de Albertis unus ex dictis Consiliariis in dicto Consilio existens surgens pedibus, et ad solitam conscendens arrengheriam, Divini Numinis prius invocato pręsidio, super dicta Preposita dixit, et consuluit, quod pro bono pacis, et ut justitię debitas adhibeatur favor, quod Magnifici Dni Consules, qui nunc sunt, et qui pro tempore fuerint, pro quolibet Consulatu cum quatuor, vel sex hominibus per eos vocandis pro Guayta qualibet, qui sint bonę conditionis et famę, et nequaquam seditiosi, habeant arbitrium, et auctoritatem tamquam pręsens Consilium trattandi, componendi, et demum fieri faciendi pacem, indutias, sive treguas inter quoscumque homines, et personas dictę Terrę, ejusque Incolas generaliter. Et demum omnia alia faciendi, et exequendi, quę pręfatis Dnis Consulibus, et hominibus, ut supra, vocandis visa fuerint necessaria, et oportuna cum auctoritate exequendi, capiendi, et carcerandi quemlibet, seu quoslibet inobedientes. Nec non habeant auctoritatem pręfati Dni Consules, et homines, ut supra, vocandi constituendi, ordinandi, et faciendi unum hominem cum decem hominibus pro Guayta qualibet, qui vocetur Caput decem; qui sint et bonę conditionis, et famę ut supra. Quę Capita decem teneantur, et debeant dare, et

assignare

aſsignare Dño Prętori dictę Terrę, seu ejus Carię pro quo-
libet, et qualibet nocte duos homines ex dictis decem ad prestan-
dum favorem invicem in eundo, et perquirendo de nocte, et simili-
ter de dies. Et quando eveniret, et occurreret res majoris importan-
tię in exequendo, tunc, et eo caſu tam de die, quam de nocte, et tam
dicti homines eligendi ad pacem faciendum, ut supra, quam Ca-
pita decem cum illis decem hominibus ad requiſitionem dicti
Dñi Potestatis teneantur, et debeant ire, et sociari dictum Dñum
Poteſtatem, et ejus Curiales cum auctoritate exequendi, capiendi,
et carcerandi, et demum ea faciendi, quę dicto Dño Prętori, et
Dñis Consulibus in prefatis viſa fuerint oportuna, sub poena, et
ad poenam unius Ducati de Carlenis pro quolibet contrafacientium
. . . . . cujus poenę tertia pars sit Camerę Apostolicę, et tertia
Camerę Communis Mevanię, et tertia Exequutorum. Super
quo lecto, poſito, et miſso solempniter partito, ut moris est, ad fa-
bas albas, et nigras, servatis servandis secundum formam Statu-
torum, ut supra, declarando, quod ille, cui placet dictum, et con-
sultatio prefata reddat, et restituat ejus fabam albam del Sic;
cui vero non placet restituat ejus fabam nigram del Non. Et
sic datis, et recollectis dictis fabis, eisque numeratis, placuit
Centum triginta octo Consiliariis restituentibus eorum fabas
albas del Sic, decem novem nigris in contrarium repertis
non obstantibus; Et sic victum, obtentum, et reformatum fuit
ut supra.

Et ego Poſsenius de Poſsenis de Fabriano publicus Apostolica
auctoritate Notarius, et Communitatis ~~Mevanię~~ Terrę Me-
vanię Cancellarius, et Notarius reformationibus prefatis,

. . . . . nationi, et consultationi, et reformationi, et aliis ut supra interfui, et pręsens fui, et ea rogatus scribere, scripsi, et publicavi, et ad . . . . pr . . . . signum, nomenque meum apposui consuetum &c.



Signum mei Pos- senii Cancellarii, et Notarii pręfati.

Reformationem, et Statutum prędictum ex quo cedat . . . . ac quietem Populi prędicti, et est in odium delictorum . . . . approbamus, ac etiam observari mandamus

non obstantibus &c.

Bo. L Vicelegatus.

Gentiles Gualdensis.

Datum Perusię xx . . . .

Reformationes, et Decreta pro bono regimine, et pace Terrę Mevanię editę per Rmum Dnum Cardinalem Sanctę Praxedis Umbrię &c. Legatum. Hic ex mandato prefati Rmi Domini registratę.

Antonius miseratione Divina Tituli Sanctę Praxedis Sanctę Romanę Ecclesię Presbyter Cardinalis . . . . Perusię, Ameriqque Sedis Apostolicę de Latere Legatus. Dilectis Nobis in Christo Consulibus, Consilio, et Universitati Terrę Mevanię salutem &c. Ex injuncto Nobis a Sede Apostolica Legationis Offitio ad ea libenter intendimus, per quę Civitates, et Loca in Nostra Legatione existentia juste, et pacifice regantur, et gubernentur, ut illorum paci, et utilitati consulatur. . . . . equitatis debito id in Dno conspicimus salubriter expedire. Cum igitur retroactis temporibus in dicta Terra Mevanię plurimę dissensiones, et scandala orta sint, et ipsis finem imponere studentes, infrascriptas Constitutiones, et Decreta ibidem perpetuo duratura . . . . Consilio, et conloquio cum hominibus deputatis per dictam Communitatem edidimus, et fecimus.

Imprimis pro bono regimine dictę Terrę Statuimus, quod fiat Consilium dictę Terrę in numero Sexaginta hominum per Nos hactenus electorum, prout in Notula: Quod Offitium duret ad annum. Quo finito alii sexaginta Consiliarii eligantur per ipsum Consilium mittendi ad partitum: Ita tamen quod de ipsis primis, qui in presenti Consilio reperiuntur, nullus eligi possit, nec

debeat, sed habeat devetum ——— per unum integrum annum. Et ita servetur in fine cujuslibet Consilii finito anno ~~futuro~~ temporibus futuris. Qui sic electi habeant, et haber debeant confirmationem a Superiore, qui pro tempore erit: itaquod semper sit numerus sexaginta Consiliariorum. Et quod factum, vel reformatum fuerit per ipsum Consilium sexaginta hominu, vel ipsorum majorem partem, vel per duas partes ex tribus Consilii congregati, valeat, et firmiter observetur, ac si ipsa Universitas, et Commune ipsius Terrę fecisset: Annullantes omne aliud Consilium quod esset, quibuscumque in contrarium faciendis non obstantibus: Sub pœna unius Carleni pro quolibet non veniente ad consilium; et pro tanto ponatur debitor in libro speculi.

Et quoniam ipsa Communitas, et Consilium Terrę Mevanię vigore nonnullorum indultorum, et privilegiorum eidem concessorum per Johannem Cardinalem Florentinum tunc Provincię Legatum, et per Eugenium IV. confirmatorum; nec non vigore ipsius Communitatis Statuti positi sub rubrica de pœna committentis homicidium &c. multa passim delicta, et homicidia impun. . . . . quod omnium delictorum causam esse cognovimus; et inde scandala . . . exoriri . . . . . facilitas venię, et impunitatis spes incendium (a) Tribuit —— delinquentibus . . . . tali morbo adhibere medelam, ne aliis facinorosis . . . . tia concedatur, Decernimus tenore presentium, constituimus, et declaramus quod . . . . Communitas, nec Consilium Mevanię non possit, nec valeat facere . . . . in mutilationibus membrorum, vel in aliis malefitiis capitalibus; sed illa pro tempore puniant secundum

(a) vuol dire = incitamentum =

secundum formam Constitutionum, vel juris Communis &c. Nec poſsit proponi in Consilio, nec arrengari, vel aliter decerni per ipsam Communitatem. Si secus fieret, non valeat, neque teneat gratia siqua fieret. Declarantes concessiones, indulta, et Statuta prędicta super hoc loquentia fuiſse, et eſse irrita, et nulla; et per presentes irritamus, et annullamus, nulliusque roboris, et momenti eſse decernimus. In hoc serventur Bullę Pii, Sisti, Julii, et Leonis contra homicidas edilę, et Constitutiones &c. Sine tamen prejuditio indultorum, et Statutorum quoad alia. Volumus tamen quod de poena dictorum homicidarum quarta pars Communitati servetur, de qua non poſsit fieri gratia per Superiores, eis invitis, et nolentibus.

In aliis autem Malefitiis, ex quibus veniret imponenda poena pecuniaria poſsit ipsa Communitas, et Consilium gratiam facere, dummodo obtineat in Consilio per tres partes Consiliariorum ex quatuor partibus ipsorum: Et tamen non poſsit fieri major gratia ad plus, quàm pro medietate: Sed alia medietas exigatur cum omni vigore, et diligentia, convertenda in muris, et neceſsitatibus dictę Terrę.

Et ut in futurum Offitiales in exequendis malefitiis reddantur promptiores, Decernimus, constituimus, et declaramus, quod Potestas, et alii Offitiales, qui pro tempore erunt, et executionem fecerint, habeant, et habere debeant quartam partem malefitiorum de eo quod fecerint venire in Communi cum effectu, tam de presentibus, quàm de futuris, et etiam de preteritis, quę pervenerint ad manus Camerarii. Et quod Salarium Dñi Potestatis, qui pro tempore erit, sit Centum Florenorum in

totum pro Semestri solvendorum per ipsam Communitatem de Terzaria in Terzariam more solito. Ita tamen quod Potestas debeat esse Doctor, vel Juris peritus, et Studens in jure ad minus per quinque annos. Remittentes tamen tam hoc, quam augmentum Salarii Cancellarii arbitrio Consilii generalis dictę Terrę. Statuentes pręsenti Cancellario Ser Aurelio unum Florenum ultra pro quolibet mense pręstari debere ob exilitatem Salarii, et gravitatem Taxę per ipsum solutę.

Item ordinamus, et decernimus quod fiat numerus sexdecim hominum per ipsum Consilium, qui una cum Consulibus pro tempore existentibus habeant arbitrium, et omnimodam potestatem super pace, et justitia manutenendis. Qui habeant favere Offitialibus, et justitię; et si opus esset, contra facinorosos, et turbantes pacificum Statum arma sumere, Vexillum Communitatis capere, et pręcipere aliis de dicta Terra ut arma sumant, et ipsos sequantur. Partes ad treguam, vel concordiam et pacem arbitrio eorum cogi facere, et constringere per omnia remedia oportuna, etiam via facti, si quieti Terrę expedire videbitur. Et alia facere prout eis videbitur expedire. Et pro justitia, et pace manutenenda ipsis hominibus electis unusquisque parere, et obedire teneatur sub poena Centum Ducatorum a contrafaciente auferendorum, et Camerę Aplicę applicandorum. Quorum Sexdecim Virorum Offitium duret per sex menses. Postea alii eligantur, et surrogentur per ipsum Consilium. Ex nunc pro futuro Semestri esse volumus, et confirmamus homines electos hactenus per ipsum Consilium super ~~modo pacis~~ materia pacis, quorum nomina in

fine

fine scribentur; Dantes, et concedentes eis omnimodam potestatem, et arbitrium pro pace, et justitia servanda, ut supra est expressum; Quos vocari, et appellari volumus Sexdecemviros Conservatores Pacis Terræ Mevaniæ. Qui in manu nostra, vel Vice-Legati, vel Gubernatoris, vel Locumtenentis Fulginei in principio Offitii jurare teneantur in Libro Missalis, ubi Imago Crucifixi depingitur ad Sancta Dei Evangelia juramentum præstare de dicto Offitio fideliter, et intrepide exercendo, omnibus postpositis, et contra proprios Conjunctos, si deliquerint, nullo habito respectu. Sic electi recusare non valeant, nec se excusare, nisi legitime impediti, sub poena Centum Ducatorum pro qualibet vice, et privationem omnium offitiorum dictæ Communitatis, si dictum Offitium recusaverint, et exercere neglexerint. Qui homines electi juraverunt in manibus Rmi Dni Legati in Crucifixo &c.

Item ad tollendum receptationem facinorosis, et hominibus male facere satagentibus, Statuimus, et ordinamus, quod homines, et Massarii Castrorum Gagliolæ, et Turris Communitati dictæ Terræ solempniter se obligare teneantur in manibus Nostris, vel dictorum Sexdecemvirorum, et Offitialium de non dando receptum aliquibus Civibus, vel hominibus Mevaniæ, qui aliquod crimen, vel delictum commiserint, in dictis Castris, vel eorum altero, cujuscumque factionis existerent, et conditionis, sub poena ducentorum Ducatorum pro qualibet vice ipso facto incurrenda, et applicanda pro tertia parte Communitati, pro alia tertia ~~parte~~ Cameræ Apostolicæ, et pro alia tertia Offitialibus vel Barisellis

facientibus executionem. Et si ultra tres vices in his deliquiſse constiterit, volumus ut ex decreto Consilii dictę Terrę diruantur, et destruantur eis Muri, et Męnia, et aperiantur ita ut in futurum sint tamquam Villę, et non Caſtra; ita ut nullus facinorosus in ipsis stare secure valeat, eorum inobedientia ita existente. Promiſerunt Massarii prout ______________ patet manu Cancellarii Communis dictę Terrę &c.

Item volumus, ut nullus homo . . . . . qui deliquerit in futurum poſſit redire in dicta . . . . tertiam si habuerit gratiam niſi post . . . . nec poſſit fieri eis gratia, et habita pace, et publicatis Bonis, niſi lapso dicto tempore; ultra pœnas in dictis Bullis Julii, et Leonis Decimi contentas.

Item volumus quod pro obſervantia pacis nuper modo interventu factę, vel faciendę pro firmiori observantia Consilium dictę Terrę debeat Syndicos constituere . . . . et obligare . . . . sub pœnis, quę videbuntur Nobis, vel Agentibus Nostris expedire. Item statuimus, decernimus, et mandamus sub &c. pœna, omni meliori modo, et forma quibus poſſumus, et debemus . . . . fuerunt creati Syndici, et Procuratores, et se obligaverunt ut supra . . . . Ita ordinamus, decernimus, et statuimus. Nos A. Cardinalis Tituli S.^c Praxedis. . . . . Legatus manu propria.

Obmiſso hic Sigillo.

Datum Mevanię VII. Decembris Anno MD. . . .

Federicus Agatonius . . . . . .

Supra . . . . Dnus Legatus decrevit, quod Guaytę dictę Terrę habeant sortiri, et adęquari . . . . ita quod una non sit major altera, sed ęquales . . . . . in Consilio dictę Terrę . . . . homines ante duo . . pro qualibet Guayta, ~~adęquand~~ ad ęquandum dictas Guaytas, non obstante aliquo decreto, et aliis quibuscumque in contrarium facientibus, quibus expresse voluit derogari.

Johannes Baptista Fundatus Iuris Peritus . . . . Dni . . . . . Legati Auditor, et Commissarius generalis.

Qui . . . . Legatus mandavit prędicta omnia tam Communitati, quàm particularibus observari, et registrari in Libro, et . . . . . Statutorum Terrę prędictę. Et sub pœna rebellionis, et Mille Ducatorum Camerę Apostolicę applicandorum si fuerit contrafactum. &c.

Et Ego Aurelius de Bongratiis de Gualdo Nucerinę Diœceses publicus Imperiali auctoritate Notarius, et ordinarius, et ~~Cancellarius~~ ad pręsens Cancellarius, et Notarius Reformationum Terrę Mevanię prędictis omnibus dum sic agerentur, et fierent interfui, et pręsens fui. Et de mandato . . . . etiam verbo . . . . prefatum Rmum Dnum . . . . omnia prout jacent de verbo ad verbum cop . . . . et registr . . . . originali, quod est in Archivio repositum: et nil addens . . . .

. . . . et sexdecim hominum nomina relicta,
que . . . . perpetuo dura-
tura, prout et alia in . . . . . fidem, et I. . . .
. . . . hic me subscripsi, et publicavi,
Et . . . . me . . . .
. . . .
. . .



. . . . mei Aure lii Notarii prefati.

. . Paulus . . . .
. . . . et sic . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

In

In Dei Nomine. Amen. Anno Dni Millesimo ~~quingen~~ quadrin=tesimo octuagesimo tertio, Indictione prima, tempore Sanctissimi in Christo Patris, et Dni Nostri Dni Sixti Divina Providentia Papę Quarti, die vero ultima Mensis Martii.

Publico, et generali Consilio Communis, et hominum Terrę, Mevanię convocato, congregato, et coadunato in sufficienti numero secundum formam Statutorum dictę Terrę in Sala magna Palatii Communis dictę Terrę, quod Palatium positum est in dicta Terra in Guayta Sancti Georgii juxta Plateam Communis, et res dicti Communis a pluribus lateribus, et alia lata, ad sonum Campanę, vocemque Preconis heri sero pro hac mane bannito per Tatianum R. . . . . . publicum Preconem, et bannitorem dicti Communis de commissione, et mandato Nobilis, et eximii Viri Ser Zaffiri decamplo (sic) districtus Nursię hodierni Potestatis Terrę Mevaniae, nec non . . . . nobilium Virorum Floravantis Peri de . . . . Ser Petri Pauli, Petri Francisci, Magistri Antonii, et Filippi Petri Magnificorum Dnorum Consulum Terrę predictę, ut moris est. In quo quidem Consilio prefati Dni Consules proponi fecerunt per me Gasparem de Lunnariis Cancellarium Communis dictę Terrę pro bono, et ulitate dicti Communis, quid videtur, et placet ipsi Consilio, et Consiliariis consulere, stantiare, et reformare super infrascripta Proposita, obmissis nonnullis aliis, videlicet

Cum Rmus Dnus Dnus Dominicus Gentilis Ricius Ianuensis. Spoleti. . . . . . Amerię, Mevanięque &c. dignissimus

Gubernator viderit . . . . ex inordinato . . . .
. . . . . . impen . . . . . subire . . . . . paterna
caritate ordinare intendit ad . . . . . das impensas . . . .
. . . .
ejus decretum in scriptis missum: Cujus quidem Decreti tenor
talis est, videlicet.

Dominicus Gentilis Ricius Spoleti, Ameriq, Montaneq, Mevaniq=
que Gubernator . . . . cum rationibus . . . .
. . . comprobatis noverimus ad optim . . . . usque . . . .
das, ac . . . . officium spe . . . . . . Idque omni Nostro
studio, et diligentia . . . .
. . . . et fideicommissis, ac creditis non solum . .
. . . . ejusque Reipublicę impensas, ac proventus
ita dirigere, manutenere, ac dispensare . . . . . . in cunctis com=
mendandus, apprimeque optandus ordo . . . .
. . . . fructus, is probe novit, qui in plurima . . . . . .
. . . . tum privata . . . . administratione versatus
fuerit. Hoc autem instit . . . . alia . . . . .
. . . . ita Nobis servandum duximus, ut sine impū, ac de=
sidiosi p Sedis (a) . . . . prętevire non posse exi=
stimemus. Sane cum superioribus diebus proficiscentes ad Terram
Mevaniam, quam Smus Dnus Noster Nobis gubernandam tradi
dit . . . . illius Communitatis redditus, atque exitus
non sint magni . . . . . . habeantur . . . .
ordine, ac necessaria dispositione carerent, ne deinceps . . . . . .
Communitas ipsa tot ferat incommoda, quot pertulisse videtur; du
quod pro subsidio Apostolicę Camerę solvendo asservari debuerat, in

alium

alium usum convertitur, et per consequens pro represaliarum, et executorum impensis subire oportuit suum ordinatum cursum unicuique statuendum putavimus, Decernimus igitur animadvertentes memoratę Communitatis ordinarios introitus Trecentorum, et triginta Florenorum circha summam non excedere, Exitus vero Trecentorum Quadringentorum et sexaginta sex, tenore presentium decernimus omnes et singulas Gabellarum exactiones incipiendas esse uno, et eodem tempore; illasque locari, sive vendi oportere pro uno dumtaxat anno in Kalendis Januarii incipiendo, et ultima decembris sequentis finiendo. Decernimus etiam, et ordinamus, quod ex proventibus Molendinorum Communis dictę Terrę, et Gabellę Cinciarię singulis annis subsidium quod solvi oportet Dño Thesaurario Perusino, persolvatur, ac integraliter, et satisfiat: Nec ex quaspiam alia Gabella pecunia pro eo solvenda comparari, aut extrahi queat. Ex pedagio autem Salarium Potestatis percipiatur: et Dñis Consulibus ex Gabella carnium, ex Aquarolis, et ex Cippo Banni persolvatur Salarium. Nec alicui liceat Gabellas, et Proventus hujusmodi ex antedicto cursu et ordine aliquo modo, aut aliqua occasione antevertere, aut extorquere, sub poena quinquaginta Ducatorum pro medietate Camerę Apostolicę, et pro alia medietate Communitati antedictę applicandorum. Quodcumque autem pro complemento Salarii Potestatis, et Consulum ultra assignationes ipsas addendum erit, ex maleficiis, et aliis proventibus extraordinariis percipi volumus. Et quoniam pro supplemento aliarum impensarum, aut ex [illegible] unam Collectam imponi oportet, hoc modo eandem esse imponendam censemus, videlicet, quod solvantur quinque solidi

pro quolibet Centinario infra tres menses exigendi, incipiendos singulis Kalendis Augusti. Cumque ex ea collecta Centum et septuagintaquinque Floreni, vel circha proveniant, de hujusmodi pecunia summa debita Camerariis, Magistro Granar.. .. Ecclesiis, Depositariis . . . . . . ni Syndicis Communis, Cancellario, et duobus Bajulis persolvi. Et quod reliquum fuerit, una cum pecunia ex pascuis, et dampnis datis exigenda diligenter custodiri, et in expensis extraordinariis necessario fiendis extrahi, ac fideliter dispensari mandamus. Salarium vero Medici more solito exigi, ac persolvi volumus. His igitur omnibus, ut prefertur, dispositis, et ordinatis, quemadmodum res ipsa . . . . communitati antedictę non minus quietis, quam commodi paratum . . . . Quare hoc nostrum decretum probe custodiri, et ab omnibus in vi- . . . . . . observari, et loco firmissimę legis haberi, et in Volumine Statutorum dictę Terrę Mevanię registrari sub dicta poena expresse mandamus, contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum in Arce Spoletana die XX. Mensis Martii 1483.

B. Bennatus Cancellarius mandato ff. E.

Super qua proposita . . placeat redditum Salarium, et salubre consilium, numquid per presens Consilium placcat firmari, seu aliter provideri, vel petere ab ipso Magnifico Dno Gubernatore.

Antonellus Rinchi de Mevania unus ex Consiliariis in dicto Consilio existentibus surgens pedibus, et ascendens solitam arenghieriam, ibique existens, facta prius debita Divini Nominis invocatione, consulendo super dicta proposita dixit, et commendando pru


dentiam

prudentiam præfati Illmi Dni Gubernatoris arrengavit, et confirmavit decretum præfati Illmi Dni Gubernatoris, illudque in Volumine Statutorum dictæ Terræ registrari . . . . . . ac perpetuo observari loco firmissimæ Legis, sub poena in dicto Decreto posita, et descripta.

Baptista Ser Fabbi alius Consiliarius in dicto Consilio existens surgens ~~pedibus~~ pedester, ascendensque solitam arrengheriam animo consulendi, facta prius Omnipotentis Dei, et Sanctorum ejus invocatione, super dicta Proposita confirmando dictum, et consiliū redditum per Antonellum Rinchi Consultorem prædictum; addidit, quod dicti proventus, et intratæ Molendinorum Communis, et cinctiaria vendi debeant per Dnos Consules dictæ Terræ ~~perpetuo~~ pro tempore existentes; et de pretio prædicto nihil accipi, vel minui possit quousque dictum subsidium fuerit integraliter solutum, et satisfactum. Reliquum vero siquid erit sit ipsius Communis. Salvo quod granum solitum accipi de cassa dictorum Molendinorū pro expensis Dnorum Consulum etiam in futurum extrahi liceat, prout hactenus extitit observatum, absque aliqua poena.

In reformatione cujus quidem Consilii redditi per supradictū Antonellum Consultorem cum additione dicti Baptistæ misso solemni, et diligenti partito ad fabas albas, et nigras hoc modo, videlicet, Quicumque vult, et sibi placet dictum, et consilium redditum per Antonellum Rinchi in, et super dicta Proposita cum additione dicti Baptistæ alterius Consultoris, reddat, et restituat ejus fabam albam in Pissidem, seu Bussulam del Sic. Volentes ~~autem~~ vero contrarium, reddant, et restituant eorum fabas nigras

in Buſsulam del non. Unde datis, et recollectis fabis per Talianum Bajulum, et deinde per me Gasparem Lunanum Cancellarium numeratis, placuit dictum Consilium cum additione predicta uni et triginta Consiliariis, qui restituerunt eorum fabas albas in buſsulam. Et sic fuit victum, obtentum, et reformatum non obstantibus duobus Consiliariis, qui fabas nigras restituerant in Buſsulam del non.



Et Ego Gaspar Angeli de Lunanis de Mevania publicus imperiali auctoritate Notarius, et Judex predicte ordinationi facte in dicto Consilio, et omnibus aliis, ut superius legitur, interfui, eaque rogatus scribere, scripsi, et publicavi, et ad fidem premiſsorum me subscripsi.

Dominicus Gentilis Ricius Spoleti, Amerie, Montanee que &c. Gubernator.

Antescriptum decretum per Nos, ut profertur, editum publico Mevanatum Consilio, et consensu approbatum cum dictis additionibus tenore presentium confirmamus, emologamus, et in hanc formam redactum, prout jacet, cum omnibus suis conditionibus . . . . . et loco firmiſsime, ac validiſsime legis haberi, servarique mandamus. Hoc tamen addentes quod ex intratis Molendinorum aſsignatis percipi queant expense pro dictorum Molendinorum manutentione, conservatione fiende. Qui . . . . et neceſsariis expensis hujusmodi ad persolvendum subsidium non sufficerent, illud quod deeſse comperietur . . . . qua . . . . collectum, nec non ex pascuis suscipi volumus, contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum . . . . loco sigilli

sigillo die . . . . Aprilis ~~MCCCCLVIII~~ — (a) MCCCCLXXXVIII.

(a)

(a) Segue appresso altra indicazione in Italiano relativa al decreto supe=
riore colla nota della conferma fattane in Latino, delle quali non
si è potuto argomentare il contenuto, per esser affatto cancellate le lettere.

In Dei Nomine. Amen. Indictione

vero tempore Dñi in Christo Patris, et Dñi Nostri

Dñi Innocentii Divina Providentia Papę octavi diebus, et mensi-

bus infrascriptis nonnullarum

Consilio Communis, et hominum Terrę Mevanię

more

Die Mensis Decembris 1490.

Convocato, et coadunato publico, et generali Consilio Communis, et

hominum dictę Terrę . . . . . . in valido nume-

ro, ut moris est, heri sero bandito pro ~~hodie, et~~ hac die per . . . . mo-

um de Arimino Prçconem, et Banditorem Communis Me-

vanię ad sonum Campanę, vocemque Prçconis de mandato

spectabilis Viri . . Zaffiris de Campolo de . . . .

. . . . Pote . . dictę Terrę; et egregiorum virorum . . . .

Gasparis, magistri Iohannis

Cons. Populi dictę Terrę in Palatio Communis, ab uno . . f

. . ate . . . . pito Ex. et alia lat. In quo

Consilio . . . . computatis . .

. . . . mero Dñis Consulibus . . . . andis

ip . . . ho . . . Consultoribus in eo existentibus. Ego Christoforus

. . . . mandato . . . . . . Consulum Populi . . . . .

. . . preposit

Strenuus

Strenuus Vir Anthonellus Rinche unus ex Consiliariis in dicto Consilio existens surgens pedibus, et ad solitam arrengheriam ascendens ubi solita . . . . . . qp. invocato primo et ante omnia Divini Numinis suffragio dixit, et consuluit super dict. . . . bono publico, quam pro honore dictę Terrę . - - - - -

. . . in bancho causarum civilium dictę Terrę vadant, et scribantur per Judicem

In cujus quidem Consilii redditi per dictum . . . honellum Consultorem reformatione super dicto bono ~~pu~~ Communis misso diligenti, et solemni partito ad fabas albas et nigras more solito, hoc modo videlicet, quod quicumque vult, et sibi placet dictum Consilium Anthonelli sit una pars, quę ejus fabam albam del Sic reddat, et restituat in Bussula. Volentes vero contrarium reddant eorum fabas nigras del Non in Bussula. Unde datis, et recollectis fabis per Talianum, et Anthonium Bajulos Communis; Et demum per me Christoforum Cancellarium diligenter numerati

numeratis, placuit dictum Consilium trigintanovem Consiliariis, qui eorum fabas albas del Sic in Buxulam restituerunt, nulla nigra in contrarium existentia, victum, obtentum, et reformatum fuit &c.

Eodem Millesimo Indictione X. Pontificatus, die vero XIII. Decembris 1490.

Consilio generali Communis, et hominum dictę Terrę coadunato in habitatione Communis, et domo Communis, et in plantato super stabulum v.. per . . . . . scolarum . . . . cendos publicos . . . . bona Communis, &c. de mandato dominorum Consulum, et in absentia Dñi Iasonis eorum Collegę Bandito per Tubatorem in dicta die &c. In quo Consilio interfuerunt triginta . . . . consiliarii, ubi inter alias propositas feci, et proposui infrascriptum.

. . . . am homines electi de dicta Terra pro C. . sto . . . . . et . . . officium Consulatus teneantur, et debeant continuam moram, et residentiam facere in Palatio Communis prędicti facere vigore ordinibus jam factis, quos aliqui sunt ausi frangere, et rumpere de dicta . . . . . pro Consulibus . . . . . . in grave damnum, dedecus, et prejudicium dicti Communis, Ideo providendum, sentiendum, et reformandum est pro honoris recuperatione imposterum prędictę Mevanię, ad hoc ut residentia in Pretorio assidua sint.

Egregius Vir Ser Gaspar Angeli unus ex Consiliariis in dicto Consilio existens surgens pedester, et arrengando super dicta

Proposita

Preposita, divino tamen auxilio primitus invocato, dixit et consuluit, quod si in dicto officio Consulatus esset aliquo modo extractus, qui sit absens a dicta Terra, quod debeat certiorari pro una die more solito expensis Communis, et non ultra. Qui sic extractus si responsum dabit velle continue residere . . . . . in dicto Pretorio solito, quod teneatur a principio usque ad finem dicti offitii laudabiliter servire. Et quando in principio sui Offitii se eo contulisset, tunc debeat per Consilium in alium providere iuxta oportunitatem dicti Offitii, seu Consulatus. Et si incepserit ipsum — , offitium, et usque in . . . . . non perseveraverit, perdat ad . . . . totum.

Oſservazioni

Sopra il Codice Msto in pergamena contenente gli Statuti della Città di Bevagna, e sopra la Copia di eſso fatta.

Il Codice Msto ora eſistente, di cui da circa tre Secoli si è valuta la Città di Bevagna pe'l suo regolamento Politico, e Giudiziario, abbenche non sia l'Originale, nondimeno per l'accettazione ed uso continuato di tutto quel Publico non ha lasciato d'eſser l'autentico.

Occaſione a una tal copia diede e l'ingiuria del tempo, per cui dal lungo uso, ed attrito restò l'Originale in parte cancellato, e corroſo; e la malizia degli Uomini che per loro privato intereſse in altra buona parte lo lacerarono, e depravarono.

Narraſi nel Proemio del Libro Quarto, che molto prima del tempo di Martino V. per un tal motivo fu duopo farlo ricompilare, e ridurre alla primiera integrità; il che si ottenne coll'opera di Tommaſo Matteucci, e Compagni, i nomi de quali leggevansi allora alla testa del Libro Primo.

Nello steſso luogo si fa pur menzione, che su tal esempio sotto il Pontificato del prelodato Martino V. dovette quel Publico risolversi a farlo ristabilire, emendare, e supplire di bel nuovo, dandone l'incarico ai Consoli, e Capi del Popolo, avendo già corſo l'originale il medeſimo disastro in tutte le sue parti; e specialmente nel Libro Quarto, il quale, come ivi notaſi era più degli altri deturpato, e mancante.

Nè lungo tempo, per quanto rilevaſi dal Proemio del Libro Primo, durò in questo stato felice; mentre nell'anno 1500. regnando Alessandro Sesto era di già stato lacerato nuovamente in

buona parte e corrotto; per lo che dovette replicatamente intraprendersene il ristauro, come si fece, da quel Publico, coll'investire per tal oggetto di pienissima autorità il Giureconsulto Giovanni Pantaleoni, ed alcuni altri, i nomi de' quali ora più non sono legibili. Che essi però in tal occasione non lo restituissero alla primiera sua integrità, somministrano chiaro argomento le frequenti lacune, che nel Codice s'incontrano. Il che forse avvenne, o perche non ebbero il campo di supplirlo interamente, o perche non la stimarono cosa necessaria alla perfezione dell'opera.

Dall'Esemplare che in questo tempo esisteva accresciuto, e corretto dal nominato Pantaleoni, e da quest'Epoca riconosce la sua origine il presente Codice de' Statuti. Ciò chiaramente scorgesi non solo dal genio del carattere, e dall'aspetto di tutto il MStto, ma ancora dall'uniformità, con cui vedesi descritto insino alla Riforma, che su di alcuni capi fu fatta nel medesimo anno 1500. coll'approvazione, e conferma di Ludovico Borgia ~~Legato~~ Cardinale Legato allora dell'Umbria, e Nipote e Sorore dello stesso Alessandro Sesto. Succedono, è vero, a questa altre riforme più, e meno antiche; ma esse sono di altra mano, e disposte senza ordine di Cronologia; per lo che riconosconsi inserite al Codice medesimo per l'obligo, che correva di registrarvele; le anteriori ad Alessandro Sesto ~~come~~ come ritrovavansi già descritte, e leggibili; e l'altra sotto Giulio Secondo all'oportunità in cui fu formata.

Se però gravi furono i danni sostenuti dagli Esemplari precedenti di questi Statuti, può dirsi con ragione che molto maggiori ne ha sofferti il presente, a danno di cui han congiurato non solo le ingiurie de' tempi, e la malizia degli Uomini col

cancellarne

cancellarne, corromperne, e lacerarne gran parte; ma ancora l'imperizia, e negligenza dell'Amanuense, il quale se scusabile in parte per la depravazione dell'originale, che aveva sotto degli occhj, non lascia d'esser colpevole per avervi tralasciato, e fattosi sfuggire molte voci, e periodi; e per averne a capriccio interpretato le abbreviature; per la qual cosa il più delle volte o vi ha sostituito una voce per un'altra, o ha inverso le leggi della grammatica.

Sembrava pertanto, che dovendo farsene nuova Copia da servire per uso del Publico, si procurasse darla emendata quanto più fosse possibile. A quest'oggetto, osservando con ogni attenzione le leggi communemente pratticate nella trascrizione di antichi Codici, si è aggiunta in primo luogo l'interpunzione, la quale o mancava nella massima parte, o non era situata al suo luogo; senza di che molto malagevole sarebbe riuscito il comprendere il vero sentimento del Testo: Ed in virtù delle medesime regole si sono aggiunti i Dittonghi, che similmente mancavano.

Ove chiaro appariva l'equivoco dell'Amanuense in sostituire una voce per un'altra, vi si è collocata la vera. E parimente dove scorgevasi aver egli per inavvertenza trascorso un qualche termine necessario alla integrità del sentimento, si è procurato di supplirvelo, conformandosi allo stile osservato in altri casi analoghi dai Statutarj. Quando però è nato il dubbio su di ciò che doveva supplirsi, o a tempo non se n'è percepito il difetto, si è notata a piè di pagina la mancanza, o il supplemento, e correzzione che poteva farsi, col richiamo alfabetico segnato nel Testo fra due parentesi.

Si sono in appresso emendati gli errori di Ortografia, e di

Grammatica. Li primi perche meno oscura riuscisse in questi tempi purgati la lettura del Testo; ed i secondi per=che chiaramente appariva esser stati tutti commessi dall'Amanuense per le cagioni di sopra addotte; e non già per im=perizia di Lingua nei Compilatori di essi Statuti, li quali se hanno bene spesso usato degl' idiotismi, o voci popolari, hanno ciò fatto a bella posta, e per saggio temperamento, essendo pur troppo conveniente che gli Statuti, e Leggi da essi formate, co=me riguardavano gl'interessi, e obligazioni di tutti, così fossero ovvie, ed aperte all'intelligenza Commune.

Una tal variazione non toglie certamente alla presente Copia la sua autenticità, perche essa è meramente accidentale, e non ne varia ne punto ne poco la sostanza: Che anzi, a confessare il vero, dovrà riputarsi più perfetta dell'antica. Mentre se quella non la=sciò d'essere autentica, abbenche l'Amanuense la svisasse in tante guise, e in molte cose ancor sostanziali, molto più per autentica dovrà aversi questa seconda, la quale, per quanto è stato possibi=le, si è ridotta alla primiera lezione. Tuttavia per toglier ogni ambiguità da chi non fosse abbastanza versato in simil materia, si dà qui appresso la Collazione del Testo, e della Copia, da cui, ~~come~~ in un aspetto potran vedersi le variazioni fatte, ed esaminarne la giustizia. Si avverte però che in questa non sa=ran compresi tutti gli errori grammaticali, ne tutte le voci emen=date nell'ortografia: mentre, a parlar senza esagerazione, cor=revasi rischio, che il Volume delle Collazioni superasse in gran=dezza quello degli Statuti. Basterà notare in succinto, che le voci emendate in ortografia sono ordinariamente le seguenti cò loro composti, e derivati, le quali anche nel Codice istesso non si veggono scritte sempre allo stesso modo,

Acetare

Cod.	Cop.
Abissus	Abyssus.
Actare	Apstare
Actendere	attendere
Actenus	hactenus
Alvius	Alveus
Cappsanna Cappana }	capsanna
Capsud	Caput
Cohadunare	Coadunare
Comodo	Quomodo
Comodare	Commodare
Communis	Communis
Contenctus	Contentus
Condictio	Conditio
Coptus	Coctus
Dampsui passi	Dampsupassi
Dampsuo passo	Dampsupasso
Degierare	Dejerare
Elymosina	Eleemosyna
Ebdomada	Hebdomada
Extimare	aestimare
Hedificare	aedificare
Honus	Onus
Hos	Os. bocca
Hostium	Ostium
Ignuria	Injuria
Inchoare	Incoare
Lotamen	lętamen
Mevanea	Mevania
Miliare	Milliare
Nichil	Nihil
Nichilominus	Nihilominus
Obmittere	omittere
Obstendere	Ostendere
Oschuritas	obscuritas
Ortus	Hortus
Pretes	Preces
Preposita	Proposita
Prohitio	Projicio
Prohicere	Projicere
Quot relativo	Quod
Semdicus Sindicus }	Syndicus
Set	Sed
Scola	Schola
Ydoneus	idoneus
Ymo	Immo.

Collatio

Codicis Manuscripti Statutorum Urbis Mevaniæ cum Ectypo recenter exarato.

Pagina : Columna : Linea	Codex	Pagina : Linea	Ectypum
	Proemium Libri Primi		
1 : 1 : 5.	Voluitque ipsos justitiam diligi.	1 : 4.	Voluitque per ipsos justitiam diligi.
	Rubr: 2.a		
– 3 : 18.	Si vero acceptaverit infra dictum &.	4 : 17.	Si vero non acceptaverit infra dictum &.
2 : 2 : 49.	una cum Statuto loquitur.	10 : 1.	una cum Statuto loquente.
– 3 : 2.	presentati sibi dictam &.	– 4.	presentanti sibi dictam &.
– – 4.	Statuta Populi quot.	– 5.	Statuta Populi, quam.
– – 8.	Sindico supradicti recipienti.	– 8.	Syndico supradicto recipienti.
– – 29.	per Consules eligendos.	– 21.	per Consules eligendum.
– – 38.	nulli sorsiatur effectum,	11 . 1.	nullum sortiatur effectum.
	Rubrica 3.a		
– 4 : 23.	per quemcumque occupationem	12 : 1.	per quemcumque occupata.
– – 35.	super hoc deputandum.	– 11.	super hoc deputandis.
3 : 1 : 8.	offitialis ejus, vel Familiaris.	13 : 3.	offitiales ejus, vel Familiares
– – 28.	Quo Statutum, et singula.	– 19.	Quod Statutum, et singula
– – 35.	debeat recipere.	– 24.	debeant recipere.
– – 37.	tempore ipsius semdicatus petet coram eorum semdicis, et racionatoribus qui in his et aliis sententiis ipsorum racionatorum.	– 25.	tempore ipsius Syndicatus petent coram eorum Syndicis, et ratiocinatoribus, qui in his, et aliis sententiis ipsos ratiocinabunt.

Rubrica 4.a

3:2:14. in Mevanea obtinet.	14:21. In Mevania obtinentes
--34. et dampnumdat. ad ipsorum expectant.	15:11. et dampni dati ad ipsos spectantes.
-3:33. dictas Notarias computet sacramentum.	16:27. dictis Notariis computet sacramentum.

Rubr. 6.

-4:13. Racionatimibus Comunis.	17:27. Ratiocinatoribus Communis

Rubr. 7.a

--27. in dicto Consilio existente.	18:12. in dicto Consilio existentes.
4:1:5. Notarii quorum licet.	19:11. Notarii quorumlibet.
--25. De sententia v.o diffinitam.	-28. De sententia vero diffinita.
-- 33. satisfaciat eidem.	20:7. satisfiat eisdem.
-- 36. teneatur scribere	-10. teneantur scribere.
--40. habere possit	-13. habere possint.
--45. si ultra dictas quantitates recipiat a Co.i vel sp.libus personis solvat in Cippum &.	--18. si ultra dictas quantitates recipiant a Communi, vel specialibus personis, solvant in Cippum &.
--51. comuniter dividant	-23. communiter dividatur.
-2:15. cum non possit recipere	21.8. cum non possint recipere
--30. non habeat vocem in Consilio.	-22. non habeant vocem in Consilio.

Rubr. 8.

-3:6. Que captura	22:18. Que Capture.
--20. de necessitate ipse ambassiate qua redire comode non posset.	23.6. de necessitate ipsius ambassiate, qua redire commode non possent.

--26. die qua extra Mevaniam steterit	-8. die qua extra Mevaniam steterint.
--28. assignare teneatur	-13. assignare teneantur.
-4:2. nullus pignoratur.	24:9. nullus pignoretur.
--8. in Mevanea et burgos	-14. in Mevania, et Burgis.

Rubr. 9.

5:2:11. satisfaciat eis prout	28:8. satisfiat eis prout
-4:10. ipsis Fluminis, et Pontibus.	31:8. ipsis fluminibus, et Pontibus.
--19. de sex mensibus sex mens.	-15. de sex mensibus in sex menses.

Rubr. 11.

6:1:49. teneatur in Consilio gnli	33:17. teneatur eligi facere in Consilio generali
-3:5. per districtum Mevanee fient aliquod	35:2. per districtum Mevanię fieret aliquod.
--11. teneatur dampno passo de proprio emendare	-8. teneatur dampnum passo de proprio emendare.
--36. sibi amittere teneatur	-25. sibi admittere teneatur.

Rubr. 12.

7:1:23. quando ipsam paludem esset apud comune	37.25. quando ipsa Palus esset apud Commune.
-2:14. videant sit faciendum in palude predicta	38:24. videant quid sit faciendum in Palude prędicta.
--23. ea que fuerint per eos ordinatum	39:1. ea quę fuerint per eos ordinata.
-3:7. et duobus in medio sit cupa.	-24. et duobus pedibus in medio sit cupa.
--15. et plantati manuteneri faciant	40:3. et plantatam manuteneri faciant

8:1:12. de calcinario ea die elevaverit.	42:11. de calcinario, nisi ea die elevaverit.

Rubr.^a 18.

— 4:13. et tractari infra octo dies	45:18. et reaptari infra octo dies.
—— 16. postquam in aliquo deguastatum, vel deterioratum fuerit	— 19. postquam in aliquo deguastati, vel deteriorati fuerint.
—— 29. postquam ab eo petitum fuerit	— 26. postquam ab eis petitum fuerit.
—— 30. ad penam prestiti juramentum	— 27. ad pœnam præstiti juramenti.

Rubr.^a 19.

9:2:20. ipsarum æstimationem ipsius equi	47.26. ipsam æstimationem ipsius Equi.

Rubr.^a 21.

— 4.10. quanto melius fieri poterit. Et illud &c.	49:27. quanto melius fieri poterit, remitti facere. Et illud &.
—— 20. pena decem librarum pro quolibet. Et idem &c.	50:7. pœna decem librarum denariorum pro quolibet condempnetur. Et &c.

Rubr.^a 23.

10:2:51. cui restituere deberent debeant condempnari.	53:6. cui restituere deberet, debeat condempnari.
— 3:14. vel alicujus eorum pervenerint	— 15. vel alicujus earum pervenerint. (*)
—— 25. cum eorum juxta taxationem.	— 23. cum eorum æstimatione juxta taxationem

Rubr.^a 24.

(*) questo passo potrebbe emendarsi altrimenti.

11:1:9.	et qui pro tempore ex= bannietur	55:16.	et quę pro tempore ex bannirentur.
			Rubr.^a 25.
– –40.	omnes et singulos de Me= vania graſsiam et res vetitas	56:10.	omnes et singulos de Me= vania extrahentes graſsiã, et res vetitas.
– 2:9.	nec persone aliqua respon= dere	– 26.	nec pro persona aliqua re= spondere
			Rubr.^a 26.
– –17.	qui pro tempore fuerit quilibet alius Officialis.	57.5.	qui pro tempore fuerit, et quilibet alius Officialis.
			Rubr.^a 27.
– 3:1.	donec obtineatur fit mo= dum infrascriptum	58:5.	donec obtineatur secundũ modum infrascriptum
– – 38.	et fienda in ipsis consi= liis	59:5.	et facienda in Consiliis ipsis (*)
			Rubr.^a 29.
– –46.	poſsit consulere vel in eo aliquid reformari	– 11.	poſsit consuli; vel in eo ali= quid reformari.
			Rubr.^a 32.
12:1:10.	Et quod supra claves di= ctarum portarum ha= beat	67.9.	Et quod semper claves di= ctarum portarum habe= at
– – 17.	Et qui ex elegerit ultra dictam formam in ean= dem penam et ipsa ele= ctio evanescat.	– 13.	Et qui eos elegerit ultra dictam formam in eandẽ pœnam incurrat, et ipsa electio evanescat.
			Rubr.^a 35.

(*) variata per inavvertenza

_2:33. vel contra formam re= formatorum Consiliorum	63:11. vel contra formam refor= mationum Consiliorum.
__40. stare debeat ad rationem reddendo	_14. stare debeat ad rationem reddendum
_3:15. fuerit. . . . . obmissa so= lempnitatis juris.	64:3. fuerit. . . . omissa solem= pnitas juris.
__17. processus et obire obtine= at firmitatis	_5. processus robur obtineat firmitatis.
__42. prout convenire ita quot	_23. prout convenire crediderit, ita quod (*)
_4:14. Et Capitulum sit precisum	65.9. Et hoc Capitulum sit precisum

Rubr.° 37.

13:1:4. quam penam de facto a contrafaciente per Potesta= tem auferatur.	66:9. que pœna de facto a contrafaciente per Potestatem auferatur.

Rubr.° 39.

__26. teneatur actari et manute= neri ad adjacentium, vel saltim de ipsis adjacenti= bus sex	_27. teneatur aptari, et manutene= ri facere ad petitionem adjacen= tium, vel saltem de ipsis ad= jacentibus sex.
__37. quominus aqua fluens in di= cto fonte venire possit	67.4. quominus aqua fluens in dictum fontem venire possit.

Rubr.° 40.

_2:8. qui habeant ad plenum potestatem	_18. qui habeant plenam pote= statem.
__14. nullum dampnum refe= rant possessiones habitan= tibus	_21. nullum dampnum referant possessiones habentibus

(*) sarebbe meglio correggendo così = prout convenire sibi videbitur &.

Secundi Libri
Rubr.^co 1.º

-- 35. si de partium prodeat aliter procedendo	69: 10. si de partium voluntate prodierit aliter procedendo.
-- 43. Et cum ageretur actione personali infrascripto modo videlicet	-- 16. Et cum ageretur actione reali, vel personali, procedatur infrascripto modo, videlicet &.
-4: 29. exbannimentum ratum habeat et maneat	71: 15. exbannimentum ratum habeatur, et maneat.
-- 36. mittatur actor et possessionem petito. Et in hoc superiori quando datur tenuta	-- 20. mittatur Actor in possessionem petitę tenutae. Et in hoc semper quando datur tenuta.
-- 46. Et persona intelligatur suspecta que detineatur per alium	-- 27. Et si persona intelligatur suspecta, quod detineatur per alium.
14: 1: 16. dumtaxat adverse partis defensione legitima reservato	62: 10. dumtaxat adversę parti defensione legitima reservata.
-- 18. Si vero actum fuisset actione personali possit debitor ipsam tenutam &	-- 10. Si vero actum fuisset actione personali possit Creditor ipsam tenutam &.
- 3: 1. uni tantum detur alio si vel fuisset impeditus sive non	74: 2. uni tantum detur, alio non audito, sive fuisset impeditus, sive non.
-- 3. ad petitionem Actoris sive per ipsos testes debeat publicare productos	-- 4. ad petitionem Actoris, sive Rei ipsos testes debeat publicare productos
-- 18. si actor tot ad tantas dilationes vellet	-- 12. si Actor tot, ac tantas dilationes vellet

--37. sive sit actum actione reali sive actione reali sive personali et reali.	--24. sive sit actum actione reali, sive personali, sive personali et reali
-4:6. Comuni Mevanee quinque sol.	75:9. Communi Mevaniç in quinque solidos
--9. Et quadraginta sol. supra	-11. Et a quadraginta solidis supra.

Rubr.ª 2.

--11. executioni mandari faciat citari reum	-22. executioni mandari faciat, et citari reum.
--33. executioni mandetur. Et ipsum reum	-28. executioni mandetur, ipsum reum
--36. quam etiam in tenutā dandā.	76:2. quam etiam in tenutam dando.
--38. poſsit creditor ambabus quatuor &c. experiri.	-3. poſsit Creditor ambas quatuor &c. experiri.
15:1:21. supradictus terminus per judicem aſsignatus	-26. supradictus terminus per Judicem aſsignetur.
--35. satisfecerit Creditori. Et si inde disceſserit	77:7. satisfecerit Creditori, si inde disceſserit.
--39. pena sibi imposita condempnetur	-10. in pœnam sibi impositā condempnetur.
--45. Et de satisfaciendo. Et si talis debitor disceſserit	-14. Et de satisfaciendo si talis debitor disceſserit.

Rub.ª 3.

-2:22. modo prędicto in supra scripta Statuto contenetur	78:5. modo prędicto in suprascripto Statuto contento.

Rubr.ª 4.

-3:3. exequant, et executioni mandare ad ipsius Laudi &c executioni	-27. exequi, et executioni mandare. Et ad ipsius Laudi &c. executionem

– – 10. defensionem opposuerit vel obiceretur	79. 4. defensionem opposuerit, vel obiiceret.
– – 31. Et opponi non posset	– 16. Et opponi non possit.
	Rubr.ca 5.
– – 45. vinculo in quodam quaterno scribere teneatur	– 27. vinculo juramenti in quodam quaterno scribere &.
– – 48. Et quelibet questio seu res vel factam unde questio ubi non esset quantitas expressa exterminetur per actorem & et secundum eorum extimationem	– 28. Et in qualibet questione, seu re, vel facto, unde questio, ubi non esset quantitas expressa, determinetur per actorem &. et secundum ejus extimationem
	Rubr.ca 7.
– 4: 28. que per omnes Notarii scribi possint	80: 22. que per omnes Notarios scribi possint
– – 29. prout de contrahentibus processerit voluntate	– – 23. prout de contrahentium processerit voluntate.
	Rubr.ca 8.
– – 42. quot talis que negaret Iudicem vel Notarium, vel qui negaretur esse vel fuisse in possessione.	81. 4. quod talis, quem negaret Iudicem, vel Notarium, vel qui negaretur, esse vel fuisse in possessione.
	Rubr.ca 10.
16: 1: 21. vel de aliquo sit publica vox,	81: 24. vel de quo sit publica vox,
	Rubr.ca 12.
– – 50. contractum vel factum contracta vel facta	82: 15. contractum, vel factum, seu contracta, vel facta
– 2: 7. possit dictum juramentum teneatur et debeat exprimere in partito &	– 20. possit dictum juramentum reprobare. Et quilibet juramentum deferens teneatur & (*)

(*) Quest'aggiunta è nel Codice di altra mano segnato in margine.

Rubr.ª 13.

-- 44. debeant ponere instrumentis	83:15. debeant ponere in instrumentis
-3:7. pro aliquo civili debitori	Rub. 14. - 25. pro aliquo civili debito

Rubr.ª 16.

-3:45. preter dictus suspectus	84.23. preter dictos suspectos,
-4:9. et viribus, et allegationibus	85:5. et juribus, et allegationibus
--15. alteri parti reficere teneantur	- 9. alteri parti refici teneantur
--26. Et non possit habere consilium	- 17. et non possit haberi consilium

Rubr.ª 19.

17:1:34. solvere debet. Et post ipsum ingressum	87.5. solvere debet, post ipsum ingressum

Rubr.ª 21.

-3:8. teneantur & executioni mandab.	88.28. teneantur & executioni mandare
-4:11. majorem partem ipsorum fuerit	90:9. majorem partem ipsorum factum fuerit (*)
--22. nec debeant a partibus aliquid salarium	- 18. nec debeant pretendere a partibus aliquod salarium (*)

Rubr.ª 25.

18:1:48. pro qualibet comuni Mevanee condempsnetur.	92:15. pro quolibet Communi Mevanie condempsnentur

Rubr.ª 26.

-2:8. dum questio alimentorum penderet. Iterum Potestas et Iudex si non haberent comodo ~~de~~ viverent alimentarii faciat si eis videbitur	- 23. dum questio alimentorum penderet, interea Potestas et Iudex, si petentes non haberent quomodo viverent, alimentari faciant si eis videbitur.

Rubr.ª 27.

--15. fidejussionibus indempnis conservandis	93:1. fidejussionibus indempnibus conservandis
--19. in curiam vel extra	- 4. in Curia, vel extra

Rubr.ª 31.

—4:48. similibus sui juris fa= ctum esset	96:15. similibus sui juris facta essent
Rubr.ca 32.	
19:1:27. procedant procedere possint	97:8. procedant, et procedere possint
Rubr.ca 34.	
—2:6. ad petitionem parti petentis	98.3. ad petitionem partis petentis
——10. si q. extiterit clausum per altius partis reficiantur ex= pensis per alteram partium.	—6. si q. extiterit clausum per ex= pensas alterius partis, reficiantur expensę per alteram partium.
——45. penas al.s procedenti quam ei qui q.	99:2. poenas aliquas producenti, quam ei, qui q.
Rubr.o 35.	
—3:14. probaretur per bonos et legitimos testes	—15. probaret per bonos, et legitimos testes
Rubr.o 37	
—4:43. Et locum habeat in pręsentibus,	101.12. Et hoc locum habeat in pręsentibus,
Rubr.o 38	
20:1:3. non obstante aliquo Statuto Comunis q. in contrarium loqueretur. Et prę= dicta teneatur Potestas vinculo juramenti.	—20 non obstante quod aliquod Statutum Communis q. in contrarium loqueretur. Et ad prędicta teneatur Potestas vinculo juramenti.
——11. prout alii Mevanati.	—25. prout alii Mevanates
Rubr.ca 39.	
——32. inspecta quantitate et qualitate persone.	102:10. inspecta quantitate bonorum, et qualitate personę.
Rubr.ca 40.	
——41. si lix contestaretur	—15. si lis contestaretur.
Rubr.o 41.	
—2:10. ad penam vigintiquinque libr. pro qualibet	—26. ad poenam vigintiquinque librarum pro qualibet
——18. pro eorum salario duodecim denarios pro qualibet	103:4. duodecim denarios pro qualibet
——22. loquente in contrarium prędicte non obstante	—6. loquente in contrarium prędictorum non obstante

Rubr.^ca 43.

-- 35. de suspectione debitor.	- 15. de suspicione debitorum.
-- 38. dixerit se suspectionem habere	- 17. dixerit se suspicionem habere.
-- 45. vinculo juramenti, et ad penam incontinenti	- 21. vinculo juramenti, et ad penam 25. librar. incontinenti

Rubr.^ca 44.

-3: 20. De forma danda in tutorem &c. alicui minorem.	104. 11. de forma dandi in tutorem &c. alicui minori.

Libri 3.^i Rubrica 3.^a

21: 2: quam ipsi viderint expediuntur	108. 23. quam ipsi viderint expedire.

Rubr.^a 4.

-2: 36. possint levare in ipsa Costa	109: 5. possint lignare in ipsa Costa.
-- 39. sit licitum levare in dicta costa de lignis et sicchis tantum comodo et benefacte	- 7. sit licitum lignare in dicta Costa de lignis tantum et siccis

Rubr.^ca 6.

-3: 13. aliqua defectione reparatione aliqua indigeret de bonis ipsorum hospitalium	- 25. pro aliqua defectione reparatione aliqua indigeret, de bonis ipsorum Hospitalium reparetur.

Rubr.^ca 7.

-- 18. Cum Ecclesia S.^ti Vincentii minandum ruinam	110. 2. Cum Ecclesia S.^ti Vincentii minetur ruinam
-- 21. Divina celebratu timentur officia, Cum tam in dampnum	- 4. Divina celebrari timentur officia: Cum etiam in dampnum &c.
-- 23. et spetialium pars ipsius posset realiter, et &c. veduti dare	- 5. et specialium personarum ipsius posset realiter, et &c. redundare

-- 29. dicta Ecclesia dictum Comune reficere teneatur	- 9. dictam Ecclesiam dictum Commune reficere teneatur
Rubr.ca 11.	
- 4: 45. condempnatio vel in vita alicui remittatur.	111: 25. condempnatio, vel multa alicui remittatur.
22: 1. condempnatio vel mucta	112. 2. condempnatio, vel multa
Rubr.ca 12.	
-- 6. Quicumque accesserit	- 6. Quicumque accesserint
-- 16. fieri faciat	- 12. fieri faciant
Rubr.ca 14.	
-- 48. cujuslibet mense	113: 6. cujuslibet mensis
-- 51. in fine cujuslibet mense	- 8. in fine cujuslibet mensis
- 2: 6. ad requisitionem etiam mandatum Dnoꝝ. Consulu	- 12. ad requisitionem etiam, et mandatum Dnoꝝ. Consulum
Rubr.ca 15.	
-- 30. Comuneq; decipi valeat	114: 1. Communeq; decipi non valeat
Rubr.ca 16.	
-- 35. De modo vendendi proventusq; Comunis conserventur	114: 4. De modo vendendi proventus, et redditus Communis conservando.
- 3: 13. vendatur Mevaniȩ tantum, et non aliis	- 23. vendatur Mevaniȩ tantum, et non alias.
-- 32. ad quod electi fuerint renovare	115. 6. ad quod electi fuerint renovandum.
- 4: 31. Et confecerit in predictis	116. 10. Et qui contrafecerit in prȩdi.
-- 44: Et denumptiatori, et accusatori ejus stetur	- 19. Et denumptiationi, et accusationi ejus stetur
23: 1: 5: que pro hujusmodi rimatione etel inquisitionem	- 27. quȩ per hujusmodi rimationem, vel inquisitionem
-- 8. Et Sindicum dicti hospitalis q; non dent claves	117. 1. Et Syndici dicti hospitalisq; non dent claves
- 2: 18. et hoc non prejudicet presentes Conductoribus	118: 13. Et hoc non prȩjudicet prȩsentibus conductoribus

Rubr.co 17.

--37. prout alii Mevanati	-27. prout alii Mevanates
--41. quibus solvere teneatur doganam	119:1. quilibet solvere teneatur doganam
-3:2. Penam accipiens pro mensu= ratione hujusmodi vice qualibet viginti Sol. den.	-10. Pœnam accipiens pro mensu= ratione hujusmodi vice quali= bet viginti Solidoꝝ denarioꝝ. incurrat.

Rubr.co 18.

-4:3. donec vaseria grani valebit duodecim Sol. et ab in infra et non aliquem denarium	120:14. donec vaseria grani valebit duo decim Solidos denoꝝ et ab inde in= fra, non aliquem ultra denariū
--5. Si autem vaseria grani va= luerit &c. usque in triginta. Set Furnarii teneantur	-15. Si autem vaseria grani va= luerit &c. usque in triginta, tunc Furnarii teneantur
--37. teneantur habere primo men= se sui regiminis omnes fur= narios	121:8. teneantur habere primo men= se sui regiminis coram se omnes furnarios,
24:1:5. talis Fornarius Potestatis &c. pro ipso Coi recipienti	-20. talis Furnarius Potestati &c. pro ipso Communi recipienti

Rubr.co 19.

--9. De alvio Lactoni allar= gando, et diritzando et de ripis ipsius actandis et manutenendum.	-23. De alveo Lactoni allar= gando, et dirizzando, et de ripis ipsius aptandis, et manutenendis.
--27. Superstitibus super hoc eligendum.	122:8. Superstitibus super hoc eligendis.
--45. octo vel duodecim adja= centibus	--20. octo, vel duodecim de ad= jacentibus
-2:11. et expensas ipsorum adjacentium et labori= bus ad penam &c	123:2. et expensis, et laboribus ipsorum adjacentium ad pœnam &c.
-3:7. ripas ipsas ipsorum expen= sas manutenere	124.4. ripas ipsas ad ipsorum expensas manutenere

— — 9. quantum protenditur locus ipsorum seu Sindicatus ipsorum locorum faciat partem suam.	— 6. quantum protenditur locus ipsorz ita quod quolibet Universitas, seu Syndicatus ipsorz locorum faciat partem suam.
~~— 4: 16. cuju~~	Rubr.ca 21.
— 4: 16. cujuscumque macenare volenti	125: 18. cuicumque macinare volenti
— — 21. Et bocche ipsarum Sacchettarum	— 22. Et bucce ipsarum Sacchettarum
— — 32. Et ad predicta Dominus Molendini quot etiam Mollarii	126: 1. Et ad predicta tam Dnus Molendini, quam etiam Mollarii
— — 36. Notarius dampnunidatus	— 4. Notarius dampni dati
	Rubr.ca 22.
25: 1: 20. Et quando contigerit aliquam ambaxiatam fieri ab uno Ambaxiatore sunt ad minus medietas ipsorum sint de Populo. Et Consules Populi non permittant ipsam ambaxiatam alteri fieri.	— 27. Et quando contigerit aliquam ambaxiatam fieri ab uno Ambaxiatore, ipse Ambaxiator sit de Syndicis Comunis. Si vero Ambaxiatores plures sunt, ad minus medietas ipsorum sint de Populo. Et Consules Populi non permittant ipsam ambaxiatam ab altero fieri.
	Rubr.ca 24.
— 3: 23. ejus dictum mittere partitum	129. 16. ejus dictum mittere ad partitum.
— — 26. si non consuleretur per Potestatem vel alium ille qui faceret dictam propositam	— 18. si non consuleretur per Potestatem, vel alium, consulat ille qui faceret dictam propositam.
	Rubr.ca 25.
— 4: 13. quot omnes habitantes terras et possessiones	130: 19. quod omnes habentes terras, et possessiones
	Rubr.ca 27.
26: 2: 31. solvere omnes dativas et muctas	133: 11. solvere omnes dativas, et mulctas

Rubr.ca 28.	
—3: [42.] condempnationes et exbannimenta faciendum et faciend &c. Et pecunia exigenda &c penes Camerarium Comunis de facto facere devenire.	134:22. condempnationes, et exbannimenta facienda, et facienda &c. Et pecuniam exigendam &c. penes Camerarium Communis de facto facere devenire.
27:1:2. idem intelligatur de Notario dampnidatus qui exigere debeat et teneatur exigere omnes et banna	136:6. idem intelligatur de Notario dampni dati, qui exigere debeat, et teneatur exigere omnes condempnationes, et banna
Rubr.ca 29.	
——44. Sindicus Comunis qui fuerit pro tempore fuerit. super bonis &	137:7. Syndicus Comunis qui fuerit pro tempore super bonis &c.
——50. nec accopstumas, nec accopstunum facere	—11. nec accopstumare, nec accopstumari facere
—2:8. directe vel per oblicum	—16. directe, vel per obliquum.
Rubr.ca 30.	
——20. Quicumque teneret vel deberet aliquid dare	—24. Quicumque teneretur, vel deberet aliquid dare
——24. ad petitionem Camerarii ad ipsum debitum persolvendum.	—26. ad petitionem Camerarii Communis talem debitorem constringere ad ipsum &c.
——30. fiat summarium jus et eorum petitionem	138:3. fiat summarium jus ad eorum petitionem
Rubr.ca 32.	
—3: locationes hujusmode factas, vel que &c	139.7. locationes hujusmodi facte, vel que .
Rubr.ca ~~36~~ 35.	
—4:39. Et si offendiderit teneatur solvere	140:26. Et si offenderint teneantur solvere

28:1:3. et de condempnatione solvenda si offendiderit	141:7. et de condempnatione solvenda si offenderit

Rubr.a 36.

--19. Quod Clericis ꝗ detur ~~au~~ consilium auxilium et favorem	-18. Quod Clericis ꝗ. detur consilium, auxilium, et favor.
--33. itaquod idem interpretantes obtineant	-28. ita quod iidem impetrantes obtineant

Rubr.ca 39.

-2:41. juxta flumen forme molendinorum existente	143:13. juxta flumen formę molendinorum existens
--44. ita quod persona possit inde transire	-16. ita quod nulla persona possit inde transire.

Rubr.ca 40.

-3:15. Et quicquid per dictum consilium fuerit de ipso oleo amaro extrahendo servetur ꝗ	144.3. Et quicquid per dictum consilium fuerit de ipso oleo amaro extrahendo declarati servetur ꝗ.
--20. intelligatur esse de eo devetum et grassia vetitita condempnatur	-7. intelligatur esse de eo vetititum, et de grassia vetita condempnetur.
--22. Oleum dulce nullum extrahere possit	-9. Oleum dulce nullus extrahere possit

Rubr.ca 41.

-4:8. Et dicte piccicarole et quelibet alia persona	145:9. Et dictę Panifaculę, et quęlibet alia persona
--23. Ita tamen quod predicta non vendissent sibi locum in hospitante qui nichil solvere teneantur, nisi illis qui aliis quam hospitalibus ꝗ, panem venderent	-19. Ita tamen quod predicta non vendicent sibi locum in hospitante, qui nihil solvere teneatur, nisi illis, qui aliis quam hospitibus ꝗ panem venderent

Rubr.ca 42.

--35. sedere debeant sub dictis trasannam inferiorem	-28 sedere debeant sub dicta trasanna inferiori
--46. Et nulla ipsarum debeat habere roccam ad cinturam filare cum ea nec tenere puerum in bracchio	146: 8. Et nulla ipsarum debeat habere Roccam ad cincturam, nec filare cum ea, nec tenere puerum in brachio

Rubr.ca 43.

29: 2: 8. et recipiatur pro sigillatura cujuslibet vasis unum denarium tantum	147: 26. et recipiatur pro sigillatura cujuslibet vasis unus denarius tantum
--27. et quilibet possit accusare, et accusatori, et denumptiatori cujuslibet stetur	148: 11. et quilibet possit accusare & et accusationi, et denumptiationi cujuslibet stetur

Rubr.ca 44.

30: 2: 32. ad concordandum eos tam domo quam de pretio	153: 15: ad concordandum eos tam de domo, quam de pretio.
--35. majoris partis ipsorum juditio et de fervitio stetur	-17. majoris partis ipsorum judicio, et definitioni stetur.
31: 1: 31. Et si aliquem in culpabilem inveneri puniat &	157: 9 Et si aliquem in predictis culpabilem invenerit, puniat &

Rubr.ca 46.

32: 1: 12. si reperirentur majores coppuli molendinorum seu non juste seu dicte mensure non juste	161: 24. si reperirentur majores Coppuli Molendinorum, seu non justi, seu ipsę mensurę non justę

Rubr.ca 55.

33: 3: 50. Et non vendicet sibi locum	170: 9. Et hoc non vendicet sibi locum

Rubr.ca 58

34: 1: 20. ad conservandum indampnum dictum Comune	172: 3. ad conservandum indempne dictum Commune

Rubr.ca 63.

– 3:18. Quicumque fuerit acceptum aliquod pignus	174.15. Cuicumque fuerit acceptum aliquod pignus

Rubr.ca 67.

– 4:47. ad voluntatem anteponendum ad hec	176:17. ad voluntatem anteponendi ad hec
35:1: 8. dictum flumen &. Aptetur fiat quidam Pons & per adjacentibus ipsius	– 26. dictum flumen &. aptetur: Et fiat quidam Pons & per adjacentes ipsius

Rubr.ca 69.

– 2:28. Nullus Barbitonsor radat festivis diebus &&. et Georgii. Contrafaciens in quinque Solidis proquolibet et qualibet vice nec in hostio sue domus condempnetur	178:18. Nullus Barbitonsor radat festivis diebus &&. et Georgii, nec in ostio sue domus. Contrafaciens in quinque Solidis pro quolibet, et qualibet vice condempnetur.

Rubr.ca 70.

– 8:11. ipsum Monasterium vel alius pro non gravetur	179:12. ipsum Monasterium vel alius pro eo non gravetur.

Rubr.ca 71.

– – 28. ita quot datam hujusmodi penitus persolvatur	– 23. ita quod dativa hujusmodi penitus persolvatur.
– – 37. hujus vendit. et vendend. non possint	180:1. hujusmodi venditores et vendentes non possint
– – 43. collectas per dictum Comune in posterum imponendum	– 5. collectas per dictum Comune in posterum imponendas

Rubr.ca 74.

– 4: 37. sicut recte tergit et protenditur	181:7. sicut recte vergit, et protenditur

Rubr.ca 75.

36:1:32. Nullus habitator Ca=	182:11. Nullus habitator Ca=
strorum habentes domos	strorum habens domos
--42. Alienati reperiretur	--17. alienatio reperiretur
facta	facta
--48. et nullus de dicta Ca=	--21. et nullus ad dicta Ca=
strorum intret	strorum intret
Rubr.ca 76.	
--2:39. et decem annis citra.	183:22. a decem annis citra.
Rubr.ca 78:	
--3:14. mittatur, et mittere te=	184:12. mittant, et mittere tene=
neantur	antur
Rubr.ca 80.	
--4:28. Et predicta fieri facere tene=	186: Et predicta fieri facere tene=
antur Potestas Mevanee	atur Potestas Mevanie et
qui pro tempore fuerint	qui pro tempore fuerit et
et postquam ab eo petitum	postquam ab eo petitum fue
fuerit (*)	rit (*)
Rubr.ca 81.	
37:1:8. unius boni magistri super	--25. unius boni Magistri super
hoc et eligendum.	hoc et eligendi.
Rubr.ca 82.	
--42. satisfaciat ipsis Notariis	187:19. satisfiat ipsis Notariis ad
ad voluntatem Potestatis	voluntatem Potestatis
Rubr.ca 93.	
38:1:31. et si aliquis ad petitionem	192:14. et si aliquis ad petitionem
ipsius Notarii juvare voluerit	ipsius Notarii juvare noluerit.
--33. teneatur omnes culpabiles	--16. teneatur omnes culpabiles,
et si non obedientes	et sibi non obedientes
--38. Et si trasanam superiori	--19. Et in Trasanna superiori
Comunis fiant duo gradus	Communis fiant duo gradus
lapidei	lapidei

(*) Questa variante esigge miglior riforma, dovendovisi aggiungere Consules Populi, che manca nel Codice.

— — 4. aliquod privatum vel Sciac= quatorium	— 23. aliquod privatum Sciacqua= torium.
Rubr.ca 94.	
— 2:18. diebus festivis et mensi= bus Iulii et Augusti.	193:12. diebus festivis de mensi= bus Iulii, et Augusti.
Rubr.ca 103.	
— 4:39: Quod siquis confessus fue= rit se dedisse aliquod ser= vitium ad omnes operas facvendas per Comune vel adjacentes.	196:15: Quod siquis confessus fuerit se dedisse aliquod servitium ad omnes operas faciendas per Coe, vel adjacentes, non te= neatur ad penam.
Rubr.ca 106.	
39:2:1. et in penam predictam quemlibet &c. Potestas con= demnetur	198:4. et in penam predictam quemlibet &c. Potestas con= demnet.
Rubr.ca 111.	
— 3:37. juxta ipsum murum qui esset devastatum	200:13: juxta ipsum murum qui esset devastatus.
Rubr.ca 113.	
— 4:30. apprehendatur teneatur pro pena &c	201:18. apprehendatur, et teneatur pro pena &c.
— — 32. pactum et conditor servata	— 19. pactum, et conditio servata
Rubr.ca 115.	
40:1:18. Quod Potestas, et sui Offi= tiales non comedant ne= que cum aliquo &c.	202:17. Quod Potestas, et sui Officia= les non comedant, neque bibant cum aliquo &c.
— — 33. Salvo si contigerit aliquod Cardinalem &c. Mevanead veniret	— 25. Salvo si contigerit aliquem Cardinalem &c. Mevaniam venire.
Rubr.ca 124.	
41:1 24: eorum denumptiationi stet et habeat quartam partem &c et in credentia teneatur	207:19. et eorum denumptiationi stetur, et habeant quartam partem &c. et in credentia teneantur

Rubr.ca 126.

--48. Pena accipientis aliquod vas alicui Tabernarii.	208: 9 Poena accipientis aliquod vas alicui Tabernario.

Rubr.ca 127.

-215. parendo mandatis Curie et condemnpnandum solvendum.	-22. de parendo mandatis Curię, et condemnpnationem solvendo.

Rubr.ca 129.

-3: 5. Nullus malesanus vel leprosus moretur in Mevania &c. vel tantum in locis eis deputatum.	209: 26. Nullus malesanus, vel Leprosus moretur in Mevania &c. sed tantum in locis eis deputatis

Rubr.ca 130.

--44. et in eadem puniatur associans delinquentem ad predictam.	210: 26. et in eadem poena puniatur associans delinquentē. ad prędicta.

Rubr.ca 133.

-4: 37. Nulla Cappanna &c. fieri possit vel facta turrim	211: 25. Nulla Capanna &c fieri possit, vel facta tueri
--30. vel aliqua nisi de &c.	-27. vel aliqua re, nisi de &c.
42: 1: 7. Et predicta &c. Potestas et Consules &c ad penam 50. libran. pro quolibet observari, et effectui demandari.	212: 21. Et prędicta &c. Potestas et Consules &c. ad pęnam 10. Libran. pro quolibet teneantur et debeant observari facere, et effectui demandari.

Rubr.ca 134.

--25. si eligeretur non debeat nec teneat ipso jure.	213: 10. si eligeretur non valeat nec teneat ipso jure

Rubr.ca 136.

--43. ita quod persone in dicto carcere posite ad custodiendum ponendo non aufugiant	-23. ita quod personę in dicto carcere positę ad custodiendum, vel ponendę non aufugiant.

—2:8. omnia arma defende-bilia et defendebilia	214:9. omnia arma offendi-bilia, et defendibilia.
Rubr.ca 139.	
——47. teneantur ꝗ. persolvi illis personis	215:15. teneantur ꝗ. persolvi facere illis personis
—3:7. quilibet ipsorum in libr. den. Coi. Mevanee condempnetur	—23. quilibet ipsorum in centum libris denar. Communi Mevaniȩ condempnetur.
——11. Notarius Populi teneatur 25. libr. de ejus salario	—26. Notarius Populi teneatur pena vigintiquinque librarum de ejus salario.
Rubr.ca 145.	
—4:44. De illis qui dicerent se non esse adjacentes alicui operi facti vel faciendi	218:1. De illis qui dicerent se non esse adjacentes alicui operi facto, vel faciendo.
Rubr.ca 157.	
43:2:40. ex Comune Mevanee inde utilitatem consequi in dativis et collectis	221:28 et Commune Mevanie inde utilitatem consequi possit in dativis, et collectis
——44. alienari vel pignori non possint	222:2 alienari, vel pignorari non possint
Rubr.ca 58.	
—4:2: Pena impedimentis cursum aque	—9. Pœna impedientis cursum aquȩ.
——17. pro duas mezengas	—20. per duas mezengas
Rubr.ca 160.	
——45. condempnationem ~~f~~ ꝗ. faciendam de eo accusatione dicti malefitii	223:13. condempnationem ꝗ. faciendam de eo occasione dicti malefitii

Rubr.ca 169.

44:3:28. Et persona audeat	227: 6. Et nulla persona audeat

Rubr.ca 177.

45:2:49. debeat condempnari	231: 26. debeat condempnare

Rubr.ca 182.

– 4:48. habentes carrarias in foveo sit ripa fovei	234:22: habentes carrarias in foveo, seu ripa fovei
– – 51. quod aliquis ascendere vel destruere per ipsud foveum non possit	– 24. quod aliquis ascendere, vel descendere per ipsum fo=veum non possit

Rubr.ca 183.

46: 1: 24. tali forensi seu noli	235. 16. tali forensi, seu Nobili

Rubr.ca 184.

– – 49. Quod cortina arcature Comunis manuteneatur	236: 5. Quod Cortinę arcaturę Com=munis manuteneantur

Rubr.ca 186.

– 2:25. Omnes personę & tenea=tur, et debeat	237. 3. Omnes personę & tenean=tur, et debeant
– – 32. in ipsorum possessiones sic juxta flumen posita, et quantum ipsorum posses=siones protenditur	– 4: in ipsorum possessione sic juxta flumen posita, et quantum ipsorum possessio protenditur

Rubr.ca 187.

– 3: 2: absque parte, et non ci=tatus	– 20. absque parte, et non ci=tatas.

Rubr.ca 197.

47: 4: 4: macere, et maceravi fa=cere	244: 9. macerare, et macerari facere

Rubr.ca 204.

48: 4: 12. debeat et teneatur recipere ipsos pro bonis	249: 15. debeant, et teneantur recipe=re ipsos pro bonis

Rubr.ca 207.

49: 1: 38. pena que talis exban=nitus teneretur	251: 13. pęna qua talis exban=nitus teneretur

Rubr.ca 210.

–3:16. in principio cujusli= bet menso	253:16. in principio cujusli= bet mensis

Rubr.ca 211.

–4:3. propter Patrū desidiā & et abusus hujusmodi	254:17. propter Patrum desidiā. &. ut [a]busus hujusmodi

Rubr.ca 212.

––20. scolas vogant	255:1. Scholas vegant
––42. et pro contributionis do= mus	–15. et pro contributione do= mus
50:1:1: per dictum Camerariū retinendum	–22. per dictum Camerarium retinendorum

Rubr.ca 213.

––4. Pena dicentis vel appo= nentis aliquid	–25. Poena dicentis, vel appo= nentis aliquid
–2:1. Contrafaciens in centū libr. den.	257:3. Contrafaciens centum libras denariorum

Rubr.ca 214

–4:14. a vinea heredum &. positam	259:27. a vinea hæredum &. posita
51:3:14. debeat obbedire No= tarium, et Offitiali pre= dicto et mandatum ipsius	264:1: debeat obidire Nota= rio, et ~~mandato ipsi~~. Offitiali prędicto, et man= dato ipsius
––19. inspectū qualitatis persone	–31 inspecta qualitate per= sonę

Libri Quarti

Libri Quarti Proemium

53:3:9. potius quisque pravum libitum voluntatis	271. 3. potius quisque pravum libitum sequitur voluntatis
--15. ad nihilum et miseriam solitudinem	-7. ad nihilum, et miseram solitudinem.
--19. modum longis et aſsiduis & conquaſsata desidiis	-11. modo longis, et aſsiduis & conquaſsata diſsidiis
Rubr.ca 1.	
-2:15. ad penas predictas ab eis &. exigere	273: 4. et penas predictas ab eis &. exigere.
--34. tempore dubii et guarre.	-20. tempore dubii, et guerrę.
Rubr.ca 4.	
54:2:18. cum quo et usaretur	275:19. cum quo et rixaretur
Rubr.ca 7.	
-4:37. in terra Mevanea et Burgos	278:14: in terra Mevania et Burgis
Rubr.ca 8.	
55:3:21. percuſsoris in octuaginta libr. den. & condempnetur.	280:28. percuſsor in octuaginta libris denariorum condempnetur.
Rubr.ca 9	
56:2:41: teneatur in carceribus Comunis Mevanee contra eum fuerit executioni emandatum	285:9. teneatur in Carceribus Comunis Mevanię donec contra eum fuerit executioni emandatum.
-3:26. ~~in dictam penam &.~~ in solidum Comune Mevanee puniatur.	286: 8. in solidum per Comune Mevanię puniatur.

Rubr.ca 11.

57:2:16. non obstante quam	289: 25. non obstante quod

Rubr.co 13.

—4:5. dampnum passo emendetur in duplum	292:8. dampnum passo emendet in duplum

Rubr.ca 18.

58:2:6. si sine sanguino effusione	294:16. si sine sanguinis effusione
— —7. Et faciendo insultum cum armis evaginando vel admenando	—18. Et si faciendo insultum cum armis evaginando, vel adminando

Rubr.ca 19.

—3:41. Si vero tali mulieri violaverit fecerit causa eam carnaliter cognoscendi.	296:19. Si vero tal~~em~~ mulier~~em~~ ~~violaverit, seu~~ violentiam fecerit causa eam cognoscendi

Rubr.ca 20.

59:2:16. incendium in domo sive Cappanam alicujus inmiserit	299:21. incendium in domum seu capannam alicujus immiserit

Rubr.ca 21.

—3:13. Pena facientis robboniam.	301:1. Poena facientis robbariam.
— —15. et res mobilis & per violentiam alicui abstulerit	—3. et res mobiles per violentiam alicui abstulerit

Rubr.ca 22.

—4:3: strupus, seu incestus contracteretur	302:3. stuprus, seu incestus contractaretur
— —6. Si vero et ipso lenocinio	— 5. Si vero ex ipso lenocinio

Rubr.ca 26.

60:2: Et quod nullus suppositus non jurisdictioni	305:19. Et quod nullus non suppositus jurisdictioni

Rubr.ca 29.

—4:35. vendere pro dicto volentibus secundum &	308.1. ~~vole~~ vendere pro dicto pretio emere volentibus secundum &

Rubr.ca 31.

61:3:32. talis inventus est debeat emendare.	308:17. talis qui inventus est debeat emendare.

Rubr.ca 32.

-4:35. in mediate dicte pene condempnetur	309:26. in medietate dictę pęnę condempnetur.

Rubr.ca 33.

62:1:11. cum membri in utilatione vel delibitatione percusserit &c. Si sine membri in utilatione et debilitate	310:18. cum membri mutilatione, vel debilitatione percusserit &c. Si sine membri mutilatione, vel debilitate &c

Rubr.ca 34.

-2:2. dumodo ille de domo velle ire	312:5. dummodo illę de domo vellent ire

Rubr.ca 38.

63:2: secundum formam Statutorum loquente de ipso malefitio	317:4. Secundum formam Statutorum loquentium de ipso malefitio.

Rubr.ca 40

-3:27. Quot citationes &c. facte mandata Potestatis &c. valeat et teneat	318.12. Quod citationes &c. factę mandato Potestatis &c. valeant, et teneant
--39. presumatur mandatu et commisso eis datum fore per Potestatem	-18. presumatur mandatum et commissionem eis datu fore per Potestatem.
--41. ac si de mandata et commissione	-20. ac si de mandato, et commissione

Rubr.ca 43.

-4:45. si aliqua de solempnitatibus, sed &c. fuerit pretermissum vel non servatum	319:27. si aliqua de solempnitatibus vel &c. fuerit pretermissa, vel non servata

Rubr.ca 79.

65:1:43: et non pro supposito jurisdictioni Comunis
343:7. et pro non supposito jurisdictioni Communis

Rubr.ca 82.

—3:25. sine armis et sanguinis effusione mortis periculum
345:4. sine armis, et sanguinis effusione citra mortis periculum

Rubr.ca 86.

—4:45. tunc Mevanee ipsum offendens puniatur in mediate pene
347:2. tunc Mevanas ipsum offendens puniatur in medietate pœne

66:1:4: tamdium illud depositum teneatur quot diu
—8. tamdiu illud depositum teneatur, quamdiu

Libri Quinti Rubrica 7.

68:2:30. arborum hujus, et conductionibus terrarum
360:8. arborum hujusmodi, et conductoribus Terrarum

Rubrica 18.

70:1: Si dicta Capra inventa fuerit extra Mevanaa dissolutam vel non ligatam
368.3. Si dicta Capra inventa fuerit extra Mevaniam dissoluta, vel non ligata

Rubr.ca 25.

—4:17. servitare dampnum dantium in bonis
371:22. servitare dampnum dantes in bonis

Constitutio de Pedagiis solvendis

72:1:3. infrascripstevarum pecuniarum quantitatis
377:2. infrascriptarum pecuniarum quantitates

——33. defraudatis, vel defraudantes aliqui
—21. defraudati, vel defraudantes aliqui.

—225. diebus nundialibus
378:15. diebus nundinalibus

Le varianti appresso sono notate a piè di pagina.

1. Si averte che se la Copia non è riuscita più nitida si abbia riguardo allo Stato del Codice, per cui appena è sufficiente una Straordinaria attenzione

2. Che volendosi supplire le rubriche mancanti può di molto contribuire lo Statuto di Spoleto, a cui il presente più che agli altri somiglia nella scelta delle materie, abbenche molto si allontani dall'ordine.

3. Che volendosi imprimere col supplemento si osservi il modo tenuto dalle altre Città, li Statuti delle quali han sofferto la stessa sventura; cioè che il supplito di nuovo s'imprima in carattere corsivo.

4. Scorgendosi dal Codice, che di molte cose in esso registrate gli Originali conservavansi in Archivio, se ne faccia diligente ricerca. Al qual proposito sarebbe ancora non preterire gli Archivj delle Città adjacenti.